PRO
PIORVM
RECREATIONE:
ET IN HOC OPE
RE CONTEN-
TA.

Epiſtola ante indicem.
Index contentorum.
Ad lectores.
Paradyſus Heraclidis.
Epiſtola Clementis.
Recognitiones PETRI apoſtoli.
Complementum epiſtole Clementis.
Epiſtola Anacleti.

ROMA



IACOBVS STAPVLENSIS REVERENDO PATRI D. IACOBO RAMIRIO EPISCOPO CATINENSI.

Eraclidis Alexandrini/ & recognitionum PETRI apoſtoli libros / eos
h arbitror qui legerint/duplicem iue lectionis reportaturos mercedem/pie
tatis videlicet atqꝫ doctrine. que duo precipua videntur que hominum
mẽtes ad deum eleuent: ſine etiam quibus ianua vite ſemper clauſa videtur. Quare
operepreciũ me facturum duxi/& preſentibus & futuris: ſi libros illos vetuſtate
& ſitu in ãtiquis biblioth[illegible]s marcentes/recognoſcerem / recognitos autẽ quaſi de
carceris ſquallonbꝰ [illegible] plurimorum (& preſertim eorum qui religioſa mẽte
ſunt)virorum oculis legendos ingererem. ¶ Et eo quoqꝫ libentius Heraclidis ve-
Liber dictꝰ vite patrum nõ eſt cõpoſitꝰ ab Hieronymo racem hiſtoriam/ humili chriſtianoqꝫ ſtilo & ſimplici veritate abſqꝫ vllo fuco ſub-
nixam ingeſſi: ꝙ nunc de patribus egypti pro vera legatur hiſtoria titulo Hiero-
nymi/quam in ea que eſt ad Cteſiphontem epiſtola ipſe Hieronymus accuſat at-
qꝫ damnat/ eam Rufini eſſe declarans/ complura pro veris falſa continentẽ. ¶ De
recognitionibus vero PETRI per Clementem glorioſum Chriſti martyrem: non
Mirandula alud afferre poſſum iudicium/ꝗ quod celebratiſſime memorie afferre ſolebat Mi-
Anacletus. randula/ doctrinã cõtinere apoſtolicam. Neqꝫ beatiſſimus martyr Anacletus aliud
ſenſiſſe videtur: cum Clementem predeceſſorem ſuũ/apoſtolicum virum & ſpiritu
dei plenum citat. ¶ Et arbitror te ſtudioſiſſime preſul multo amplius (cũ legeris).
opus ipſum probaturum: ꝙ vanitatum genꝰ omne/penitus eliminet. primũ nãqꝫ
Magia magie ludificamenta confutat: ne quis poſtmodum errorum ſuorum cõfugia ſub
alicuius magie velamento querat. nam profecto nulla bona eſt. & figmentum eſt
vllam eſſe naturalem vllãue bonam/ & eorum qui ſub honeſto nomine nequitia-
Aſtrologia iudiciaria rum ſuarum ad multorum perniciem velamenta querunt. Confutat etiam diuina-
toriam aſtrologiam longe ſerpens & a multis etiam nũc receptum malum/ & qua
phitonici/ necromantici & impuri theurgici omnes/ ſub peritie aſtrorum nomine
Cultꝰ gẽtiliũ. ſuas contegunt impietates. Cultum etiam gẽtilium deorum/& rituum inſanias fun-
ditus extirpat: & doctrinam totius pietatis agnitioniſqꝫ diuine ſummam continen-
tem mentibus humanis inſerit. Igitur hoc opus a primis noſtre religionis profectũ
Gaudentius epiſcopis/ & ex greca ad Gaudentiũ glorioſum Chriſti martyrem / pariter & Ari-
minẽſium epiſcopum/Romano ſermone directum: ad te etiam epiſcopum mitto/
quaſi ſuo quodam hereditario iure de epiſcopis tranſeat ad epiſcopos. ad te inquã
Sanctus Dominicus religioſi propoſiti virum/ & ex Gudmanorum familia (vnde & beatiſſimꝰ Domi-
Sophronius nicus totius gregis predicantium dux) ortum. per te/Chriſtianum & ſancte erudi-
tionis PETRI apoſtoli opus celebres Hiſpanie legent. ꝗ ꝗ ſcribit & Sophronius
beatiſſimum apoſtolorum principem PETRVM/dum etiam ageret in humanis
inuiſiſſe hiſpanias. Vale. Pariſiis. X. Februarii. M. D. IIII.

INDEX SEQVENTIVM LIBRORVM HERACLIDIS VIDELICET ATQ; RECOGNITIONVM PETRI.

Heraclidis Alexandrini prologus. 1
De Iſidoro preſbytero 2
De quadã virgine/nomine tantũ 5
De Apolonio 6
De Macario 6
De ſancto Nathanaele 7
De duobus magnis Macariis 7
De Moiſeo egyptio 11
De Paulo monacho 12
De Chronio preſbytero 12
De Paulo quodam Ruſtico 13
De Pachomio 15
De Stephano 15
De Valente 16
De Herone 16
De Ptolemeo 16
De virgine hieroſolymitana 17
De Helia 17
De Piamone virgine 18
De Pacomio 18
De tabennenſiotis feminis 19
De alia virgine 19
De Ioanne 20
De Poſſidonio 21
De Serapione 21
De Euagrio 23
De Piore 24
De Moiſe lybico 24
De Effren diacono 25
De Paula matre Euſtochii 25
De Iuliano 25
De Innocentio 26
De Philoromo preſbytero 26
De Melania 27
De Chromo 27
De Iacob 27
De reſponſionibus ad interrogata 27
De Elpidio 29
[illegible] 29
De Helia 29
De Saba 29
De Habramio 29
De melania 29
De olympiade 30
De Candida 30
De Salomone 30
De Dorotheo 31
De Capitone 31
De Amata 31
De Melania iuniore 31
De Pammachio 32
De Athanaſio & virgine alexãdrina 32
De Iuliana 32
De iuuene qui maluit mori q̃ virginem Chriſti ſtuprari 32
De excomite & Boſphoria 33
De Magna 33
De monacho miſericordi 33
De Euſtachio lectore 34
De ſocio Heraclidis 34
Peroratio libri ad Lauſum 35

CAPITA LIBRORVM RECOGNITIONVM PETRI.

CAPITA PRIMI.

I Que Clemens genitalis verſaret in animo 40
II Barnabas primus Rome Chriſtum annunciat. 41
III Barnabas iudæam repetit: Clemens ſequitur. 42
IIII Colloquio PETRI & Clementis. 42
V Dilatio diſputationis Simonis magi/& inſtructio Clementis 43

ex legato [illegible]

VI De Geneſi gigantibus et viginti generationibus. 44
VII Collectio ab Abraham ad vocationem apoſtolorum a Caypha & ſacerdotibus. 45
VIII Omnia per Chriſtum ordinata/& de ſectis in aduentu eius. 47
VIIII Sermones duodecim apoſtolorum. 48
X Seditio orta in populo predicante Iacobo. 50

CAPITA SECVNDI LIBRI.

I Socii PETRI/ & q̃ Simon magus vafro ſit ingenio/ & quis ſit & cuius ſecte. 51
II Preſtigie Simonis magi. 52
III PETRVS de dei benignitate/ & hominũ temeraria/ in deum audacia. 53
IIII PETRI cõflictatio & Simonis magi de pace. 54
V De eodem/& de incomprehenſibili & ignoto deo. 56
VI De eodem/ & bono deo ficto a Simone mago. 58
VII Eiuſdem cõfutatio a PETRO: & ꝙ nõ omne quod in cogitationem hominũ venit verum ſit. 60
VIII PETRVS ſeorſum veſcebatur a nõdũ purificatis. 61

CAPITA TERTII LIBRI.

I PETRVS iterum Simonem magum congreditur. 62
II Nõ vnde malũ vt Simon regrit/neq; inania: ſed que ad noſtram ſalutem pertinẽt/eſſe requirenda. 62
III De arbitrii poteſtate/celo inuiſibili/& ſtatu alteriꝰ vite. 63
IIII Proponitur q̃ſtio an immortalis ſit aĩa: diſceditq; Petrus. 64
V De cõſequẽtia audiendi: & ꝙ idẽ ſit deꝰ bonꝰ & iuſtus. 64
VI Q: deus iuſtus/& de futuro dei iudicio 65
VII De immortalitate anime. 66
VIII Simon magus victus/blaſphemias/cumulat/qui cum Chriſto credidiſſet: apoſtata diſceſſit a fide. 67
VIIII Cur permittit deꝰ malos/poſſeſſionẽ regni celorũ a deo eſſe petẽdã/& nomẽ magi malũ/id eſt omnem magiam malam eſſe. 67
X Vanos & curioſos eo ipſo peccare maxime/ ꝙ negligãt perquirere ea que ſaluti ſunt neceſſaria: & que ſigna ſint ſigni in fine mundi. 68
XI Suſcipitur quidam diſcipulus Simonis a PETRO 69
XII Sermo PETRI ad populum de baptiſmo/de ſanctis/ & eucheriſtia. 69
XIII Continuatur ſermo PETRI de baptizatis/& inſidiis Simonis magi 70

CAPITA QVARTI LIBRI.

I Profectus Petrus a Ceſarea: aduentat Tripolin. 71
II PETRI ſermo ad tripolitanos. 71

III Gratia ſanitatũ/q̄ graue malum ignorantia dei/& de opē diuina nos preueniente. 71
IIII De eterna pena demonũ & dānatorũ/& cur permittũtur demones quoſdam incurſare. 72
V De phitonibus & de ipſis:q mouēt de deo nō mouēda 73
VI De magica arte/& idololatria/quiſnam Zoroaſter/& de diuinatione per aſtra. 74
VII De lege patris/[illegible] 74

CAPITA QVINTI LIBRI.

I De creatione hominis/& preſumptuoſa ignoratione. 75
II De agnitione dei/& iis que ipſam impediunt. 76
III Quod Chriſtus a gētib⁹ erat expectādus/& de idolis. 76
IIII De eodē & q honor creatoris creature nō ſit deferēd⁹. 77
V De callida demonũ per magos ſuaſione/& de caldeis & aſtrologis. 77
VI De aſtutia ſerpentis antiqui ad idola veneranda. 78
VII Quod ſolus deus ſit adorādus/quo anima ſic ſit immortalis vt etiam ſi mori velit non poſſit 79
VIII Quod deus res curet humanas/ hominũq; curet amicicias/neq; moleſtum illi quicq̄ eſſe hominũ preces. 79
VIIII Qꝫ miſeri erāt q idolorũ ſubmittebantur ſeruituti/& de penis reproborum/& caſtigatione proborum 79

CAPITA SEXTI LIBRI.

I Neceſſitati nature eſſe ſubueniendum 80
II De verbo dei q colonus ſit mentis:& & quid eſt/veni ignem mittere in terram. 80
III Facile cognitu fuiſſe/gentes non coluiſſe deum/& de vi aquarum. 81
IIII Quid confert baptiſmus: & de puritate religionis. 81
V De caſtimonia in matrimonio obſeruanda. 82
VI Baptiſmus Clementis/ordinatio Maronis in epiſcopũ/& traditio myſteriorum eccleſie a PETRO. 82

CAPITA SEPTIMI LIBRI.

I Egredit Petr⁹ Tripolin phenicis vrbē:& ſuos āte ꝑmittit 83
II Cibus PETRI & veſtitus: & qui parentes Clementis. 83
III De muliere mendica inſule antaradi. 84
IIII Qꝫ ea mulier/recognita ſit mater Clemētis: vt que caſu geri videtur diuina prouidētia geri certo cognoſcātur. 85
V PETRVS ſanat paralyticam/& de vxore PETRI. 85
VI Aquila & Niceta nō caſu(vt videntur)ſed diuina quadā & ſecreta ordinatione cognoſcũtur eſſe fratres Clemētis. 86
VII Filii [illegible] in amplexus matris ad adhuc ignorantis. 86
VIII P[illegible] 87
VIIII B[illegible] mater Clemētis/& q̄ pudicicia ſit deo amica/ 87

CAPITA OCTAVI LIBRI.

I Offert ordinatio diuina PETRO poſt filios & matrem/ etiam & patrem. 88

II Q; prouidentia dei mundus regatur 88

III Niceta agit ex philoſophis grecorũ cõtra ſenem 89

IIII Q; mũdus ſit factus/& de duplici homonymo mũdo 89

V Confutat Niceta epicuri ſententiam 90

VI Non natura ſed diuina ratione atq; ſapientia mundum eſſe conditum 90

VII Locis quibuſq; prouidentia eſſe diſpoſitum:& que nature ordinem mutare videntur 91

VIII De admirando prouidentie modo / q̃q; tunc mundus prodierit/cum eius ſapiẽtiſſimo opifici vt prodiret optimũ viſum eſt. 91

VIIII Petrus hortatur ignaros /in ſapientia chriſtiana eſſe inſtruendos. 93

X Omnia a mente diuina/diuinaq; arte eſſe profecta. 93

XI Inordinata ex prouidentia non eſſe/ ſed inordinatione create voluntatis procedere: ad quorum vltionẽ diuine legi parentia/celũ & elementa beneficentiam ſuã mutare videntur. 94

XII Cur pii cum impiis affligũtur:& quod in prophetis & diuina lege ſolũ ſit ea doctrina/qua vitam a deo expectare debemus. 94

XIII De principe malorũ/q; non cõditione & ſubſtãtia malus ſit:q; ſubſtantia mali a deo non proceſſerit/ſed in priuatione conſiſtat malum. 95

XIIII De preſumptione cogitationis humane/& confuſione que ex ea naſcitur:& de illapſu diuine cognitionis iis/q nõ vane & preſumptuoſe requirũt eã/ſed pie & in ſimplicitate/& de diuinitate Chriſti ſaluatoris noſtri. 96

CAPITA NONI LIBRI.

I De conſilio & voluntate dei 97

II De filio dei ſponſo eterno/de principe huius mũdi / & de aſtrologia genethliaca ab eodẽ mũdi hui⁹ principe introducta/& de prima & ſecunda natiuitate. 97

III De malis a prima natiuitate contractis/& iis que ſubinde contrahuntur 98

IIII Quod aduerſ⁹ peccata remediũ/ & quam habeat efficaciã futuri iudicii memoria.aſtrologos iudiciarios falli & fallere ad ſeveniẽtes/vanoſq; eſſe matheſees ad futurorum preſagia calculos /inductaq; demonum. 98

V Timorem dei omnes in nobis demonum concupiſcentias ſuperare atq; extinguere poſſe. 99

VI Deliramenta aſtrologorum ex Geneſi id eſt ex natiuitatis puncto/& eius conſtellatione omnia nobis mala pendere aſtruentium. 99
VII Confutatio eius rei ex veritate hiſtoriarum. 99
VIII Septem ſtellarum erratilium non dominari ſingulas ſingulis ſeptem climatum. 100
VIIII Confutata erroris natiuitatum vanitate/patris Clementis(diſpenſatione diuina ad hominũ ſalutẽ)recognitio. 101
X Puella a demonio liberata/ PETRVS in puelle ſuſcipitur hoſpitium. 102

CAPITA DECIMI LIBRI.

I PETRVS baptiſmũ patris Clementis ſuadet differri. 103
II De quibuſdam placitis philoſophorum. 103
III Quod ſint quidam hominũ actus boni/& quidam mali etiam ex abſurdis poſitionibus eorum qui fatum/Geneſimq; aſtruunt. 103
IIII Quod virtus quedã maligna/ non ſiderũ influxus: malas in nobis ſuſcitat cõcupiſcẽtias/& quomodo probari queant aſtrorum vaticuli mendaces. 104
V PETRVS nõ refutat nonnulla inſtrui a Clemente. 105
VI Monſtrifica de diis gentium/& indigna cõmenta que gentes olim credebant. 105
VII Sic aſtu demonũ gẽtiũ ritus poſitos fuiſſe:vt ſine aliquorũ offenſione deorum/ obſeruari non potuiſſent. 106
VIII Orpheum & Heſiodum gentilitie vanitatis fuiſſe authores/& de indigna myſteriorũ ſuperſtitionis ſue allegoria. 107
VIIII Quod impii ſunt qui res prophanas ſacris applicãt/& honeſtis velaminibus celant. 108
X Alegoria gentilium de cena deorum. 108
XI Preſumptiones proprii ſenſus circa diuina ſummopere eſſe cauendas/& conſortia infidelium/& inhoneſtorũ maximopere eſſe vitanda. 109
XII Non ſimiliter precepta beate vite a philoſophis/& ſacris eloquiis tradi. 109
XIII Metamorphoſis atq; transformatio patris Clementis in ſimilitudinem Simonis magi. 110
XIIII Simon magus propria arte vt Goliath proprio telo/ percuſſus. 111
XV Baptiʒatur Fauſtinianus pater Clementis. 111

INDICIS LIBRORVM HERACLIDIS ET RECOGNITIONVM PETRI FINIS.

I N eo tēporis articulo/ quo ſupior index typis formaretur/quidā noſtrorū/ epiſtolam legens protinus interrogat/ quis nam fuerit Heraclides ille/cuius librum ſubieci? Nunquid Hieronymus inquit: aut Gennadius illius meminit? Nō inquam quātū ipſe ſciam: ſed ex opere ipſo/quis nam ipſe fuerit agnoſci poteſt/ꝙ Alexandrinus/ ꝙ Chriſti ſuccenſus amore inter deſerta & antra ferarum pauperiē ſecutus/ꝙ bithynie (ipſo quidē iuito ac reclamante)totius populi ſuffragio in epiſcopum ſuffectus. Sed & in Catalogo ſanctorum/de eo ſcribitur hoc pacto. Heraclides cōfeſſor claruit in egypto/temporibus Valentiniani auguſti: patria quidem alexandrinus/ab Iſidoro/ſancto abbati Dorotheo/ad eremi diſciplinam cōmiſſus/ qui defuncti Dorothei antro ſucceſſit. hiſtoriam de vita anachoretarū fideliter texuit: quem librum Paradyſum nuncupauit. ſimilia etiam ſcripſere: qui de ſcriptoribus eccleſiaſticis meminerunt. huius igitur ſancti viri & Chriſti confeſſoris/librum ſubieci. ❡ Ille hoc audito contentus: ſatis inquit de illo eſt. Sed illi non facile aſſentiar: Hieronymū/eum librum (cui titulus eſt vite patrum) non ſcripſiſſe. nam ipſe Hieronymus in ea regula ſanctimonialium/ quam ſcripſit ad Euſtochium/ & reliquas virgines Capite decimo ita ſcribit. dum igitur per eremorum antra/ſeptē annis ſanctos patres degentes ibidē in terris/ velut in celis angelos aſſiſtentes/aſſiduo labore itineris/arduiſꝗ viuendi incōmodis/ceteriſꝗ innumeris calamitatibus peragrando (de quorum vita moribuſꝗ mirificis que luculēter ipſe perſpexi: libellum compegi) qui vobis vt lucerna ſtat in candelabro ad meditationē religionis & vite. Vides igitur quo pacto liber de vita & moribus ſanctorum patrum/ compoſitus ſit ab Hieronymo. quem enim alium certiorem ꝙ ipſum/ aduocabimus teſtem? ❡ Non inquam alium. ſed nec diffiteor ipſum/de vita & moribus ſanctorum ſcripſiſſe. Verum non ideo/continuo ſequatur librum(quem vulgo vitas patrum nūcupāt)Hieronymi eſſe. neꝗ ſine Hieronymo teſte & authore id frontis aſſerit epiſtola. Tunc iubeo afferri librum ſatis vetuſtum/vitas patrum (ceu ſequuntur)continentem. ſimul & afferuntur epiſtole Hieronymi. Capita vero libri (qui inſtituta vite ſanctorum patrum continebat) hec erant.

Catalogus ſanctorum

Heraclides quis fuerit

Verba Hieronymi

Ioannes	1 Syrus abbas	12 Ammonius/fratres eius	
Apelles	2 Or	13 Euſebius & Euthym⁹	23
Paphnutius	3 Ammon	14 Didymus	24
Helias	4 Beno	15 Cronius	25
Pytirion	5 Ciuitas quedam	16 Origenes	26
Eulogius	6 Theon	17 Euagrius	27
Apollonius	7 Iſidorus	18 Duo macharii	28
Ammon	8 Serapion	19 Ammon	29
Copres	9 Apollonius mar.	20 Paulus ſimplex	30
Mutius	10 Dioſcorus	21 Piamon	31
Helenus	11 Celle nytrie	22 Ioannes	32

Aperio deniqꝫ Hieronymi epiſtolas/& que querebatur ad Cteſiphōtem de libero arbitrio cōtra pelagianos hereticos/facile ſe nobis obtulit. infra principiū vix margine vno: legere cepit qui nobiſcum aderat/ honeſtus iuuenis Ioānes ſolidus vrbe Cracouia oriūdus/ hoc pacto. Euagrius ponticus hyperborita/qui ſcribit ad virgines/ſcribit ad monachos/ſcribit ad eam cuius nomen ingredinis teſtatur/ & perfidie tenebras edidit librum/& ſentētias peri apathias (quam nos impaſſibilitatē vel imperturbationem dicere poſſumus)quando nunq̄ animus vlla perturbatione cōtagione & vicio commouetur: & vt ſimpliciter dicam vel ſaxum/vel deus eſt. Huius libros per orientem grecos(& interpretante diſcipulo eius Rufino)latinos pleriqꝫ in occidente lectitāt: qui librum quoqꝫ ſcripſit quaſi de monachis. multoſqꝫ in eo enumerat: qui nunq̄ fuerunt/& quos fuiſſe ſcribit/Origeniſtas ab epiſcopis dānatos eſſe non dubium eſt. Ammonium videlicet & Euſebium & Euthymium & ipſum Euagrium/Origenem quoqꝫ & Iſidorum/& multos alios quos dinumerare tedium eſt. & iuxta illud Lucretii.

Cteſiphon — Verba Hieronymi — Euagrius — Melania — Rufinus — Ammonius — Euſebius — Euthymius — Origenes — Iſidorus

Ac veluti pueris/abſcinthia tetra medentes
Cum dare conantur: prius ora pocula circum
Contingant dulci mellis/flauoqꝫ liquore.

Ita ille vnum Ioannem in ipſius libri poſuit principio: quem & catholicum & ſanctum fuiſſe/non dubium eſt. vt per illius occaſionem: ceteros(quos poſuerat)hereticos/eccleſie introduceret. ¶ Satis eſt inquam. & hec cum legiſſet adoleſcēs: recognoſco inquit ille/Ioānem illū in fronte libri tāq̄ vexilliferum/ recognoſco Iſidorū numero 18. Ammoniū/Euſebium/& Enthymium numero 25/Origenem & Euagrium numeris 26 & 27. Ergo hic liber inquam teſte Hieronymo potius Euagrii hyperborite & Rufini/ q̄ Hieronymi eſt: quem enim maiorem Hieronymo ipſo requiris teſtē? Fateor inquit. Adiunxi preterea ex vita Ioannis/eum qui librum cōpoſuit preſbyterum non fuiſſe/ſed ſolum diaconū/non ſenem/ſed iuuenem(& accepto libro: ita eſſe comperit) Hieronymum autē cum deſerta petiit/& preſbyterū fuiſſe/& etate ſenem nullus forte dubitat. Nullus inquit. Deſideratur igitur liber ille de quo ſcripſit ad virginem Euſtochium: neqꝫ nunc habetur. Annuit ille. adiecitqꝫ inſuper: Hieronymus propter quem potius videbamur q̄ eramus diſcordes/ inter nos concordiam fecit. Itaqꝫ ſalute data/ipſoqꝫ diſcedente/ in officina manens altercatiunculam noſtram conſcripſi. Valete: & ſemper que meliora & veriora ſunt/querite.

Ioannes

NVNC AVTEM AVDIENDVS
EST HERACLIDES.

¶ HERACLIDES ALEXANDRINUS: AD LAUSUM PRINCIPEM.

IN hoc libro/quē de vita ſanctorū patrum ſcripturi ſumus: deſcripta eſt nobilis continentia/mirabiliſq; cōuerſationis tranſactio cenobitarum pariter/ atq; anachoretarū: qui in eremo ad emulationē/imitationēq; celeſtium viuere cupientes/ſuperni regni iter aggreſſi ſunt. feminarū quoq; prouectarum atq; honeſtarum/ac ſpiritualiū matrum cōmemoratio: que virili/perfectoq; ſenſu ad exemplum/amorēq; diuinū/eorum qui deſiderant cōtinētie ac pudicitie redimiri coronis/cum inſigni abſtinentia finiere certamina. Iccirco precipiente nobis viro moribus ſuauiſſimo/ſenſuq; doctiſſimo/animo quoq; pacifico/& corde piiſſimo/mente etiam/amatore dei: atq; in neceſſitatibus indigentium ſocio/& celſitudine dignitatum pro bonitate cōſcientie/plurimis eloquētibus preferendo/atq; in omnibus virtute diuini ſpiritus premunito/ quinimo(quod oportet veraciter dicere)ad ſpeculationē potiorum/ſedulitatis exēplo/ſegnes animos incitante: abſtinentiam ſanctorum/ſpiritualiūq; patrum(qui in dei placito victitantes/inſuperabili certamine carnis crucifixere mollitiem/ quorum ipſe quoq; bene trāſactas virtutes predicare non deſinit) ſtudemus deſcribere. Eſt autem huius deſiderii ſpiritualis exactor virorum optim[9] Lauſus: qui poſt dei tutelam/ cuſtos piiſſimi probatur ordinatus imperii. Ego igitur & lingua imperitus/& ſpiritualis ſcientie tenuiter deguſtator/ necnō etiam ſanctorum patrum ſpirituali catalago nimis indignus/ magnitudinē precepti vltra menſuram meā perſpiciens/reluctari tentabam huiuſmodi iuſſioni: que & ſapiētie litterate/& diuine doctrine indiget intellectu. Sed cū rurſus vererer primū quidem nobile ſtudium iniungētis/deinde vtilitatem legentiū pertractarē/ poſtremo metuens inobedientie graue periculum: tanti precepti cumulum ſupne diſpenſationi cōmiſi/attentiuſq; ſanctorum patrum interceſſione/meas vires comminuens/ad certaminis ſtadium ſum progreſſus virorum fortium/ necnon etiam feminarum. quos aut ipſe vultu proprio videre promerui: aut a ſanctis patribus qui eorum nouere virtutes/me audiſſe commemini/glorioſa ſigna ſcripturus atq; certamina. Nam & plurimas ciuitates ac villas/omnēq; pene ſpeluncam/ & tecta eremi (in qua monachi habitant) diligēti cura/dei pietate pedeſtri labore circuiēs: et virorū quos oculis meis inſpexi/& mulierū propter ſpem/que nobis in chriſto repoſita eſt/ſexum femineum animi virtute vincentium/in quātum mee ſuppeditat paruitati/nomina pariter & genus & patriam/ lociq; habitationis preſenti libello cōplexus/tibi amatori chriſti/famuloq; dei/atq; inclyto pii imperii ornamēto Lauſe trāſmiſi/ ſimul cōmemorans vtriuſq; ſexus in quibuſdam ad ſummū qdē peracta certamina/ſed propter matrem ſuperbie (que vocatur Cenodoxia) ad extremū baratrum/inferniq; profundum miſerabiliter deductorū/ acquiſitas ex longis temporibus abſtinentie palmas/repentino elationis ac tumoris momento premarcidas/gratia vero ſaluatoris noſtri/prouiſioneq; ſanctorum patrum/ ac miſeratione ſpiritualium virorum/& orationibus venerabilium ſeniorum: de laqueis diaboli ereptos/ ad recuperationem vite nobilioris reuerſos. Vale.

Cenodoxia : vana gloria.

HERACLIDIS EREMITE QVONDAM PALESTINE EPISCOPI LIBER: QVI DICITVR PARADySVS.

¶ De Iſidoro preſbytero. Caput I

Vm primũ alexãdrinam attigi ciuitatem/ in ſecũdo ſenioris impera- ISIDO-RVS
c toris theodoſii conſulatu/qui propter eam (qua in chriſtũ credidit) Theodoſi⁹
fidem/ cũ angelis nũc moratur: admirabilẽ virũ & ornatum per om
nia moribus ac peritũ/Iſidorum preſbyterũ in memorata ciuitate co
gnoui. qui in alexandrina eccleſia erat ſuſceptor atqꝫ prouiſor pauperum fratrũ.
quem in principio iuuentutis ſue egregias per ſolitudinẽ palmas abſtinẽtie/pro-
meruiſſe memorabant. cuius & cellulam vidi in monte/cui nytrias nomẽ eſt ſep-
tuageſimo etatis ſue anno: qui aliis quindecim annis viuendo completis/ obiit in
pace. Ille igitur vſqꝫ ad vltimũ finẽ/non linteo vſus eſt: niſi eo quo velaret caput.
nõ balnea attigit/non ex carnibus cibum ſumpſit/ non menſe vſqꝫ ad ſacietatem
interfuit. Quiquidem tam lauti corpuſculi fuit per gratiam ſpiritualis alimonie: vt
omnes qui vitam ipſius neſciebant/epulationibus illud ac voluptatibus imputa-
rent. de quo viro ſi virtutes ipſius anime/exponere ſingulatim velim: tempus me
profecto deficiet. qui tante bonitatis atqꝫ humanitatis erat/tamqꝫ pacificus: vt
etiã ipſi qui pertinaciſſimi eiuſdem videbãtur inimici/ erubeſcerent vmbrã quoqꝫ
ipſius/ propter tam venerabilem vitã. tantã autẽ ſanctarũ ſcripturarum ac diuini
dogmatis fertur habuiſſe notitiã: vt & inter ipſa fratrũ conuiuia/ obſtupeſceret De extaſi
ſubito/ac mente mutata/& ſenſibus ſpiritualiter occupatis/tranſmigraſſe alio vi-
deretur. vt qui interrogatus poſtea cauſam ipſius ſtuporis hec diceret: ad alia q̃-
dam ſe cogitatione tranſlatum/& cuiuſdã theorie miracula/raptum fuiſſe. Noui
etiam ego memoratũ virũ: dum ſumeret cibum/ſepius lachrimaſſe. cũqꝫ admira-
rer forte cur fleret: hoc ex ore eius audiui. erubeſco inquit/irrationabilem cibum
ſumens: qui rationalis factus a deo/deberẽ in paradyſi voluptate verſari/& cibo [illegible]
ſatiari diuino/propter eam quã chriſtus nobis tribuit poteſtatẽ. ¶ Hic ipſe quẽ
dico notus romano ſenatui ſũmiſqꝫ primatibus: tunc cũ primũ vna cũ epiſcopo
Athanaſio/poſtea autẽ cum Demetrio epiſcopo pergeret romã/& diuitiis atqꝫ Athanaſi⁹.
abundantia rerũ ſine inuidie ſtimulo exuberaret: non teſtamẽtũ in ſupremis ſuis Demetrius
fecit/non ſaltem vnũ ſolidũ dereliquit/non partem aliquã ſubſtantie ſororibus
ſuis virginibus/dedit: ſed chriſto eaſdem cõmendans/ qui vos fecit inquit veſtrã
quoqꝫ vitam ordinabit vt meã. erat autẽ cũ ſororibus ipſius: ſeptuaginta aliarũ
virginũ numerus. Is itaqꝫ cum veniſſem ad eũ in principio iuuentutis/& peterẽ
vt inſtrueret me ad mores/vitãqꝫ monachorũ in ipſo primi adhuc ardore cui lo-
catum (cui non tãtũ neceſſaria eſſet doctrina verborum: quantum iugis labor &
fatigatio corporalis) quẽadmodũ domitor equorum bonus/ perductum me de
ciuitatis internis vſqꝫ ad quintũ lapidẽ/ ad ea que vocãtur ſolitudinũ loca/ Do- Dorothe⁹.
rotheo cuidam thebano monacho/ſexageſimũ in ſpelunca agenti annũ cõmen-
dauit/& tradidit. iubens michi vt tribus apud eũ annis morarer/ ad contundẽda
atqꝫ frangenda illicitamenta viciorũ.(nouerat enim ipſius ſenis duriſſimam/atqꝫ
laborioſiſſimã vitã) precepitqꝫ vt rurſum ad ipſum redirem: ob ſpiritualis ſciẽtie
notitiã atqꝫ doctrinã. ¶ Ego vero cũ illic implere tres (vt preceperat) annos nõ

potuiſſem valida infirmitate correptus: ante finitas inducias triennii temporis/ab
Dorothei tolerantia. ipſo ſublatus ſum. Erat enim vite ipſius cũ vniuerſa ariditate ac ſiccitate certamen. per omnẽ nãq3 diẽ in ardore maximo/ & in ſolitudine circa littora maris lapides colligebat: ſinguliſq3 annis cellam ſtruẽdo ꝑficiens/ iis qui fabricare nõ poterant/ offerebat. cũ autẽ ei quadã die a me dictũ fuiſſet: quid facis pater in tanta ſenecta interficiens corpuſculũ tuũ ſeuis ardoribus? reſpondit hoc dicens. Occidit me: occido illud. edebat vero vnciam panis/vnũq3 faſciculũ oleris viliſſimi/bibens aque modicã q̃titatẽ: nũq̃ tamen eũ (deo teſte) extendiſſe proprios pedes vidi/nũq̃ in matta/nunq̃ in lectulo quieuiſſe/ ſed per vniuerſam noctẽ ſedens intexebat funẽ quendam ex arbore dactylorũ/cuius precio veſci ſolebat. putãs autẽ ego ꝙ ante me ſolum hec faceret que videbã: ſcrupuloſius etiã ab aliis eius diſcipulis qui ſeparatim manebant/querẽdo cognoui/quia ſic a prima etate viuebat. nũq̃ tamen ſponte/niſi ex maxima neceſſitate dormiuit/aut opere fatigat⁹. aut dũ cibo vtitur: ſi forte vſq3 adeo eũ ſomnus oppreſſit/vt paululũ ei oculi clauderẽtur. frequẽter enim edendo: nimia vi ſomni/capite nutabat/paniſq3 ex ipſis labiis oris cadebat. qui aliquãdo cũ a me/quodãmodo cogeretur/vt vel momento temporis ſupra mattã iaceret: contriſtatus iſta dicebat. ſi angelis perſuadere potueris vt quieſcãt: perſuadebis & ei qui deo placere feſtinat. hic vna dierũ ad puteũ ſuũ me circa nonã horã tranſmiſit/vt implerẽ cadũ: tẽpore refectionis inſtante. accidit autem vt cũ veniſſem/& aſpidem caſu in imo putei viſam/perhorruiſſem: vas vacuum reportarem/cauſamq3 timoris exponerem dicẽs. abba mortui ſumus: aſpidẽ enim in puteo (quo me miſeras) vidi. Subridens ille tãtũmodo/diu me intuẽs aſpexit/ caputq3 cõcutiens dixit: ſi placuerit diabolo per omnes ſe puteos/vel ſerpentem vel teſtudinẽ facere/reliquũq3 genus venenoſarũ beſtiarũ/ & in aquas fontiũ deſilire: poteris ne tu eſſe ſine potu? moxq3 egreſſus per ſemetipſum ieiunus aquã traxit de puteo/ac prior ipſe ſignatã deguſtãs ait: vbi crux adeſt/ ibi nichil ſathane valet malignitas. Sanctus iſte Iſidorus (qui benedictũ quondã vidit antoniũ)
Antonius dignã rẽ memoria litterarũ retulit michi: quã ab ipſo ſe dicebat audiſſe. ¶ Po

potamenia virgo tamenia quedã nomine puella admodũ pulchra/ ancilla cuiuſdã erat tẽpore maximiani perſecutoris. qua multis freqnẽter/ac variis promiſſionibus domin⁹ ſu⁹ temtãs: ſtuprare nõ potuit. ita vt ad poſtremũ amore atq3 inſania preceps: traderet eã illi/qui tũc alexãdrie ꝓfecturã gerebat/ ſcilicet vt chriſtianã ac maledicẽtẽ de perſecutionis ſeuitia/imperatoribus. pecuniã ei ſub hac pactione promittẽs: vt ſi eius acquieſceret volũtati/ſine vllo eã ſupplicio reſeruaret/ac redderet. Si vero in cõtradicẽdi propoſito permaneret: petiit vt tormẽtis deficeret. ne ſi vixiſſet: libidinis domini ſui cõtẽptrix videretur. Que cũ exhibita ante tribunal fuiſſet/eiuſq3 iudex variis cruciatibus atq3 tormẽtis cuperet expugnare deuotã volũtatẽ/& inter diuerſa ſupplicia vas quoq3 eris imẽſum ac feruẽti pice repletũ acerrima flãma ſuccẽderet: duplicẽ ei prefectus immitis poſuit cõditionẽ. aut vade inquit & domini tui obtẽpera volũtati: aut ſcias te in feruẽtẽ hãc picẽ eſſe mittẽdã. Cui puella reſpondit dicẽs: nũq̃ ſit alter monitor talis/qui addici iubeat libidini caſtitatẽ. Ob quod ille nimio furore pculſus: precepit ſpoliatã eã in vas (quod feruebat) immitti. hec autẽ vox illius fuit. per caput inquit imperatoris tui quod tu vereris obteſtor: vt ſi apud te ſtatutum eſt his me tormentis necare/non ſimul totam ſed

paulatim me i feruētē mitti iubeas picē: vt poſſis videre quātā michi dederit igno
tus tibi patiētiā chriſtus. que pvnius hore ſpaciū paulatim in aenū cādēs demiſſa:
defecit/vbi pix primū ebulliēs ad ipſius colla puenit. ❡ Plures autē viri digni ha
bitaculo beatorū/femine quoqꝫ obierūt tūc/in alexādrine eccleſie ciuitate. in qbus
Didymꝰ erat: oculorū qdē lumine deſtitutus/diuinarū tamen ſcripturarū peritia Didymus
pollēs. quē ego intra decē ānos diuerſis tēporibꝰ/quater vidiſſe me memini. quiqꝫ
poſt octoginta & qnqꝫ ānos: vite terminū fecit. hic igit̃ quē loquor/captꝰ eſt ocu
lis/vt ipſe retulit michi: cū quartū ageret etatis ſue ānū. q neqꝫ magiſtris traditus
litterarū/neqꝫ prima vnq̄ elemēta cognoſcēs: habebat inſitū bonū ſemp icolume/
naturalē magiſtrū/cōſciētiā ſuā. quē tāta gratia ſciētie ſpiritualis ornabat: vt in eo
euidētiſſime quod ſcriptū adipleret/dn̄s cecos ſapiētes facit. Teſtamētū qdē vetus psalmus
ac nouū ad verbū interpretatus eſt/ſectas autē oēs tā ſubtiliter firmiterqꝫ expoſita 145
ſup ipſas ratione deſſeruit: vt omniū ſciētiā veterū/peritiāqꝫ trāſiret. q cū me coge
ret quōdā/vt orationē in cella ipſiꝰ facerē/nec tñ eius acqeſcerē iuſſioni; hoc refe
rēdo dicebat. ad iſtud inqt hoſpitiū ter benedictꝰ Antoniꝰ dū me viſitare dignat̃
ingreſſus eſt: & rogatus a me vt in hoc loco flecteret genua & precē funderet/ſta
tim fecit/ac ſecūdo noluit ſe rogari; ipſis me rebꝰ docēs/ſanctorū volūtatibꝰ obe
dire. quāobrē ſi veſtigia ipſiꝰ inqt ſectaris ac vitā/ quēadmodū monachus & pro
acgrēdis virtutibꝰ pegrinꝰ: nolo cōtēdas. hoc quoqꝫ idē retulit michi. Cū inquit
grādi quadā ſollicitudine ac triſtitia fatigarer propter Iuliani impatoris infeliciſſi
mā vitā/ita vt quadā die vſqꝫ ad veſptinas profunde noctis horas nō attingerem
panē/anxietate cōfectus: forte accidit vt ſomno reſidens occuparer. & in quadā
trāſmigratione anime/reuelationē talē viderē: quattuor eqtes cū albis equis p di
uerſa diſcurrētes clamāteſqꝫ/dicite didymo hodie hora ſeptima Iulianꝰ mortuus
eſt. ſurge igitur & cibū ſume/& ad Athanaſii epiſcopi domū mitte: vt ipſe quoqꝫ
cognoſcat hoc. notauit itaqꝫ (ſicut ipſe dicebat) & mēſē/& ſeptimanā/ & diē/&
horā: & ſic oīa ſicut audierat approbauit. Retulit etiā michi & de puella quadā/
cui nomē erat Alexādria: que relicta ea in qua erat ciuitate cōſederat/ intra quod Alexādria
dā ſepulchrū/p foramen exiguū neceſſaria alimēta ſuſcipiens/& neqꝫ viros/neqꝫ virgo
mulieres vnquā vidēs p annos decē: decimo vero āno dormitiōe vltima migra
tura/ſe ipſam cōpoſuit. quod illa que deferebat ei/iuxta cōſuetudinē cibū: retulit
nobis. dicēs nullū ſe tūc accepiſſe reſpōſū. quo audito illitū hoſtiū clauſumqꝫ pa
tefecimꝰ: & ingreſſi defuncte corpus inuenimus. ❡ De ipſa autem & beatiſſima
Melania mulier romana (de qua paulo poſt referā) iſta dicebat. Vultū qdē ipſius Melania
puelle ſe videre nō potuiſſe/ſtātē autē ad foramen ſepulchri petiiſſe: vt ei diceret
cauſam ob quā ſe in illo ſepulchro cōcluſerat. que p memoratū foramen locuta:
cuiuſdā animꝰ inqt in me leſus erat quōdā/& ne viderer eū vel cōtriſtare vel pde
re/malui me ipſam in ſepulchro dū viuo recludere/q̄ nocere anime ad ſimilitudi
nē dei facte. Qua dicēte: rurſus. quēadmodū igit̃ pati potes o ancilla chriſti vt ne
minē prorſus videas: ſed in ſolitudine tali/ cōtra acediā vel cogitationes habeas
tā iuge certamen? hoc illa reſpōdit. a principio inquiēs diei nonā vſqꝫ ad horā/
orationi vaco ex lino opus p horas ſingulas faciēs: reliquo autē tēporis ſpacio/co
gitatione diſcurro p ſanctos prophetas/apoſtolos/atqꝫ martyres/& patriarchas.
ceteris vero horis cibū panis capio appropinquēte veſpera: cū maxima qete do
minū meū glorificās/fineqꝫ vite mee cū ſpe bona patiēter expectās. ❡ Sed ne il

los quidē tacitos preteribo: quorū vita oīs in cōtēptu quodā proprie ſalutis fuit/
vt ex hoc etiā bene meritos predicemus/& legētibus cautele ſtudio cōſulamus.

¶ De quadam virgine/ſolo nomine. Cap. II

VIRGO QVEDAM.

V Irgo quedā/ſolo nomine/Alexandrie fuit.que quātū ad ſpeciē ptinebat/
humilis videbatur: quātū autē ad propoſitū ipſiꝰ/anime inflatioris erat/
variis opibꝰ ſatis diues/amatrix potius auri ꝗ chriſti.nuſꝗ procedere ſo-
lens nō peregrino/nō virgini/nō vim patiēti/nō monacho/nō eccleſie/nō pau-
peri vel exiguā ſtipē prebēs. hec ſanctorū patrū frequētibus monitis:nūꝗ a ſe tam
inutile anime pōdus abiecerat. habebat autē & nōnullos parētes: inter quos filiā
ſororis ſue adoptauerat ſibi/qua ſola diebus ac noctibꝰ fruebatur. omiſſo atqꝫ cō
tēpto amore celeſtiū.nōnūꝗ enī & hec ſpecies quā diabolus imittit/erroris eſt:vt
ſub affectus colore / qui deberi videtur affinibus/ auaritia cupiditaſqꝫ nutriatur.
quod autē nullā demon propingtatis & generis curā gerat : hinc profecto mon-
ſtratū eſt. ipſe enī eſt: qui homines in matres/in fratres/in patres cogit fieri parri-
cidas. qui etiā ſi pretēdere qbuſdā aliquādo videatur neceſſitudinē parētele:non
ideo illud vt proſit iſdē facit/ſed vt animabus eorū iniuſticie crimen accumulet/di
uine nō ignarus ſentētie: que iniuſtos ab hereditate regni celeſtis excludit . poteſt
ſane qs ſpirituali ſciētia/diuinoqꝫ amore commotus/nec proprie anime ſalutē cō
tēnere: & ſuis parētibus (ſi forſitan egere videantur) vite alimoniā pie largiri. pe-
nitus animā ſuā conculcat & deſpicit : ſola propingtatis ſolicitudine occupatus.
ſentētiā diuine legis incurrit: animā (vt dixi) ſuā deputās vanitati. Sacer autē con
ſcriptor ille pſalmorū canit de iis/q anime ſue curā/metu maximo gerunt dicens.
pſalmꝰ.23. Quis aſcēdet in mōtē domini? hoc eſt dicere: ſatis raro . Aut qs ſtabit in loco ſan-
cto eius? Innocēs manibus & mūdo corde: q nō accepit in vano animā ſuam. illi
nāqꝫ in vano animā ſuā accipiūt: q putāt eā/vna cū corpore diſſipari/ atqꝫ diſſol-
ui/virtutū ſcilicet ſpiritualiū cōtēptores. ¶ Iſtā ipſam nomine virginē volēs ſan-
ctus ille Iſidorus preſbyter detractione ſanguinis(vt dici in prouerbiis ſolet)facere
a cupiditatis onere vtcūqꝫ leuiorē : tali erga eā vſus ingenio eſt . preerat autē (vt
Ingenium quo vſus ē Iſidorus pſbyter prius dixi) cellulis fratrū pauperū atqꝫ debiliū.Idēqꝫ in primis iuuētutis ſue ānis
in lapidibꝰ & margaritis probādis/videbaſ pitus. acceſſit igiſ ad eā dicēs: lapides
ad me neceſſarii/atqꝫ precioſi ſmaragdi/& hyacinthi ſubito venerūt. & ſiue qs in-
uenerit eos/ſiue furatꝰ ſit: ſcire nō poſſū. ſtatuere aūt ipſorū preciū nequeo:qa cu
iuſlibet ſūmā ꝗtitatis excedūt. oēs eni ſimul qngentis ſolidis diſtrahūſ. ſi ergo eos
tibi placuerit cōparare:poteris vnū ex ipſis/qngētis vēdere ſolidis:& reliquos ne-
ptis tue monilibꝰ deputare. ſuſpēſa igiſ oīmodis illa que dicebaſ virgo: in affectu
puelle decipiſ huiuſmodi ornatu. et cōplexa illiꝰ pedes orat & petit:ne qs memo
ratos lapides alter acciperet.cui ille ſanctꝰ dū auide hortaſ: hec dixit. Veni i domū
meā: vt hec que diximꝰ videas. ad quod illa nō acqeſcēs/ ſed magis qngētos ſoli-
dos in ſinū illiꝰ fundēs ait: quēadmodū vis/ipſe eoſdē lapides tolle. ego enī nolo
eū videre q vēdit. acceptos ille igitur quingētos ſolidos : paupenbꝰ/ debilibuſqꝫ
mox diuidit. poſt aliquātū vero tēporis ſpaciū/qa magna opinio ipſiꝰapud oēs/
alexandrie erat (quippe q & miſericors eſſet/& in cultura dei preclarꝰ/& ſenior/q
iā vſqꝫ ad cēteſimi quoqꝫ anni curricula pueniſſet : quod ego etiā qui cum illo diu
fuerā ſatis agnouerā) erubeſcebat eū virgo memorata ſup ipſis ſolidis admonere.
ad poſtremū cū illū forte in eccleſia repeiſſet : alloquiſ , quid inquit iubes precor:

de lapidibus illis/pro quibus quingétos ſolidos dedimꝰ: cui ille reſpódit. ex quo
michi inqt aurú dediſti: ex eo illud pro precio ipſorú lapidú dedi. & ſi venire de-
ſideras ac videre eoſdé in hoſpitio meo(illic ení iacét) veni/& vide ſi poſſunt tibi
placere. ſin minus aurum referes: quod dediſti. Quo illa libéter audito/ ad preſ-
byteri domú pergit: in cuiꝰ ſuperioribus femine debiles habebátur/in inferioribus
autem viri. vbi ſtatim cú ea intra primas fores ingreſſus/dicit eidem : quid vis pri-
mú videre hyacinthos an ſmaragdos? at illa: quod iuſſeris. ducit itaqꝫ eá ad ſupe-
riores domꝰ ptes: oſtéditqꝫ ei cóſciſſis feminas mébris/& vulnibꝰ totis varia mor-
boſitate laceratis/dicés ad eá/iſti ſunt hyacinthi. Inde deſcédés: oſtédit ei ſimiles in
inferioribꝰ viros. & ait: iſti ſunt ſmaragdi. ſi placét tibi: ipſa cóſidera. ſin minꝰ au-
rum recipe quod dediſti. itaqꝫ egreſſa eſt domú/nimio rubore cófuſa/& plurimú
triſtis: quia videret ſe illa voluiſſe facere/que deo placere nó poſſent. moxqꝫ egri-
tudiné incurrit: vt redijt. nó ení hoc ſecúdú dei fecerat volútaté: ſed ingeniola viri
ſanctiſſimi neceſſitate cópulſa. paulopoſt auté maximas preſbytero gratias egit.
propter quod puella cuiꝰ nimiá curá gerebat: nupta quidé/ſed ſine filiorú educa-
tione defuncta eſt. ¶ Cú igitur per trienniú in monaſteriis (qui circa alexádriá ſita
ſunt) cómoratꝰ fuiſſem/& optimos illic viros abſtinétie virtutibꝰ adornatos vſqꝫ
ad duo milia hominú/ſanctiſſimoſqꝫ vidiſſem : inde deſcédés ad móté cui nytrie
nomé eſt veni. in medio auté iſtius mótis & alexádrine ciuitatis / interiacet lacus:
qui marie vocabulo nominat/per ſeptuaginta miliú ſpacia diffuſus. qué cú vno
ac medio tráſfretaſſem die: ad meridianá pté prefati fontis acceſſi. cui móti penitꝰ
deſerta adiacét loca : que ethiopiá vſqꝫ tédútur/ & vſqꝫ ad mágicú ac mauritaniú
ſolú. in quo móte degebát quinqꝫ milia (vt arbitror) virorú: ꝗ diuerſum propo-
ſiti ſui inſtitutú tenétes/prout vellét poſſentqꝫ/viuebát. ita vt alii quidé liceret ſoli
manere ſi cuperet : aliꝰ cú vno tátú fratre ſi vellet/alius cú multitudine ſi hoc deſi-
deraſſet/habitaret. Quo in móte tá memoratis ꝗ illis qui ad vltimas ſe ſolitudines
cótulere ſexcétis viris: ſepté piſcinis aliméta prebentur. Huius igitur mótis ꝑ totú
annú vſus hoſpitio/plurimúqꝫ a beatis patribꝰ inſtructus & doctꝰ: ab Arſiſio ma
iore/& Putubaſto / Agione/Serapione & Chromo/ multiſqꝫ ſeniorú ſpiritualiú
relationibus ſup iis qui ante ipſos fuerát incitatꝰ/vſqꝫ ad alia ſolitudinis loca inte-
rioris/acceſſi. ¶ In ipſo auté nytrie móte vná eccleſiam maximá vidi : in qua ſunt
tres arbores dactilorú/ex quibꝰ ſingulis ſingula flagra depédét. quorú vno ii qui
peccát monachi verberátur/ alio latrones (ſi inciderint forte) cedútur. tertio deli-
cta eorú qui vndecúqꝫ cóuicti in peccato vapulari meruiſſent/ memoratas ample-
ctátes arbores/ & certas tergo accipiétes plagas dimittebátur: Eſt etiá circa ipſam
eccleſiá cella ſuſcipiés pegrinos ac pauperes fratres : in qua cú acceperint aduená
quélibet/per tátú illic tépus alunt/donec ipſe propria volútate diſcedat/ biennio
ac trienio ſi voluerit quis/illic manere non prohibétes. vnius autem ſeptimane ex
quo veniſſet/ei ociú dabant: reliquos vero dies quodcúqꝫ opus eúdé facere coge
bant. deputabátqꝫ eú aut piſcinis/aut ortulis/aut coquinis. ſi auté honeſtior ali-
quis minuſqꝫ aptus huiuſmodi operibꝰ videretur : legendú ei codicé dabát/oéſqꝫ
vſqꝫ in horá ſextá a cóſpectu ipſius & cófabulatione prohibebát. In hoc móte &
placentarii habentur & medici. vtútur quoqꝫ vino. ná illic etiá vina venduntur.
Omnes auté iſti manibus cóficiút lintheamen : ex cuius operis emolumento/ nulli
eorú deficit ad vitá. Eſt aút maxime voluptatis circa veſptinas horas ex vnaquaqꝫ

manſione monachorũ/varias audire voces/pſalmos chriſto canẽtiũ. Quo tẽpore
ſi qs aſſiſtat & diligẽter aduertat: putabit ſe ſubito ſublatũ/& i paradyſo ꝯſtitutũ.
ad ipſam vero eccleſiã ſolo ſabbato/& dñico die cõuenire cõſueuerũt. ❡ Sũt aũt
in ipſa octo preſbyteri: inter quos q̃ diu primꝰ preſbyter viuit/nullus ꝑter ipſum
Arſiſius alter aut ſacra offert deo/aut tractat/aut iudicat. ſed ſilẽt ſemꝑ:ſolo cõceſſus hono
re cõtẽti. Ille vero maior Arſiſius/& alii multi cum ipſo ſenes ſanctiſſimi/quos &
Ammon. ipſe tũc vidi: eiuſdẽ tẽporis cuꝰ & beatꝰ Antonius/erãt. q nobis etiã ſanctũ Am-
Antonius. monẽ nytriodẽ ſe noſſe dicebãt illũ: cuiꝰ animã dũ ab angelis ferret ad celũ/ vidit
pachomiꝰ antonius. hic ergo referebat quod & Pachomiũ tabennoſiotẽ aliquãdo vidiſſet:
Caſte Am- virũ prophetica gratia clarũ/ & in monaſterio tria milia monachorũ regentẽ. de
monis nu- cuiꝰ virtutibꝰ: poſt paululũ loquar. Ipſum eni Ammonẽ in hunc morẽ vixiſſe di-
ptie cebat. Cũ eſſet inqt puer a parẽtibꝰ derelictus/& ad viginti duorũ perueniſſet nu-
merũ annorũ: inuitꝰ ab auũculo ſuo matrimonii vinculis alligatꝰ eſt. Qui cũ reſi-
ſtere nõ poſſet ei/que a parẽte igerebat neceſſitati: & i nuptiis iuſſus eſt coronari/
et in thalamo ſedere cõpulſus eſt/ & oĩa patiẽter ſufferre ſolẽnia nuptiarũ coactꝰ
eſt. Poſtq̃ autẽ vniuerſi a thalamo receſſerũt/ nouis nuptiis in lectulo collocatis:
ſanctus Ammon ſurgit e lectulo/oſtiũ claudit/vocatq; reſidẽs benedictã illã & ve
re vnanimẽ cõiugẽ ſuã/dicẽs. veni inqt dña: vt tibi cauſam ipſam huiꝰ cõiunctio-
nis exponã. nuptie noſtre hucuſq; ſunt tãtũ/nichilq; i ſe ãplius habẽt: bene ergo
faciemꝰ/ſi de reliquo qſq; noſtrũ ſeparati qeſcat/vt & chriſto placere poſſimꝰ ſi in-
tacta virginitate viuamꝰ. Prolatũ autẽ de ſinu ꝓpũ libellum: neſciẽti ſcripturas ſan
ctas puelle/ex ꝑſona apoſtoli ac ſaluatoris legebat: cui lectioni alia ſecũdũ ſenſum
ſuũ lõge plura cõiũgẽs/exponebat eidem caſtitatis virginitatiſq; cõuerſationẽ/vt
illa poſt ſatiſfactionẽ in ictu gratia diuinitatis ĩpleta diceret: michi quoq; ꝑſuaſum
ſcias dñe/ caſtã vitã libẽter ãplecti. qd ergo iubere amplius velis expecto. cui ille
Balſamum hoc inqt iubeo & rogo: vt vnuſqſq; noſtrũ ſeparati ab hoc die maneat. ad quod
etiã in illis illa nõ acqeuit: dicẽs. In eadẽ qdẽ cella/ſed in lectulis ſeparatis manere debemꝰ. Cũq;
locis repe- hoc vtriſq; placuiſſet: decẽ & octo ãnos vixerũt: ita vt illa qdẽ totis diebus eſſet in
riri cella/ ille autẽ inſiſteret opi in ortulo quẽ colebat/& balſamũ ea qua ꝑitꝰ erat arte/
cõficeret. Quod tñ balſamũ multo labore ad imaginẽ vinearũ & plãtat/& colit/
et putatur. veſꝑtinis autẽ horis regreſſus domũ orationibꝰ factis/ & cũ eadẽ cibo
ſũpto/ac rurſus nocturnis precibꝰ ex more celebratis: ad opus ſolitũ primo mane
ꝑgebat. Interea dũ eorũ eſſet hec vita: excluſa ab vtroq; penitus omni corporalis
illecebre paſſione: oratione ſancti id quod aliqñ cupiebãt/optinere ceperũt. ait eni
eidẽ ad poſtremũ beata illa: dñe (inqt) mi: habeo quod dicã. In quo ſi me audieris/
probabit michi ꝙ me ſecundũ deũ diligis. hortat ille vt quod ei placeret ediceret.
At illa iuſtũ michi hoc inqt videt: cũ ipſe ſis ſexus virilis/& iuſtitie totꝰ inſeruias/
cũq; ego quoq; propoſiti tui emuler viã: vt diuerſis ad multorũ edificationẽ mã
ſionibꝰ ſeparemur. Incõueniẽs eni atq; incõgruũ puto: propter me tãtã i occulto
te habere virtutẽ / nec vlli eſſe cognitum quod in hac caſtitate / atq; pudicitia dñi
amore ſimul viuimꝰ & manemꝰ. cui ille gratias agẽs/deũq; glorificãs ita reſpõdit:
bene tibi placuit mi dña ſoror. habe igit hãc ipſam cellã: ego autẽ aliã michi face-
re tẽtabo. Egreſſuſq; ab ea: mox interiora loca nytrie penetrauit. nec dũ eni tunc
monaſteriorũ/illic fuerat multitudo: fecitq; ſibi duarũ volumina cellularũ/atq; ita
in ſolitudine viginti aliis ãnis ac duobꝰ trãſactis/defunctꝰ eſt. imo magis ſomno

quieuit cũ ſexaginta duos etatis ſue ãnos finiſſet. per ſingulos tamen ãnos: ſedulo
ſemp videbat beatã illã cõiugẽ ſuã. ❡ De hoc illud miraculũ ſanctus Athanaſius
alexãdrinꝰ epiſcopꝰ retulit: i eo ope quo vitã deſcripſit Antonii. qđ aliqñ vna cũ
theodoro diſcipulo ſuo Lycũ noie fluuiũ cupiẽs trãſfretare/& erubeſcẽs ſibi veſti-
mẽtũ detrahere/ne nudũ vnq̃ ſuũ corpꝰ aſpiceret: ſubito ſine naui in alterã flumi-
nis ptẽ ãgelo vehẽte trãſlatꝰ eſt. Iſte igiť Ammon ita vixit atq; obiit: vt ipſiꝰ aĩam
ſãctꝰ videret Antoniꝰ/cũ ab ãgelis ferreť ad celũ: memoratũ vero fluuiũ/naui ego
cũ metu trãſiui. eſt eni illic deriuatio q̃dã magni illiꝰ fluminis nili. ❡ In hoc etiã (q
nytrias diciť) mõte: monachꝰ erat qdã/cui Or fuit nomẽ: cuiꝰ virtutẽ multorũ qdẽ
fratrũ teſtimonia p̃dicabãt/ſpecialiter tñ ãcilla dei Melania/ q̃ ãte me ad loca ipſiꝰ
mõtis acceſſerat. nã ego ſupſtitẽ ſupradictũ virũ videre nõ potui. hec ergo de cõ-
uerſatiõis eiꝰ virtutibꝰ referebat. qđ nec mẽtitꝰ vnq̃ fuerit/nec iurauerit/nec male-
dixerit cuiq̃/nec ſine neceſſitate aliq̃ ſit locutus. ❡ Huiꝰ mõtis habitator & beatꝰ
Pambo fuit. Quẽ & Dioſcorꝰ epiſcopꝰ/& Ammoniꝰ/& Euſebiꝰ/& Euthimius
fratres/& Origenes/& Dracõtiꝰ viri admirabiles/& nepos: habuerũt magiſtrũ. q
Pambo & cũ multis ac variis virtutũ p̃rogatiuis/palmiq; p̃celleret: inter ipſas etiã
hoc habuiſſe p̃cipuũ memorať. qđ i tãtũ auri/argẽtiq; cõtẽptor fuit: vt p̃ceptũ dñi
videreť ipleſſe. referebat ergo michi venerabilis ipſa Melania: qa profecta de vrbe
roma/alexãdriã primũ fuiſſet igreſſa. cũq; multa de ipſiꝰ viri virtutibꝰ Iſidoro p̃ſ-
bytero/& Xenodochio referẽte cognouiſſet/ & eodẽ duce ad eũ i ſolitudinẽ pue-
niſſet: obtuliſſe ſe illi trecẽtas argẽti libras/ac p̃catã fuiſſe vt aliqd ex eiꝰ rebꝰ accipet.
q cũ ſederet (inqt) & vimẽ itegeret: ſola me voce benedixit & ait/det tibi mercedẽ
deꝰ. Deinde dicit economo ſuo. ſuſcipe caute/& diuide p oẽs q ſũt tam in lybia q̃
in inſulis fratres. Hec eni monaſteria plus videnť egere: q̃ cetera. hoc quoq; ei p̃ci-
piẽs: ne qd ex ea pecunia iis q in egypto degũt daret. propterea ꝙ regiones illas:
alimẽtis ſciret ãpliꝰ abundare. Cũ autẽ memorata femina ſicut retulit michi ſtaret/
et benedictionẽ pro munere dato expectaret aut laudẽ/nichilq; ab eo audiret: vl-
teriꝰ ait ad illũ. Scito dñe trecẽtas eſſe i hac argẽtaria libras. q iterum ne rurſus qdẽ
prorſus aſpiciens illã: ita reſpõdit. cui exhibuiſti hec o filia: nõ opꝰ habet a te mẽ-
ſurã cognoſcere. nã qui mõtes lance pẽſauit: multo ãplius nouit quãtum ſit huiꝰ
pondus argenti. Et ſiquidẽ michi iſtud offerres: cõpetẽter hoc diceres. cum autẽ
nõ michi ſed illi dico quẽ nõ ſpreuiſſe/imo ãplius honoraſſe duos illos nummos
agnouimꝰ: tace/quieſce. Sic autẽ dñm ordinaſſe dicebat: vt poſt paululum tẽpus
poſtea q̃ ad ipſum venerat mõtem / dei ſeruꝰ illo requieſceret. qui nõ egritudine/
nõ febre aliqua fatigatus eſt/ſed ſportellã cõſuendo ſeptuageſimo etatis ſue anno
quieuit in pace. Ante horã vero qua de ſeculo exiens ſpiritum ſuũ cõmẽdaret: vo-
cauit me/& in poſtrema cõſummatione ſui opis cõfidẽter ait. accipe hãc ſportel-
lã de manibꝰ meis: quia nõ habeo aliud quod relinquã tibi/vt memor ſis mei. cuiꝰ
corpore inuoluto in lintheo/& ſepulture tradito: ex deſertis locis abſceſſi vſq; ad
finẽ propriũ/hereditatẽ ſancti illius habẽs mecum. hic ipſe Pambo in fine vite ſue
ipſaq; hora qua exiturꝰ erat e ſeculo: aſſiſtẽbꝰ ei Paulo preſbytero/ & economo/
et Ammonio ſãctitate famatis viris & ceteris fratribꝰ/hoc dixiſſe memorať. ex quo
veni i iſtũ ſolitudinis locũ/& habitaui in cellula quã meis manibus extruxi: panẽ
gratis ab aliquo me mãducaſſe nõ memini/nec verbũ vſq; in preſentẽ horã locu-
tus ſum/de quo penitẽtiã agere debuiſſem. Ita tamẽ ad dominũ deũ pgo: tã q̃ nec

Athanaſiꝰ vitam ſcripſit ãtonii.

Or monachus

Melania

pambo

dū diuine ſeruitutis cultū attigerim. aſſerebāt aūt nobis referētes & teſtimoniis cō
firmātes ſuis/Paulus & Ammonius ſerui chriſti/quia nūq̃ cū aliquid interrogatus
fuiſſet vel de ſpiritualibus/vel de ſecularibus ſcriptis: citio reſpōſum ſolſcitantibus
dedit. ſed ſemꝑ: necdū ſe quod reſpōderet inueniſſe dicebat. Sepe autē & cū men-
ſiū ſpacia fluxiſſent: nec ſic quidē reſpōſum querētibꝰ dabat/adhuc ſe nō aſſerens
perueniſſe ad notitiā veritatis. tā diligētes autē cautaſqꝫ ſecūdū deū ſētētias profe
rebat: vt eas oēs tāq̃ ab ipſo deo prolatas ſuſciperēt. hāc enī Antoniū quoqꝫ illū
magnū ꝓhibēt habuiſſe virtutē. ¶ Factū etiā huiuſmodi ipſius Pambo/inter alia
fertur. quod cū Pior monachus veniſſet ad eū/propriū panē ferēs/& ob hoc ab
illo reprehēſus fuiſſet: interrogatꝰ vt diceret cur hoc feciſſet. reſpōdit dicēs ne ho
ſpes ab hoſpite grauaretur/quē ille tātū tacēdo reprehēſum dimiſit cōtinuo. Poſt
aliquātū vero tēporis ad Pior/Pambo memoratꝰ accedēs: ꝑfuſum aqua panē vt
ab his edebatur exhibuit. qui interrogatꝰ cur hoc feciſſet: reſpōdit iccirco aquam
addidi/ne tibi oneroſus exiſterē. ¶ Prefatus autē Ammonius diſcipulus ipſius/
aliiqꝫ tres fratres/& ſorores due: ſūmo dei cultu & amore flagrātes/ cū ad deſerta
ꝑueniſſēt loca/ſeparatas ſibimet māſiones fecerūt/ ita vt grādi a ſemetipſis ſpacio
ſepararētur. hūc ergo Ammoniū qa ſupra modū lectioni ſcripturarū vacabat: ci-
uitas quedā epiſcopū ſibi fieri poſtulauit. cuius ciues cum hoc a benedicto Timo-
theo quodā petiſſent/ & ille dixiſſet adducite eū ad me/ & faciam vt vultis: cum
magna multitudine ad eum/quo facilius abſtraheretur ingreſſi ſunt/captūqꝫ ſe ille
ꝓſpiciēs/rogare cepit eos & ꝑ ſacramēta firmare: acqeſcere ſe omnino nō poſſe vt
vel exiret de ſolitudine quā tenebat. Cūqꝫ videret nō cōcedi ſibi/vt faceret qđ po-
tebat: ferro aurē ſiniſtrā radicitus(cūctis vidētibus)ſecuit. hec dicens/vel nūc pro-
babitur vobis impleri nō poſſe quod cupitis/iubēte lege diuina nullū aure preci-
ſa oportere fieri ſacerdotē. Et ita demū relicto eo: ad propria reuerterūt. Cū vero
remeaſſent/& epiſcopo iſta dixiſſent: ille reſpondit/a iudeis lex iſta ſeruatur. Ego
autē ſi dederitis michi aliquē etiā naribus truncū ſed moribus probū: nō eū dubi
tabo epiſcopū facere. hoc audito ꝑgūt ad ipſum inſtantiſſime: eū rurſus rogātes.
quo non acquieſcente: vim quoqꝫ inferre tentabant. quibus iuratus ille reſpōdit.
ſi me cogere volueritis vlterius: etiam linguam meam (quia propter ipſam michi
moleſti eſtis) abſcindā. Tunc demū ſic eū/cū ſuper hoc nichil proficerēt: reliq̄rūt.
¶ Cuiꝰ Ammonii fertur tale miraculū. Cū quedā delectatio carnalis ſine vlla cor
puſculū eiꝰ intermiſſione vexaret: cādēti ferro propria mēbra laniabat/vt ex om-
ni ꝑte plenus eſſet ſemꝑ vlceribus. Eſca vero eius fuit huiuſmodi. A iuuētute ſua
vſqꝫ ad obitū crudis eſt vſus cibis: interdū etiā preter panem. vetus autem nouū-
qꝫ teſtamentum memoriter retinens: etiam libros eloquētiſſimorum virorum di-
Didymus. dymi Pierii atqꝫ Stephani vſqꝫ ad ſecenta milia verſuum legendo tranſiuit. hec
pierius. autē de eo teſtificantur etiam patres ſanctiſſimi in heremo commanentes. huius
Stephanꝰ. etiam prophetica virtus: multis innotuit. Inter fratres vero qui ſecreta eremi di-
Euagrius. ligebāt: nullus illo in officio cōſolationis ſuperior. de hoc ſentētiā beatꝰ Euagriꝰ
ſpiritualis/& virtute diſcretionis precipuus/ proferebat dicens: nullum ſe vidiſſe
hominū/qui ſic ſuꝑauerit corporeas paſſiones. hic idē ſanctiſſimus cū a Rufino tē
poris illius prefecto pretorii/multiplici ſupplicatione rogatꝰ fuiſſet: vt magno illo
Ammonio conſtantinopolim ob neceſſarias eremi actiones adueniēte/ipſe quo-
qꝫ dignaret venire/vehemēter id precātibus ſanctis diuerſarū prouinciarū epiſco-

pis/aliiſqꝫ quá pluribus eremitis (qui ad dedicationē baſilice quam ipſe cōdiderat cōuenerāt) memoratū Rufinū propriis manibꝰ ſuſcepit ſacro fonte mūdatū. quē ſue cōuerſationis merito: plurimū veneratus eſt/ſancto Ammonio cupiēs in oībus obedire:qui paulopoſt dormiuit in dño. Sepultuſqꝫ eſt in baſilica que appellatur rufiniana. In cuiꝰ ſepulchro curari ferūtur cūcti/diuerſis febribus laborātes.

¶ In hoc quē prediximꝰ mōte nytrie:quidā vir fuit mirabilis/nomine Beniamin/ p octogita ānos in abſtinētie virtutibꝰ / ſūmā donorū ſpiritualiū gratiā cōſecutꝰ. qui ſiue manꝰ cuiq̄ impoſuiſſet/ſiue olei benedictionē dediſſet: ab oī lāguoris moleſtia ſoluebatᷣ. hic ergo qui talibꝰ diuine gratie muneribꝰ preminebat: ante octo mēſes dormitionis ſue aquoſo lāguore peruaſus / in tātū miſerāda pīguedine ſue carnis intumuit: vt noſtris tēporibus ſecūdꝰ Iob putaretᷣ. aſſumēs itaqꝫ nos Dioſcorus epiſcopꝰ qui tūc preſbyter nytrie fuit/meqꝫ & beatū euagriū: hoc modo eſt allocutꝰ. venite & videte nouū Iob: in tāto tumore corporis/atqꝫ inſanabili paſſione ſingularē patiētiā poſſidētē. Eūtes igitur vidimus hominē in tāto corporis tumore diſtentū: vt minorē manꝰ eius digitū/vtrarūqꝫ manuū noſtrarū cōiuncti digiti minime cōplecti valerēt. Cūqꝫ nō poſſemus dura paſſionis eiꝰ diu reſpicere: oculos noſtros ab eo deflexímꝰ. Tūc ille beatus Beniamin ait nobis: orate filii vt homo meus interior/ iſto languore ſit liber. hoc nāqꝫ corpus nec ſua me ſanitate ſublimē reddidit: nec dolore deiectū. p octo itaqꝫ mēſes illos/ facta eſt ei ſella latiſſima: in qua inceſſanter ſederet. iā nō valēs in lectulo requieſcere: propter reliquas corporis neceſſitates. Qui tamen in huiuſmodi ſui corporis/paſſione cōſtitutus: alios dei gratia ſanare cōſueuerat quolibet lāguore vexatos. Neceſſariū igitᷣ exiſtimaui referre huius ſanctiſſimi paſſionē: vt nō admiremur quoties viris iuſtiſſimis quedā corporales neceſſitates cōtingunt. defuncto autē viro fortiſſimo: poſtes ianuarū (nec eni aliter tāti tumoris corpus eiici potuiſſet) ſublati ſunt.

¶ De Apollonio. Cap.III

a Pollonius qdā noīe/vnꝰ ex negociatoribꝰ renūciās ſeculo/mōtēqꝫ nytrie habitās: cū iā neqꝫ artem diſcere preualeret ſenio prepeditꝰ etatis/ neqꝫ abſtinētiā ſpirituali ſcriptura mādatā/ huiuſmodi cōtinētiā/ſibi inſtituiſſe cognoſcitᷣ. Ex propriis pecuniis atqꝫ laboribꝰ/oēm remediorū ſpeciē/atqꝫ cellaria in alexādria cōparās ciuitate: cūctis fratribꝰ lāguētibus exhibebat. videres autē eū a principio diei nonā vſqꝫ horā: vniuerſa tā virorū q̄ feminarū/monaſteria pagrātē/& p ſingula egrotos oſtia viſitātē/ portātēqꝫ ſecū vuā paſſam/malogranata/oua/ſiligines: que maxime neceſſaria vidētur infirmis. ad talē ſeſe vitā cui ſoli aptꝰ erat: hic famulꝰ chriſti inſtituerat in ſenecta.q tñ ante obitū ſuū/cū aliquē ſui ſimilē reppeiſſet: ei omnē miniſterii huiꝰ ſupellectilē tradidit/cōprecatuſqꝫ eſt eum vt huiuſmodi curā fratribus exhiberet. Cum enim quinqꝫ milia monachorū in ſupradicto monte conſiſtant: neceſſaria vel maxime talis ſollicitudo eſt & conſolatio/ſine qua in deſertis illis non viuitur locis. ¶ Alii etiam duo quidam fratres fuerunt: quorum pater emendis / vel mutandis mercibus ſtudens/vſqꝫ ad hiſpaniam ſemper negociando pergebat. quo mortuo: diuiſerūt inter ſe ſubſtātiam eius/que in mobilibus tantū erat. In auro quidem quinqꝫ milia ſolidos: in mancipiis vero vel veſtibus quidquid inuenire potuerunt. Iſti igitur vno animo/ cōmuniqꝫ conſilio inter ſe tractare ceperūt/dicētes inuicē ſibi. quā frater eligimus viam vite: ſi mercationē in qua pater noſter vixit arripimus: etiā ipſi labores no-

Beniamin

APOLLONIVS

ſtros aliis relinquimus/noſq; fortaſſe euntes in pericula/ precipites vel marini(vt aſſolēt)fluctꝰ/vel latronū tela/cōſumēt. ſequamur igitur frater ſolitudinē magis/ vitāq; monachorū: vt & paternā hereditatē lucremur/animas noſtras nulla rerū malarū cōtagione perdamus. quod propoſitū cū vtriſq; placuiſſet:in electione ſolitarie vite/diuerſū ſinguli tenuerūt iter. diuiſis igitur quas pariter reliquerāt rebus: vnū quidē habuerūt vterq; propoſitū vt placerēt deo/ſed nō in vna inſtitutione viuēdi/ābo placuerūt. alter eni ex ipſis omnibꝰ ſuis rebus per oia monaſteria / et eccleſias/ & carceres diuiſis : artē ſibi repperit quādā/ex qua quotidiani cibū panis acquirēs/ei quā elegerat vite & orationi vacabat. alter autē nulli ex ſubſtātia propria quicꝗ dedit: ſed monaſteriū ſibi fecit. vbi paucis ſecū fratribus collocatis:oēs aduenas/omnes ſenes/omnes pauperes/omnes ſuſcipiebat infirmos . & per dominici aut ſabbati diē: ternas & quaternas mēſas indigētibus exhibebat/hiſq; vniuerſam ſubſtātiā modis quoad vixit expēdit. quo vtroq; defuncto: beati ābo/diuerſis opinionibus probabilis vite cōſūmatione celebrabātur. Et iſte quidē aliis: ille vero aliis ſemper placebat . Ex quorū laudibꝰ orta inter fratres cōtētione/ ꝙ vterq; videretur fuiſſe perfectꝰ: ad ſanctū Pambo/ vt ab eo verū cognoſcerēt pergūt. quē cū iudicē elegiſſe ſe dicerēt/peterētq; vt quis e duobꝰ feciſſet melius/edoceret: vtrūq; ille apud deū perfectū eſſe reſpōdit. nā alter quidē ex ipſis Abrahe:alter Helie moribꝰ vixit . cūq; nō ſedato intra ſe certamine dicerēt/deprecātes: quēadmodum pares poſſunt videri & non magis precedat ille qui euangelica precepta cōpleuit/q cuncta vēdidit/pauperibus donauit/quiq; ꝑ oēs horas/ oēs dies/ oēſq; noctes/dominicā crucē portās perpetua ſaluatorē oratione comitať : cūq; alii diuerſa ex parte cōtēderēt dicerētq; : qa iſte quē nos āplius predicamus/tantū circa egētes tribulatos ſuū oſtēdit affectū/vt aggeribꝰ publicis aſſideret/ oēs vndecūq; colligeret/& nō ſue tātūmodo cōſuleret anime/ſed multas atq; multorū curando infirmitates ac neceſſaria prebēdo ſaluaret. ita beatꝰ Pambo ad vtroſq; reſpōdit: idē iterū vobis loquor/pares ābo ſunt apud dominū . & vtriſq; me ſatiſfacturū puto. hic eni ſi tā ꝑfectus monachus nō fuiſſet : dignꝰ profecto non eſſet vt eū bonitati illius cōpararē. Ille vero reficiens egenos atq; peregrinos: aliquod ex ipſa cōmunione ſolatiū ſentiebat. nā & ſi labores ipſius eſſe magni oneris videbātur: at tamē habebat & requiē aliquā cū labore . Expectate autē ait vt ſuꝑ hoc (deo reuelante) cognoſcā. quod cū veneritis ad me: deinceps audietis . poſt paucos itaq; dies cū eū rurſus rogarēt: beatus ille ita reſpōdit/dicēs. Ante deū/vobis loquor: vtroſq; in paradyſo ſimul ſtare conſpexi.

De Macario. Cap.IIII.

MACARIVS. i Vuenis quidā qui Macariꝰ dicebatur/ānorū decē & octo: dū cū equeuis ſuis pecora paſcēs iuxta lacū(cui marie nomē eſt) ludit/ homicidiū fecit inuitus. nulliq; quicꝗ dicēs :ad deſerta perexit/in tātū humano atq; diuino territus metu/vt amēs factꝰ ꝑ triēniū videreť/ dū ſine tecto in ſolitudine ꝑmaneret. (Nō pluiti illis locis) eſt eni terra ipſa ſemꝑ ſine pluuiis. norūt hoc quod loquor cūcti:qui et ſcripturarū lectione/& experiētia rerū periti ſunt. ipſe beatiſſimꝰ quē dico:in deſerto ſibi cellulā fecit. In qua viginti qnq; alios ānos etatis ſue viuēs/ talē diuinam gratiam meruit/vt exultās ſolitaria vita/illuderet demones atq; deſpiceret . hic michi apud quē multū tēporis feci/interrogāti/ quas animus ipſius de facto homicidii cogitationes haberet : vſq; adeo ſe triſtem nō eſſe dicebat : vt ex ipſo homicidio

quod ignarus admiſerat/gratias actitaret. Inde enim aiebat: occaſionē ſibi ſalutis allatā. dicebat autē ſcripturarū teſtimonia proferēs: quod nūq̄ magn⁹ ille famulus dei moyſes/diuinitatis meruiſſet ītuitū/neq̄ tantū aſſecutus donū dei fuiſſet/ vt miſteria celeſtia ac ſancta cōſcriberet: niſi pharaonis regis metu propter homicidiū quod in egypto admiſerat ad ſyna mōtis deſerta fugiſſet. hec autē ego dico nō vt ad homicidiū quēquā videar incitare: ſed vt oſtēdā magis quod ex malis rebus interdū/ſi in eas incidamus inuiti occulta dei prouidētia ad virtutis gloriā peruenimus. alia enim genera virtutū neceſſitati aſcribimus: alia voluntati.

De ſancto Nathanaele. Cap. V.

Vit alter quidā de antiquis viris nobiliſſim⁹ agoniſta noīe Nathanael: quē ego ſuperſtitē quidē videre nō potui. quieuerat enī āte quindecim ānos aduētus mei. ab illis tamē qui vna cū ipſo per multū tēp⁹ vixerāt/ monachis: virtutē ipſius viri diligētius requiſiui. Oſtēderūt autē michi & cellam ipſius: in qua quidē/poſt ipſum nullus habitauit/eo quod viciniā ipſius loci homines incolebāt. tūc enī cellā ſuam ille beatus cōſtruxerat: quādo adhuc aliqui ſe ad ſecreta ſolitudinū / non cōferebāt. hoc autē ab illis magnū cōtinētie bonū de memorato cognoſcebā viro: quod tāte in cella ſua patiētie fuit/vt in propoſito ſuo nūq̄ omnino titubauerit/ex quo primū irriſus/ atq̄ tentatus videbatur a demone/ qui oēs & illudit & fallit/cuius fraude/& ex priore acediā perpeſſus cella dicitur receſſiſſe/aliāq̄ viciná vico cuidā fabricare cepiſſe. at vbi & perfecit alterā māſionē/& in ea cepit habitare: poſt tres vel quattuor mēſes per noctē ad eum demon acceſſit in ſpecie militis/imagineq̄ carnificis figuratus. qui pannis obſit⁹/ ſordere deformiter ſonūq̄ flagris facere videbatur. ad quē beatus Nathanael hec dixit. quiſnā/inquit tu es: qui talia in hoſpitio meo facere conaris? Ille reſpōdit. ego ſū qui te priore cella fugaui: quiq̄ nūc veni vt ex hac quoq̄ māſione te pellerē. quo audito/ille vbi illuſum ſe vidit a demone: reuerſus eſt ſtatim ad habitaculū prius/ac triginta & ſeptē ānos in eadē māſione cōpleuit/ne ipſum quidē limē egrediēs/cōtēdēdo cū demone quē ſuperare cupiebat. qādē tātis eū machinationib⁹ impugnādo vexabat/vt quocūq̄ modo cellā ſuā cogeretur exire: quātas ſingulatim referre non poſſum. inter que immūdus ille ſpiritus hoc quoq̄ aggreditur: vt eū a propoſiti ſui lege deflecteret. aptato nāq̄ aduentu quorundā ſeptē ſāctorū epiſcoporū/qui ad requirēdū eū ſiue prouidētia dei ſeu demonis tētatiōe venerūt/ cū epiſcopos ipſos poſt orationē factā egrediētes/ne vno quidē paſſu/ proſequeref: dicūt ad eū diaconi epiſcoporū/ſupbā rē admodū facis abba/quod nō deducis ſanctos epiſcopos. quib⁹ hoc ille/ reſpōſū dedit. ego & dños meos epiſcopos veneror/& omnē clerum debita honorificētia proſequor/cunctorūq̄ hominū me extremū eſſe nō dubito: ſed & his & vniuerſo ſeculo mortu⁹ ſū. occultū autē propoſitū & mei cordis arcanūq̄de⁹ nouit: propter quod ſanctos non proſequor viros. decept⁹ igit demon ac lapſus de ſpe preſentis īgenii: aliā cōtra ipſū ante nouē mēſes obit⁹ eius/artē machinatur. fit ſubito paruulus puer veluti annorū decē mināſ aſinū/panes in ciſta ferētē: qui cū ad cellam ipſius multa ſatis nocte veniſſet/aſinū in terrā ruiſſe ſimulauit/& clamantē paruulum finxit. Abba inquit Nathanael: miſerere mei/& manū michi porrige. audita ille iſta quaſi pueri paruuli voce/intra oſtiū cui⁹ partē recluſerat ſtat dicēs ei. Quis es tu? vel qd a mē

cupis fieri? puer ſum iquit illius monachi/ & eidē panes porto qa ipſe frater tuus agapen factur⁹ eſt. craſtino autē illuceſcēte ſabbati die: neceſſaria eſt hec oblatio ſpiritualis. Queſo igitur ne deſpicias iacentem/ ac ferarū morſibus tradas. multe enim belue inter illa ſemper deſerta noſcuntur. Stabat ſanctus Nathanael velut eneus/vehementer incertis cogitationibus ſtupens: ſenſu turbato ſecū iſta verſabat. neceſſe eſt me aut miſericordiā quod eſt maximū in preceptis diuinis non facere: aut a propoſito deuiare. ad poſtremū rationabili confirmatus ingenio: ſatis eſſe melius iudicauit/ſi & diabolus erubeſceret/& tantum ei ac tot annorū meritum nō periret. oratione igitur ad deū facta: reſpondit ei/qui quaſi paruulus loquebatur/ audi infans. Credo in ipſo cui ſeruio/qui dominatur omni ſpiritui: qa ſi neceſſariū habes alicuius auxiliū/ ipſe preſtabit. nec tibi aut feras aut quēpiam aliū nocere patietur. ſi autē quedā res iſta tentatio eſt: iam nūc dominus meus aſpiciat / & ſuam faciens voluntatem/nō me ex ea ledi concedat vlterius. tūc clauſo oſtio: ſe recepit. cōfuſus autē demon & victus: reſolutus eſt in turbinem vēti/ et in ſues agreſtes/diſcurſibus ac ſtrepitu laſciuiētes. Hec beati Nathanahel vita fuit perpetua/ hic finis/ hec palma.

Agape: caritas & elemoſyna.

❡ De duobus magnis Macariis. Cap. VI.

MACARII

Lla autē que de predicabilibus ac beatis referūtur viris duobus Macariis/vt inumera atq; infidelibus incredibilia dubito referre vel ſcribere: ne forte etiā mendacis nomen incurram. quod autē apud deū peream omnes/qui loquūtur mendacium: ſententia ſancti ſpiritus declarauit. me itaq; fideliſſime virorum Lauſe/ gratia domini nō mentiente: tu quoq; ſanctorū triumphis incredulus non exiſtas. Ex his duobus Macariis: vnus quidem genere egyptius/alter vero iunioris tempus etatis vincens virtutibus/alexādrinus negociator erat. prius tamen de illo egyptio loquar: qui vixit nonaginta omnes ſimul annos. Ex qbus ſexaginta in deſertis impleuit locis: ad que iuuenis fuerat igreſſus triceſimo. etatis ſue anno. Tantoq; abſtinentie monachalis/intra decem annos vixit certamine: vt iā tunc diſcretionis ſapientia premunitus/ſenis puer nomen acciperet. eo qđ velocius: ad matura conſcendit certamina. Vbi enim primū eſſe quadragenarius cepit: & contra ſpiritus aerios/et in curationibus hominū/& denunciationibus futurorum diuinā gratiā meruit/poſtremo etiā ſacerdotis (vt dignus erat) nomen accepit. diſcipulos hic ſecū habebat duos/in deſertis iterioribus que Scytin vocantur: quorum vnus miniſter ipſius erat/ nec ab eius latere recedebat/ propter eos qui cauſa curationis frequentare conſueuerant. alter autē: ſeparatim in propria cella manebat. Poſt aliquantum autem temporis dum prouidentibus futura oculis intuetur: ait Iohāni nomine/miniſtro ſuo (qui poſtmodum etiā ad preſbyteratum/ loco eiuſdē ſancti Macarii meruit peruenire) audi inquit me o Iohānes frater/et ſuadenti michi id qđ tibi proderit acqeſce. tētaris enim & te cupiditatis atq; auaricie ſpiritus vexat. ſic nāq; vidi/& ſcio. qđ ſi acquieueris michi/cōſummaberis in hoc quem adeptus es loco/& gloriaberis: & flagellū non appropiquabit tabernaculo tuo. ſin vero me audire nolueris: Giezi tibi finis aduenietur/ cuius & morbo laboras. Euenit igitur vt poſt obitū beati viri: tam ſalubria eius dicta cōtēneret/ poſt quindecim vel viginti annos. vnde eū ita totū ille execrabilis morbus inuaſit (eo qđ in pauperes fratres more iude/furti crimē admiſerat)

Lauſus

Macarius egyptius

Ioannes

vt non poſſet incolumis vel vna hora pars eiꝰ corporis inueniri/ne in tali qdē ſpa
cio/ quod vnꝰ alicuiꝰ digitus occuparet. eſt ergo & hoc ex iis: que ſanctꝰ Macariꝰ
lōge ante ꝑdixerat.De cibo autē eius & potu referre/ſupfluū puto:ꝑſertim cū etiā
a negligētibꝰ monachis/videamꝰ iſta ſeruari/ne aut delicioſis/aut ſecularibꝰ pares
eſſe dicant. maxime in illis locis/vbi vix neceſſaria ipſis alimēta ſufficiūt:& vbi ſunt
tātorū/q̄ imitari ſtudēt exēpla ſanctorū.de aliis igit meritis ipſiꝰ loquar.Sine inter-
miſſione ſemp in quadā eſſe trāſlatione anime putabatur:imo magis/plurimūvite
ſue tēpus cū deo agere/& celeſtibus āplius q̄ terrenis negociis intereſſe. ❡ In quo
et diuina quedā miracula fuiſſe memorātur. nā egyptius qdam/ cū amore veſano
aliene vxoris arderet/ nec poſſet ad effectū tā ſceleſte cupiditatis ꝑuenire/eo quod
illa pudicitie dedita/ virginitatis ſue cōiugē nimis amaret: maleficum precatus eſt/
vt ſe amari ab ea faceret/aut quocūq; illā modo a marito proprio repudiari.male-
ficus autē multis muneribus illectus: ſolito proprie artis ingenio/ fecit illā equā vi-
deri/non feminā. quā vbi talē vir eius/ domū regreſſus aſpexit : tam monſtruoſa
nouitate turbatus (quod iacere in lectulo ſuo equā videret) īgemiſcebat/ac flebat.
eo quod ipſum alloquēs animal: nullū loquētis poterat audire reſpōſum. Roga-
bat igitur preſbyteros ipſius vici/duxitq; eos domū: & quid illa pateretur oſtēdit.
et ne tūc qdē/ cauſam tāte calamitatis agnoſcūt. que tamē iā ꝑ triduū/ nec vt equa
feno/nec pane vt homines vtebat: vtriuſq; eſce alimoniis deſtituta.Ad poſtremū
vt magnificaret gloria dei/& vt ſancti illiꝰ Macarii virtus innoteſceret cunctis : ſu
bito in cor mariti eius aſcēdit/vt cū ea/loca deſerta penetraret. Illigatā igit eā ita vt
iumēta vinciri ſolēt: ad deſerta deduxit . cūq; iā ſācti Macarii cellule appropinqua
rēt/iuxta quā monachi ſtabāt : obiurgare ceperūt memoratū virū eiꝰ/cur cū equa
ad monaſteriū venire voluiſſet . Ad quos ait ille: veni huc/vt poſſit miſericordiā/
ſācti oratōibꝰ ꝓmereri.illiſq; iterrogātibꝰ/qd mali haberet. vxor(inqt)mea fuit hec
ſed i equā videt eſſe cōuerſa. habet autē hodie tertiā diē: ex quo nullū penitꝰ cibū
ſumit.Quod cū ſupradicti fratres/orāti ſācto Macario(cui iā & hoc ipſū deꝰ notū
fecerat) retuliſſent : vt pro eadē inſtāter oraret: hec fratribꝰ dixit. vos inqt eq eſtis:
qui equorū habetis oculos. Illa eni mulier eſt: nec trāſfigurata in aliā naturā videt
niſi eorū oculis/q preſtigii vanitate fallūtur. cōfeſtiq; benedictā a capite ipſiꝰ nude
infundēs aquā(oratione cōpleta) ſubito videri eā oibus feminā fecit/iuſſitq; eam
refici/& gratias agētē deo cū cōiuge ſuo remeare precepit/hoc dicēs.nūq̄ omnino
a cōmunione ſanctorū myſteriorū ſeparet:nūq̄q; ab eccleſie oratiōe diſcedat. hoc
eni iccirco ꝑpeſſa eſt: qa ꝑ ſeptimanas qnq;/myſteria diuina non attigit. ❡ Aliud
iterū ipſius factum proloquar.per longū temporis ſpaciū/cuniculū quedā ſub ob
ſcuro terre profundo: a cella ſua duxit/ꝑ dimidiū ſpaciū ſtadii vſq; ad ſoli alterius
ſummitatē. vbi ſpelūcam ſibi proprio ſudore ꝑfecit. vt quoties ferre non poterat
moleſtias frequentantiū: relicta cella ſua/per occultū iter ſe ad ſpelunce latebras cō
ferret. ita ꝙ a nullo vnq̄ ſi voluiſſet videret. referebat ergo nobis qdā de ſtudioſis
ipſius aliquādo diſcipulis: qđ quoties de māſiūcula ſua ire ad ſpeluncā ſolebat/ vi
ginti & quattuor orationes eūdo/& totidē redeundo faciebat . de hoc ipſo fama
vulgauit: qđ & mortuū ſuſcitarit/dū quedā hereticū vult docere/ q reſurrectionē
corporū negabat futurā . que fama in deſertis illis locis/ ſicut eſt vera : permanſit.
❡ Ad hunc aliquādo filiū iuuenē demone laborantē/lamentans mater exhibuit:

cũ quo duo in ſingulis laterib9 iuncti/continebãtur viri. cuius demonis hãc ope-
ram eſſe dicebant. poſteaꝙ infelicem hominem/trium modiorum panes edere/ &
vnius amphore lagenam bibere coegiſſet: ructando vniuerſa que deuorauerat/in
aerẽ quẽdã /fumũq; cõuertere cõſueuerat. atq; ita oĩa vel comeſſa vel potata:qua-
ſi quodã ignis ardore ſolebat abſumere. Eſt autẽ & legio demonũ : que flammea
nominat̃. ſicut eni inter homines : ita & inter illos multa eſt diſtãtia/ nõ naturalis
ſubſtãtie/ſed diuerſe ac diſſone volũtatis.Iſte igit̃ iuuenis/cũ ei iam enormes cibos
mater ꝓpria parare nõ poſſet:edebat frequẽter egeſtionẽ ſui corporis/ac bibebat.
ob quod flens mater ĩfelix/ de intolerabili calamitate filii ſui: ſanctũ illũ/vt miſera-
bilẽ iuuenẽ curaret orabat.Cũq; cõtinuas apud eũ preces/plurimaſq; fudiſſet:orã-
te ſꝑ illũ/deũq; ꝓcãte viro ſanctiſſimo/poſt vnũ vel alterũ diẽ cepit tãti mali me-
dicina procedere. ait autẽ matri ipſiꝰ. quãtũ vis vt comedat filiꝰ tuꝰ? at illa: decem
inqt panes. quã ex hoc ſanctꝰ ille reprehẽdẽs. qd inqt locuta es? Septẽ itaq; diebꝰ
ieiunans & orãs pro eo: tres eũ libras panis iuſſit accipe/ita tamẽ vt opus propriis
faceret manibꝰ. quẽ hoc modo ꝑ gratiã dei curatũ/& ad priſtinã ſanitatẽ reductũ:
proprie reddidit matri. hoc quoq; miraculũ ꝑ ſanctũ famulũ ſuũ deus fecit : quem
virũ ego in corpore videre nõ potui . ãte ãnũ eni ꝙ ad illas ſolitudines introirem:
ille tãtꝰ decertator/qeuit in domino. ¶ Illũ autẽ Macariũ qui alexãdrie preſbyter

Macarius alexãdrinꝰ

fuit/vidi in iis locis : ꝙ celle nominãtur. in qbus cellis: ego ꝑ ãnos nouẽ manſi . In
quibus triẽnii tẽpus/cũ eo vixi: & illa quidẽ miracula ſub oculis meis fecit. alia ve-
ro: ex ore ipſius didici. cetera autẽ: aliorũ relatione cognoui. Habebat itaq; hoc/
in propoſito vite ſue : vt ſi qd magnũ a qbuſcũq; ſãctis i abſtinẽtia fieri didiciſſet/
hoc feruẽter ipleret. cognito igit̃ a qbuſdã qđ tabennenſiote/nichil cocti cibi per-
quadrageſimã totã edere dicerẽtur:ſtatuit intra ſemetipſum/vt ꝑ ſeptẽ ãnos nichil
quod coctũ fuiſſet igne/guſtaret/ſed crudo tãtũ olere contẽtus eſſet . ita vt ſi forte
vnꝗ leguminis aliqd reperiſſet: neq; inde guſtaret. hoc ergo cũ ãplius ꝙ volebat
imitãdo feciſſet:de reliquo tãꝗ nichil eſſet graue/cõtẽpſit.De alio iterũ/qui vnã tã-
tũ panis librã comederet/ audiuit eximius monachorũ/cupiẽſq; eũ imitari:confra-
ctũ atq; in partes redactũ modicas/ bucellatim in lagenas miſit/ & ſtatuit tantũ ex
eo edere/ quãtũ poſſet manus ipſius vna proferre. & ita michi letus ipſe poſtea re-
ferebat/ hoc dicẽs.Plures quidẽ ꝑticulas bucellatim intra lagenã cõprehẽdebã/to-
tũ tamẽ quicquid intrinſecus tenere potuiſſem/foras proferre nõ poterã/propter
ãguſtias ons exigui.publicanꝰ etenĩ meꝰ/vt oĩno nõ ederẽ nõ ſinebat. ꝑ triẽniũ er-

publicanꝰ et eni meꝰ: hoc dicit de ſuo corpore,

go ſub hac obſeruatiõe vixit: quattuor aut qnq; tãtũ vncias panis aſſumẽs/& tã-
tũdẽ bibẽs aque/vnũq; expẽdẽs ſextariũ olei/qđ ꝑ totũ illi ãnũ ſufficiebat ¶ Aliã
rurſus propoſiti ipſiꝰ agnoſce virtutẽ. hic virorũ fortiſſimꝰ: ſõnũ vicere ſtatuit.&
hoc ipſe dicebat/ꝙ ꝑ vigíti dies/nec ſemel qdẽ ſub tectũ aliqđ fuiſſet igreſſus:vt ſic
vinceret ſõnũ/diurni qdẽ eſtus ardoribꝰ flagrãs/nocturno autẽ frigore tremẽs.&
quẽadmodũ ipſe referebat/niſi velocꝰ ad tectũ rediiſſet/ſõnũq; cepiſſet:vſq; adeo
ſibi aruiſſe iã cerebrũ intelligebat/vt ſine ſenſu propemodũ putaret̃.vici ergo inqt
quãtũ ad me ꝑtinet ſomnũ: nature vero (que exigebat vſũ debitũ)ceſſi.hic quodã
die dũ in cella ſua matutinꝰ ſederet: culicẽ ſenſit. a quo vulneratus in pede/dolẽſq;
manu ſua pemit. qui & moriẽs : plurimũ cruoris effudit. reprehendẽs igitur factũ
ſuũ/in eo ꝙ iniuriã propriã vindicaſſet:ita cõdẽnare ſe voluit/vt in pratis corum

locorum quibus ſcytie nomen eſt/qui in ſolitudinibus extremis iacent: nudus per
ſex mẽſes ſederet vbi culices crabronibus ſimiles/ aprorũ quocꝫ perforant cutem.
ergo illic exulceratus eſt totus: quibuſdã tuberibus per omnia eius mẽbra turgen-
tibus/vt vnus crederetur ex illis eſſe/qui elephantioſi vocãtur.Poſt ſex autẽ men-
ſes regreſſus ad cellã ſuã : ſola (quod ipſe eſſet Macarius) eius voce patefactũ eſt .

Culices q̃ valeãt duras ſuũ ſilueſtrium a prorũqꝫ pforare cutes

¶ Hic idem deſiderauit aliquãdo (ſicut ſolebat referre) ortũ/ in quo eſſent Iãnes
et Mãbres malefici ſepulti videre: quos ſub Pharaone plurimũ potuiſſe memorã-
tur. qui longo in tẽpore/& grandi potentia ſue artis : quadratis lapidibus ſupra-
dictũ opus extruxerant. in quo ſuperpoſita fuerat memoria predictorũ: vbi & au
rũ recõderant/& variis arbuſculis locũ repleuerãt. puteũ quocꝫ fecerãt : eo quod
ſine aliquo videretur humore idẽ locus eſſe . hec aũt omnia idcirco feciſſe dicũtur:
quod ſe poſt obitũ in eodẽ loco tãq̃ in paradyſo crederẽt eſſe mãſuros.Ignorans
itacꝫ famulus chriſti Macariꝰ/ que nã ad memoratũ locum deduceret via: eſtima-
tione quadã animi ſolas celi ſtellas(quod in mari/nautis ſolet fieri)dũ per deſerta
ambulat ſequebatur. faſcẽ vero calamorũ portauerat ſecũ: vt per millenos paſſus
ſingulos figeret/quo facilius poſſet/agnoſcens ſua ſigna remeare. Per nouẽ igitur
dies itinere confecto: prefatis appropinquauit locis . cui ferociſſimus demon/qui
ſemper aduerſum chriſti athletas dimicare conſueuit:collectos omnes ex propriis
locis calamos a mille paſſibus/ ſpe dicte memorie/ quieſcenti ſubito ad caput po-
ſuit. cũqꝫ ſanctus Macarius ſurrexiſſet a ſomno: agnouit eos quos alibi reliquerat
calamos. credo autẽ quod & hoc permittẽte deo ad examinationẽ memorati viri
cõtigerit: ne ſpem aliquã haberet in calamis. ſed magis in dei gratia: qui in colũna
nubis ꝑ quadraginta annos iter populo iſrael in deſerto mõſtrauit. dicebat autẽ
de ſupradicto orto ſeptuaginta demones ad aduentum ipſius proſiluiſſe: claman-
tes/& circa oculos eius/ac vultũ coruorũ more volantes/dicẽteſqꝫ.Quid vis Ma-
cari: quid vis tentator monache? qd ad loca noſtra veniſti: in quibus manere nõ
poteris? nũquid & nos aliquos monachorũ tentauimus? habes eremũ propriam
cũ tuis ſimilibus:vnde noſtros quocꝫ propinquos expellere feſtinas: nichil nobis
tecũ cõmune eſt. quid noſtras regiones ingrederis : ſi habitator es eremi : tua tibi
ſolitudo ſufficiat. nobis hunc locũ : ſui tradiderũt incolere conditores. quid hanc
poſſeſſionẽ queris irrũpere : in quã nullus vnq̃ hominũ poſtq̃ nobis a fratribus
noſtra hic manu ſepultis eſt tradita/ viuens ingreſſus eſt . cumqꝫ adhuc demones
plurima replicarent/atqꝫ lugerent : beatiſſimus ille reſpondit / ingrediar tãtum vt
videam/cõtinuoqꝫ diſcedam. Et demones/hoc(inquiũt)nobis per tuã cõſcientiã
ſponde fideliter.chriſti vero ſeruus ait: ſimpliciter hoc faciã. continuoqꝫ demones
ab eius oculis receſſerũt. ingreſſum ſe igiꝭ/ atqꝫ illic ſuſpẽſum eneũ cadũ reperiſſe
dicebat circa puteũ cum cathena ferrea : lõga iam temporis vetuſtate cõſumptũ /
mala etiã granata intrinſecus vacua/ac nimio ſolis ardore ſiccata. Sic itaqꝫ inde di-
ſcedẽs ꝑ viginti totos ad cellulã ſuã reuertiꝭ dies.Cui/ cũ aqua quã portauerat cũ
panibꝰ decẽ/deficere cepiſſet/& grandi moleſtia penurie laboraret/ ac pene defice
ret: apparuit ei quedã(vt ipſe referebat)puella/puro lintheo cooperta/ferẽs ãpul
lam aque ſtillantis/ vno a ſe ſtadio ſeparata. quã per triduũ ambulãs ſupradictũ
vas ſibi oſtendentẽ videbat: & velut ſtantẽ vicinius ac ſe inuitantẽ/ ita vt putaret
quidem aſſequi eam poſſe/nec tamen valeret. igitur ſpe bibendi/laborem ſe trium

Iamnes et Mambres magi

dierum patiẽter ſuſtinuiſſe dicebat. multitudo autẽ bubalorum grãdis apparuit
(ſunt autẽ illic plurimi huiuſmodi greges) inter quos vna de bubalis cũ pullo ſuo
aſtitit ſubito / vt & ipſe referebat: cui lac ex vbere fluebat in terrã. ſubieci me ergo
inquit / & labia ferinis vberibus in os meũ expreſſurus appoſui: quouſqꝫ ad ſacieta-
tẽ refectus ſum. idqꝫ ſibi ſuffeciſſe dicebat: vſqꝫ dũ ad cellã pueniret. quẽ ipſa etiam
beſtia ſubſecuta: vbera eidẽ ſua prebebat / neqꝫ propriũ fetũ ſancti illius contẽpla-
tione ſuſcipiẽs. ❡ Alio rurſus tẽpore dũ ad requiẽ monachorũ puteũ facit: inter
virgulta vel frutices aſpidis dente percuſſus eſt / cuius morſum neceſſe eſt cõtinuo
mors ſequaꝛ. correptã igiꝛ eã / & vtraqꝫ manu ab ore diſtẽtã: ſcidit mediã dicẽs ei.
Cũ te nõ miſerit deus meꝰ: cur auſa es huc venire? habebat autẽ diuerſas in deſer-
tis locis cellulas: in qbus virtutũ / opabaꝛ inſignia. vnã in interiore ſolitudine: cui
nomẽ eſt ſcythi. aliã in lybia: vbi celle vocãtur. aliã ĩ mõte nytrie / ex quibꝰ quedã
ſine feneſtris erãt / vbi p totã quadrageſimã ſedere in tenebris hic beatiſſimus dice-
batur. alia cella anguſtior erat: in qua pedes ſuos extẽdere nõ valeret. Alia latior:
ad quã veniẽtes ad ſe / ſuſcipere cõſueuerat. Tãtas autem hic hominũ demoniis la-
borantiũ curabat cateruas: vt numerus eſſe nõ poſſet / nobis etiã illic degentibus.
De theſſalonica ad eũ nobilis ac diues virgo pducta eſt: que iam p multos annos
paralyſi laborabat. que cũ ei fuiſſet oblata / atqꝫ ante cellã beati viri proiecta: motꝰ
in eã miſericordia p viginti dies propriis manibus oleo ſancto pungens / ac domi-
no pro ea preces fundens / incolumẽ ſue reddidit ciuitati. que poſtea: plurima ad
ſolitudines cũ fuiſſet propriis pedibus regreſſa / trãſmiſit. ❡ Hic idẽ cum audiſſet
grandẽ vite cõuerſationẽ tabennenſiotas habere: veſte mutata ad ſimilitudinẽ ali-
cuius oparii / ſumpto habitu ſeculari / intra quindecim dies p deſerta iter faciẽs the-
baidem vſqꝫ puenit. Cũqꝫ veniſſet ad monaſteriũ memoratorũ hominũ: primũ
quẽ archimandritam vocitãt reqſiuit Pachomiũ quẽdã nomine / probabilem per
omnia virũ / & habẽtẽ ſpiritualẽ gratiã prophetie: cui tamẽ de Macario nichil fue-
rat releuatũ. ad quẽ cũ veniſſet / hec dixit: queſo / me in monaſterio tuo ſuſcipi fa-
cias. monachus enĩ eſſe deſidero. ait illi magnus ille Pachomius: ſenilibus amnis
grauaris / & monachus eſſe / iã nõ potes: neqꝫ inter ceteros fratres qui hoc ab ado-
leſcẽtia didicerũt / viuere vales. eo quod cõſuetudinẽ eorum / laborẽqꝫ nõ pateris /
cũqꝫ abſtinẽtie tẽtationes nõ ferens leſo animo egreſſus ab his fueris: male dicere
eis incipies / quos nõ potueris imitãdo ſectari. noluit itaqꝫ nec primo eũ nec ſecun-
do die / nec p totã ſuſcipere ſeptimanã. dumqꝫ iugiter pſiſteret in rogãdo ieiunꝰ /
ad poſtremũ ſuſcipe me inquit abba: & ſi me in ieiunio vel in opere inferiorẽ ipſis
deprehẽderis / ſtatim de tuo monaſterio pelle. quo audito: ille pſuaſit fratribꝰ / vt
in monaſterio reciperet. eſt autẽ illic vnꝰ numerꝰ mãſionis: habẽs etiã vſqꝫ in pre-
ſentẽ diẽ ad mille quadringẽtos viros. cũ igiꝛ fuiſſet igreſſus in ea ſanctꝰ Macariꝰ /
et poſt breue tẽpus ſupueniſſet quadrageſime dies / videretqꝫ diuerſos vario more
viuẽtes / aliũ veſptinis horis ſoluẽtẽ ieiuniũ / aliũ vero poſt biduũ / alios etiã poſt
dies qnqꝫ guſtãtes / aliũ ſtãtẽ totis noctibꝰ / & p diẽ ſedẽtẽ / laborãtẽqꝫ: ille de arbo-
ribus dactylorum cortices tenẽs infuſos / ac copioſos in vno ãgulo ſtabat vſqꝫ ad
quadrageſime finẽ / & pricipiũ paſche / nõ panẽ / nõ aquã guſtãs / nõ flectẽs genua
nõ ĩ terra iacẽs / ſed tãtũ modica cauliculorũ folia cruda dñico die ſumẽs / vt mãdu-
care aliis videreꝛ. Si quãdo autẽ ad corporalẽ neceſſitatẽ fuiſſet egreſſus: cõfeſtim

remeabat/ac ſtabat/nō os aperiēs/nō alicui qcq̄ loquēs / ſed cū ſūma taciturnitate
cōſiſtēs. & in corde ſuo tātū iugiter orās / atqꝫ id ſolū operis quod in manibꝰ te-
nebat efficiēs. quē cū eſſe tā dure/ atqꝫ inimitabilis vite monachi oēs cōſideraſſēt/
quaſi quadā aduerſum principē ſuū ſeditione cōmoti: vnde inquiūt nobis iſtū ad
duxiſti/q ita viuit quaſi in carne non ſit humana/ad cōdēnationē omniū noſtrū?
Audi igitur/& aut tolle eū a nobis: aut ſcito oēs nos ex hoc monaſterio hodie re
ceſſuros. ille autē tali cōuerſatione atqꝫ virtute eiꝰ audita : deprecatus eſt dominū
vt quis eſſet eidē reuelaret. quo ſtatim facto: arrepta eū manu ad oratoriū ſuū du-
xit: vbi erat altare diuinū/oſculatuſqꝫ eū dicit illi. veni optime ſenex/tu ille Maca-
rius es:& michi te celare tētabas. ex multis ānis te videre cupiebā: audiēs de te ma
gna miracula. gratias tibi ago:qa colaphos infantibꝰ noſtris dediſti/ne magnū ali
quid in cōuerſatione vite ſue facere ſe putarēt . reuertere nūc igiť ad loca vnde ve-
neras. ſufficiēter enim nos oēs edificaſti : & ora pro nobis. his verbis rogatus ab
oibꝰ: inde diſceſſit. ¶ Quodā rurſus tēpore hoc retulit nobis dicēs:qđcūqꝫ genꝰ vi
te/& quoſcūqꝫ mores abſtinētie ſpiritualis deſideraui: imitatꝰ ſum/atqꝫ ꝑfeci.iterū
inquit aliquādo animū meum quedā noue cogitationis cupiditas occupauit : vt
vellē quinqꝫ diebus cōtinuis ſenſum cordis mei inſeparabilē a deo facere.ſtatuēſqꝫ
intra mētē ſuā/& clauſis ita oſtiis celle atqꝫ veſtibuli/vt nullus hominū reſpōſum
a me poſſet accipere: cepi inſtare a principio ſeptimane/ dicēs ſenſui meo : vide ne
velis a celo ad terrā deſcēdere. habes illic angelos/atqꝫ archāgelos/ altiſſimaſqꝫ vir
tutes/cherubin ac ſeraphin/primūqꝫ omniū creatorē deū. illic ꝯuerſare/ſperne illa
quecūqꝫ infra celeſtia vidētur habitacula:ne carnales cogitationes incurras. atqꝫ in
hoc diebꝰ duobꝰ (inqt) ac duabus noctibus ꝑſeuerās vſqꝫ adeo demonē prouo-
caſſe ac ſtimulaſſe me ſenſi: vt ille in flāmā ignis ſubito conuerſus/oīa que habere
videbar incēderet. ipſamqꝫ etiā mattā ſuꝑ quā ſtare cōſueuerā: vt totū iā me arſu-
rū eſſe crederē . ad poſtremū tāto timore ꝑcuſſus: ab huiuſmodi propoſito tertia
abſceſſi die/ cū viderē tā iugiter indiuiduū deo animū me habere nō poſſe. deſcen
di ergo iterū ad cogitatiōes ſeculares: ne aliquod michi ex ꝑpetuo diuinitatis intui-
tu genꝰ arrogātie naſceretť. ¶ Ad hūc ipſū Macariū cū aliquādo veniſſem/repperi
ante fores celle ipſiꝰ ꝑſbyterum quendā/cuius totū caput adeo exeſū & cōſumptū
erat illa valitudine q̄ Carcinꝰ nominatť: vt os etiā verticis videretť. qꝫ illuc vt cura
retť : aduenerat . nec tñ vſqꝫ in illū diē a ſancto Macario ſuſceptꝰ fuerat/ aut viſus.
ego itaqꝫ tūc ipſum rogās petiui:vt eiꝰ miſereretť/& ſaltē reſpōſū ei daret. ad quod
michi ille ſanctꝰ hoc dixit. nō eſt dignꝰ iſte curari.hāc eni penā:ex ꝑcepto diuinita
tis accepit. ſi autē vis curari eū: ꝑſuade illi priꝰ vt a ſanctorū ſacrificiorū imolatiōe
diſcedat. cūqꝫ ergo dicerē: cur obſecro id fieri iubes ? qa fornicatione inqt pollutꝰ
miniſteria dñi violare cōſueuerat: ob qđ talis ſupplicii atrocitate cruciatť. ſed ſicut
dixi: ſi nūq̄ velut ſacerdos ſacrificia cōtigerit diuina/accipe(deo iuuāte)poterit me
dicinā. cū ergo illi q hac valitudine laborabat iſta dixiſſē/ vt cū ſacramēto mecum
paciſceretť nō ſe vlterius ad officiū ſacerdotis accedere: tūc demū a ſancto illo voca
tus eſt. qui eū his allocutꝰ eſt verbis.credis inquit deū eſſe/cui nichil occultum eſt?
reſpōdit/credo. nō potuiſti (inquit) virtutē diuinitatis eius euadere. reſpōdit ille:
nō potui dñe mi. Tunc magnꝰ ille Macarius: ſi agnoſcis inquit peccatū & vis eua
dere iſtā quā propter illud tibi dñs intulit penā : emēdare de reliquo. quo audito
ille propriū cōfeſſus eſt crimen: & de cetero ſe nūq̄ peccaturū eſſe promiſit/neqꝫ

De ſacer-dote adultero

functurũ ſacerdotis officio . ſed inter laicos iã futurũ/& tũc demũ illi manũ ſanctꝰ
impoſuit: atqꝫ in paucis diebꝰ capillorum quoqꝫ recuperatione curatꝰ/ deniqꝫ glori-
ficãs/ſancto etiã viro gratias referẽs videntibꝰ nobis/ad propria remeauit. ¶ Poſt
hec adducit ad eũ in mei preſentia puer quidã: q ſeuiſſimi demonis ſpiritu labora-
bat. cũqꝫ vnã ſuꝑ caput eius poſuiſſet manũ/& ad cor ipſiꝰ aliã: tãdiu deprecatus
eſt deũ/q̃diu ſuſpẽdi in aere eũ faceret. qui puer in morẽ vtris totus inflatus/ſupra
q̃ eſtimare quis poſſet intumuit . & ſubito aquã ex omni ꝑte mẽbrorum cum cla-
more maximo vocis effudit. itaqꝫ omni illo tumore reſidẽte: ad priſtinã ſui corpo
ris rediit ſanitatẽ. quẽ ſancto peruncttũ oleo/ & benedicta ꝑfuſum aqua : proprio
reddidit patri/precepitqꝫ vt ꝑ quadraginta dies/nec carnes eũ edere/nec vinũ po-
tare ꝑmitteret. & ſic eum ꝑfecte reddidit ſanitati. ¶ Hunc eundẽ ſanctũ Macariũ
quodã tẽpore cogitationes/vane glorie ſtimulãdo vexabãt: volẽtes eum de cella
ipſa vbi degebat abſtrahere/& ſuadentes ei/atqꝫ demõſtrãtes quandã veluti opis
boni ſpeciem/vt eius cauſa ꝑgeret romã/ſanaturus videlicet eos/qui illic neq̃ſſimis
demoniis vexabãtur. ſumma eni gratia diuine virtutis: hic beatiſſimꝰ cõtra immũ
dos ſpiritus vtebat. cũ ergo talibꝰ incitamẽtis quibꝰ expulſare eũ demon volebat/
per multũ tẽpus reluctaret/fortiterqꝫ ſe videret vrgeri: proiecit ſe ſubito ſupra cel-
lule ſue limen/ ita vt extra cellulã ſuos relinqueret pedes/ac diceret. ducite me o de
mones ſi poteſtis/& trahite. ego eni pedibus meis nõ ibo: quo vultis. ſi ergo hoc
me modo portare poteſtis : en proficiſcar/ſacramẽti quoqꝫ adiectione cõfirmãs /
quod vſqꝫ ad veſperã de eo nõ cõſurgeret loco. vnde ſi me inquit nõ moueritis:
ſciatis/vos vlterius a me nõ audiẽdos. diu itaqꝫ iacẽs immobilis: tãdem profunda
veſpera propinquãte ſurrexit/ ſed nocte que ſubſecuta eſt: rurſus ei demones mo-
leſti eſſe ceperũt. ille vero ſporta duos modios recipiẽte harenis repleta/impoſitaqꝫ
humeris ſuis: in deſertis locis ſpaciabatur . huic Theoſebius quidã genere Antio-
chenus occurrẽs/cui & Coſmetor cognomen erat/dicit ei: abba qd tãtũ onus por
tas? in me potiꝰ quod deuehis trãſfer: & noli tuos humeros fatigare. Ille autẽ dice-
bat: vexo vexãtẽ me. ocio enim ſiuẽs: iter aliquod agere me cõpellit . Cũ autẽ ita
onuſtꝰ ãbulaſſet diutiꝰ/& cõfeciſſet illo põdere/ſuũ corpuſculũ: regreſſus i cellã ẽ.

Marcus monachꝰ.

¶ Hic ipſe ſanctꝰ aliud miraculũ retulit nobis (erat nãqꝫ preſbyter) notaui michi
inquiẽs eo tẽpore quo ſancta myſteria fratribꝰ dabã: quod Marco monacho nũ-
q̃ dediſſem/ſed ſemꝑ ei ſancta de altari angelꝰ dabat/ ſolã tamẽ manũ dantis vide
bam. Erat autẽ Marcus iſte ſummi ingenii: q dũ iuuenis eſſet/nouũ ac vetus teſta
mẽtũ/memoriter retinebat/admodũ placidus & quietꝰ/& caſtitatis propoſito ſin
gularis. vno igit die dũ ego aliud quod agerẽ nõ haberẽ: in vltima eius ſenectute
ad eũ vſqꝫ ꝑrexi. & iuxta oſtiũ ipſiꝰ ſedẽs quaſi tyro/nouuſqꝫ monachꝰ/ſupra ho
mines eũ eſſe exiſtimãs/ſicut & erat: audire qd loq̃ret/vel qd ageret deſideraui. fuit
autẽ ſolꝰ intrinſecꝰ/cẽtũ circiter ãnos agẽs: q & dẽtes queqꝫ nimiũ lõga etate ꝑdi-
derat. cõtra ſe ergo ipſum/& cõtra demonẽ litigabat dicẽs : qd ãpliꝰ decrepite ſe-
nex q̃ris? ecce oleũ/vinũqꝫ guſtaſti: qd vltra cupis i extremis etatis tue/deuorator/
ac vẽtris cultor/ huiuſmodi verbis in ſe iniurioſus exiſtẽs. tum & demoni iſta dice
bat. ne adhuc tibi debeo aliqd: quod furari preualeas/ nichil aliud inuenis ? iã re-
cede a me hominũ inimice. atqꝫ hoc/ſibi quaſi inſultãdo dicebat : veni peſſime ſe-
nex. quãdiu tecũ morabor. ¶ Referebat autẽ nobis Paphnutius quidã diſcipulꝰ
ħ tiꝰ beati viri: quod aliquãdo belua qdã exhibuit ſancto Marco catulũ ſuũ cecũ/

veſtibuloq; oſtii eius/ capite pcuſſit/& ingreſſa ad eũ ſedentẽ foris in atrio/ proie-
cit ante pedes ipſius catulũ ſuũ. quẽ ille tenẽs & expuẽs in oculos eius/orauit: cõ-
tinuoq; lucẽ (quã amiſerat) vidit. ſectũq; tunc ipſũ proprio lacte nutritũ/mater ab-
duxit. Sequẽti autẽ die eadẽ beſtia ſancto ac beatiſſimo Marco/pellem ouis exhi-
buit: quã memoratus ſeruus chriſti/ſancto Athanaſio epiſcopo dereliquit. quam
ſancta Melania: poſtea a beatiſſimo viro Athanaſio accepiſſe ſe dixit. Et qd mirũ
ſi ille q mãſueſcere fecit Daniheli leones: etiã huic belue talẽ ſapiẽtiã dedit? ¶ Di-
cebatur preterea de beato Marco: quod ex quo lauacri gratiã ſpiritualem prome-
ruit/nũq̃ expuiſſet i terrã/ ſexageſimũ poſt baptiſmũ agẽs annũ/& quadrageſimũ
ante baptiſmũ. ¶ Erat autẽ figura corporis hui⁹ athlete chriſti Macarii(oportet
eni me de hoc quoq; tibi ſignificare famule dei Lauſeco quod paruitas mea cõuer-
ſata cũ eo diutius eũdẽ cognouerit diligẽter) ſtatura breuis. nõ multa barba faciẽ
veſtiebat: ſed circa labia tãtũ erat/paruũq; circa mẽtũ aliqd videbat͛. ex nimia abſti-
nẽtia/& pene iugi inedia: etiã vultus ipſius nudus preter ceterorũ hominũ cõſue-
tudinẽ videbat͛. ad hũc ergo cũ admodũ triſtis aliquãdo veniſſẽ/ diceremq; ei abba
Macari: qd iubes faciã/quoniã varie cogitationes animũ meũ cõturbant/ dicẽtes
michi proficiſcere hinc/qa nichil hic agere te cernis. Ille reſpõdit. dic inqt ipſis cogi-
tationib⁹ tuis: propter chriſtũ parietes celle iſtius cuſtodio. hec tibi amator/& fa-
mule dei doctiſſime: pauca de multis ex factis ſancti Macarii/vel dictis ſignificaui.

¶ De Moyſeo egyptio. Cap. VII

m Oyſeus quidã genere ethiops/ colore corporis niger/ſeruus alicuius curia- MOySE-
lis erat: quẽ ob deteſtandos eius mores/dominus a ſe abiecerat. dicebat͛ eni VS.
et palam latrocinari/& homicidia ppetrare. neceſſe eſt autẽ vt malignitatẽ quoq;
ipſius dicam: quo magis poſſim penitẽtie eius monſtrare virtutẽ. referebãt igitur
quidam/quod magiſter quorũdam latrocinantium extitiſſet: cuius & hoc inter la-
trocinia eius factum memorabatur. paſtorẽ quendã/qui in re quadam vna cũ ca-
nibus ſuis morabatur: nocte ei ad ſceleſtũ eunti negocium impedimẽto fuiſſe. qui
tantum iraſcebatur: vt eum vellet occidere. Obſeruabat ergo illum locum: in quo
ſuas oues ille claudebat. cũq; eidem nunciatum fuiſſet: quod trans fluuiũ nili cum
grege ſuo eſſet/atq; in tantũ fluuius ille creuiſſet/ vt ſuper alueum ſuũ mille paſſus
teneret: gladium ſuũ mordic⁹ tenẽs/& veſte ſuper caput impoſita/ totũ fluuiũ na-
tando tranſmiſit/quouſq; ad ouiũ cubile peruenit. Cũq; eum natantẽ reſpiciens/
merſus in arena paſtor lateret: tunc ille arietes quattuor electos/atq; iugulatos/&
fune cõnexos tenens/ita rurſus natando remeauit. reperto autem paruo & occul-
to loco/in quo nudatis pelle ouib⁹/ carnibuſq; que videbãtur optime deuoratis/
et reliquis vẽditis/ac vini cõmutatione diſtractis: decẽ & octo italicos ipſius vini/
ſolus exhauſit/& ſic ad ea in quibus collegas ſuos reliquerat loca: p milia quinqua-
ginta reuolauit. Iſte igitur talis qualem loquor vix aliquãdo cõpunctus: ex alicui⁹
neceſſitatis periculo ad monaſteriũ ſe cõtulit fratrum. ſuũq; penitẽtie vitam ſic ve-
hementer arripuit: vt etiam Clemonem malorũ cõſortẽ ſuorum/qui a prima cum Clemon
eo etate peccauerat: ad cognoſcẽdam virtutem chriſti eminus collocaret. ¶ Hoc
quoq; illius quondã factum refertur. latrones quattuor numero/ qui in cellã ipſi⁹
impetum fecerãt: quis ille eſſet qui ibi degeret/neſcientes inquirebãt. quos ille cor-
reptos pariter & ligatos/veluti ſaccũ aliquẽ palearũ/ impoſitos dorſo ſuo: ad fra-
tres vbi ſimul omnes morabãtur exhibuit. hoc dicens: quia nulli nocere poſſum/

quid de iſtis iubetis? Tũc ergo etiam ii quos ille detulerat: ad penitentiam venire
ceperunt/confitentes ſua delicta/maxime cum amarẽt ipſum Moyſeum. qui inter
omnes dudum latrones: vt eorũ princeps nominabatur. Glorificãteſqꝫ dominũ:
ipſi quoqꝫ cõuerſi ſunt propter huius conuerſionẽ/ & facti ſunt monachi proba-
tiſſimi. rationẽ autẽ hanc ſuis ſenſibus colligebãt dicẽtes: quid ſi iſte qui tã potẽs
erat tãq̃ inuictus inter latrones/ſic deũ agnouit & timuit/ quare nos animarũ no-
ſtrarum ſalutẽ dilatione remoramur? hũc ipſum beatum Moyſeum (oportet enĩ
eũ tali iam vocabulo nuncupare) demones quondã vrgere ceperunt: vt ad cõſue
tudinẽ impuritatis & fornicatiõis antique/reuerteretur. qui tot ac tãtis modis/ vt
referebat ipſe tẽtatus eſt: vt pene eũ a propoſito vite ſalutaris/auerterẽt. venit iſte
igitur ad ſanctum illũ/& beatum virũ Iſidorũ/qui in locis quibus ſcyti nomen eſt/
morabatur: referẽs ei quibus impugnaretur modis. At ille reſpõdit: nolo ingens
eſſe te triſtem. adhuc enĩ principia hec tua ſunt: & iccirco huiuſmodi cogitationes
tibi vehemẽter inſurgũt/antiquã cõſuetudinem requirẽtes. nã vt a macello canis
quo veſci aſſuetus eſt/nõ recedit/quod rurſus ſi clauſum fuerit/neqꝫ vllus in eo ſte
terit/a quo aliquid canis ſperet/abſcedit: ita & tu ſi pſtiteris in propoſito abſtinen
tie tue/mẽbra tua que ſunt ſup terrã mortificãs/gaſtrimargie excludens introitum
(que fornicationis eſt incẽtiuũ) fatigatus demon ac victus/cui ſomẽta ciborũ non
porrigis/ vlterius tibi moleſtus eſſe ceſſabit. quibus auditis: regreſſus ad propria
ſeruꝰ chriſti Moyſeus: inſtãter ac fortiter ſui curã gerebat. ãte oĩa abſtinẽs a cibo:
nichilqꝫ aliud accipiens niſi duodecim ſicci vncias panis/maximo tamẽ operi incũ-
bens/ & quinquaginta diurnas faciẽs orationes. cũqꝫ his modis ſuũ cõſumpſiſſet
corpuſculũ/nec ſic qdẽ ſomnia circa ipſum vana ceſſabãt: rurſum igitur ad quẽdã
ſanctorũ alterũ probatiſſimũ pergit/dicitqꝫ ei. Quid faciã: quod ita michi priſtina
cõſuetudine ſemp in ſomnis obſcuratur animus/ſenſuſqꝫ turbatur/& a voluptati
bus carnis experta memoria nõ recedit? Ille reſpõdit iccirco adhuc hoc pateris: qa
nec mentẽ tuã/ab huiuſmodi cogitationibus ſeparaſti. ſi igitur pauliſper te volue
ris vigiliis occupare/& orationibus puris pſeuerãter inſiſtere: facile poteris ex hac
moleſtia liberari. Qui etiã huius hortatu ſuſcepto cõſilio/ tãq̃ ab homine qui hoc
experiẽtia didiciſſet: ad propriã reuertitur cellã. ſtatuitqꝫ per vniuerſam noctem:
nec genua ſolo flectere/nec oculis ſomnũ dare. Atqꝫ ita per ſex ibidẽ ãnos/noctibꝰ
cũctis ſtans in medio cellule ſue: patẽtibus ſemp oculis/orare cõſueuerat. & tamẽ
nec ſic quidẽ: illo quo laborabat malo/potuit liberari. ¶ Aliud iterũ genus duri-
oris vite/vt vel ſic demonẽ ſuperaret: arripuit. veſptiniſqꝫ horis egrediebatur/ &
monachorũ ſẽnũ lõga obſeruatione viuẽtiũ/p totas noctes habitacula circuibat.
quorum lagenas quas hydrias vocãt: ſepe tollebat/ impletaſqꝫ nullo ſciente refe-
rebat. ex lõginquis enim locis interdũ a duobus/ frequẽter autem a quinqꝫ milibꝰ
aquam ſibi referebãt. Inſidiatur itaqꝫ ei demon quadã nocte venienti/nõ ferẽs vl-
terius tanti athlete certamina: dũqꝫ aquã pronus tollit e puteo/renes ipſius deſup
graui quodã fuſte percuſſit/ac ſemiuiuũ reliquit/neqꝫ quid/ neqꝫ a quo fuiſſet paſ-
ſus ſentientem. Poſtero die eũ veniſſet illuc quidam monachꝰ ad hauriẽdã aquã/
memoratũqꝫ aſpexiſſet iacentem/ & hoc maiori illi Iſidoro ſcytenſi preſbytero re-
tuliſſet: egreſſus ipſe cum quibuſdã/predictũ ad monaſteriũ ſui eccleſiam fecit pro-
tinus exhiberi. vbi per totũ annũ tali egritudine laborauit: vt vix tãdẽ ad priſtinũ
robur/corpus eiꝰ reuocari potuiſſet. Tũc illi/ſanctꝰ Iſidorus hec dixit. ceſſa Moy-

ſte in tantum demones prouocare/ & tam pertinaciter cõtra eos velle contẽdere. eſt enĩ & modus certus/in ipſo vite monachorũ propoſito: intra quẽ nos oportet noſtras virtutes exercere. Cui hoc ille reſpondit. Tãdiu ego ab hac intentione mei animi non recedam: quãdiu ſomnia ac vanas cogitationes/ a me videam ſeparari. Ait ergo tum illi: In nomine Ieſu chriſti receſſerunt iã a te turpia ſomnia. ideoq; ad ſanctorum myſteriorum cõmunionẽ confidenter accede. Scias autẽ quod iccirco demon/ ad tempus eſſe te fortior viſus eſt: ne te iactare poſſes/ quod tãtã tentationẽ facile ſuperaſſes/ vt ex hoc magis ſaluti tue/res ipſa prodeſſet. Hec audiens/rurſus ad propriã reuerſus eſt cellam: diligẽter cuſtodiẽs deinceps ſub quiete menſuram. Poſtea vero/ hoc eſt poſt duos mẽſes/ a ſancto Iſidoro interrogatꝰ vtrum illi moleſtus memoratus ſpiritus extitiſſet: hoc dixit. nichil ſe huiuſmodi: ex ea hora/qua famulus dei pro ipſo orauit/vlterius fuiſſe perpeſſum. Tãtum autem hic ipſe aduerſum demones gratiam dei promeruit: vt amplius nos a muſcis/ q̃ ille a demonibus terreretur. hanc Moyſei ethyopis vitam fuiſſe cognouimus. Qui & ipſe inter magnos illos numeratus eſt viros. Obiit autem ſeptuageſimo & quinto etatis ſue anno apud ſcytin. vbi preſbyter quoq; factus: ſeptuaginta diſcipulos/moriens reliquit.

De Paulo monacho. Cap. VIII PAVLVS

m Ons eſt in egypto/qui ad vaſtiſſimã ſcytenſis regionis ſolitudinẽ tenditur/cui nomen eſt Ferine. In hoc mõte pene quingenti reſident: abſtinẽtiſſimi monachi. in quibus eſt quidã qui Paulus vocatur/egregius monachus: q huiuſmodi moribus vixit. Nõ ex quacũq; re negociatus eſt vnquã/ nõ aliquod opꝰ fecit: nõ ab vllo aliq̃d preter id quo veſceretur accepit. Nichil autem aliud faciebat: niſi quod inceſſanter orabat. ſtatutas ſane atq; manifeſtas: hoc eſt trecẽtas numero orationes habebat. ita vt totidẽ collectos: intra ſuũ ſinũ geſtaret lapillos. ex qbꝰ ſingulos/vbi feciſſet ſingulas orationes: de ſinu proprio iactare cõſueuerat. hic ipſe cũ ad ſanctũ Macariũ illũ/cui erat cognomẽ Vrbani/ vidẽdi ipſius cauſa aliquãdo veniſſet: dixit ad eũ. Abba Macari/valde triſtis ſum. quẽ cũ referre ille triſtitie ſue cauſam cogeret: ita reſpõdit. in vico aliquo/ virgo quedã eſſe perhibet/triginta annos in monaſterio habẽs/ quã ieiunare cognoui: atq; ita ſeptimanas iugiter totas/poſt qnq; ſemp dies guſtãdo tranſigere/ quotidie facere ſeptingẽtas numero orationes. quo cognito: ſe deſpaſſe dicebat. eo quod cũ ipſe eſſet vir/& ſani corporis: pluſq̃ trecẽtas orare nõ poſſet. Cui ſanctus Macariꝰ ad iſta reſpõdit dicẽs. Ego ſexageſimũ ãnũ agẽs/ cẽtenas orationes p dies ſingulos facio: & tãtũ opis exerceo/quãtũ ſufficere michi poſſit ad vitã/ certũ michi etiã tẽpꝰ excipio: quo ſalutationẽ/atq; ſermonẽ fratribꝰ reddo. nec me ſup hoc vt negligẽtẽ incuſant/atq; reprehẽdũt/cogitatiões mee. ſi autẽ tu q trecẽtas orationes facis/ inſuper a cõſcientia tua te redargui dicis: manifeſtũ eſt quod aut has ſine aliqua reprehenſione nõ facias/aut quod plures nolis facere/cum poſſis.

De Chronio preſbytero. Cap. IX CHRONIVS

e Hronius michi nytric preſbyter aliquãdo referebat. cum eſſem inquẽs adhuc iuuenis/& fatigatus ſpiritu acedie/quodãmodo mente languerẽ: de archimandrite mei monaſterio fugi/& vſq; ad Antonii montem errãdo perueni. ſedebat autem ille in vltimo ſolitudinis: inter loca que babilonis/& herculis habent nomẽ. vnde itur ad rubrũ mare: prope triginta milibus a fluuio ſeparata. cũ ergo

veniſſem ad monaſteriū eius/quod propinquū flumini erat: vbi diſcipuli ipſius in
eo qui piſpir appellatur loco Macarius/& amatas ſedebant/ quiq; ſupradictū vi-
rum/defunctum ſepelierunt: per quinq; ibidem expectaui dies/ vt Antoniū ſanctū
viderē. Dicebatur autem ad monaſterium ipſum venire ſepiſſime. aliquando poſt
decem/aliquando etiam poſt viginti/ interdum poſt quinq; dies: prout illuc eum
exhibuiſſet deus/multis qui confluebant ad idem monaſterium profuturum. plu
res igitur tunc diuerſis laborantes neceſſitatibus/cōuenerunt fratres: inter quos &
Eulogius. eulogius quidam monachus alexandrinus erat/ cum alio qui elephātioſo morbo
cruciabatur: quos illuc propter huiuſmodi cauſam veniſſe memorabant. hic eulo
gius ſcholaſticus erat ſecularibus litteris eruditus: qui immortalitatis deſiderio ca-
ptus/huic mūdo renūciauerat/ diuiſiſq; rebus omnibus atq; diſperſis : parum ali-
quid pecuniarum reliquerat ſibi/quibus (quia operari per ſe nō poterat) vteretur.
Cum igitur eum quedam animi defectio fatigaret/ & nec cū multis in monaſterio
degere/neq; ſolitariā vitā poſſet ferre patienter: repperit quendā publice in platea
iacētem/ita valitudine illa (quā ſuperius dixi) repletū/vt ſine manibus & pedibus
videretur. cui lingua tantūmodo immunis a tātis cruciatibus erat : qua magis poſ
ſet ab intuentibus malorum ſuorū remediū promereri. Cūq; eum aſſiſtens vidiſſet
eulogius/oratione facta ad deū/& quadā cū domino pactione celebrata: his allo-
cut᷒ eſt verbis. domine inquit deus in tuo nomine ſuſcipio iſtum/tam immani va
litudine prepeditum/ & repauſo eū vſq; in diē mortis. vt propter iſtum/ poſſim
et ipſe ſaluari. Adſis ergo michi chriſte: atq; patientiam tali miniſterio largiaris.
Moxq; ad iacentē illum ait: vis inquit frater/ſuſcipio te in domū meā/& quacūq;
potero ratione ſuſtento? Cūq; hoc ille libēter amplecti/ ſi dignaretur ſe diceret: va
dam ergo inquit/& aſinū quo veharis adducam. cui vehemēter exultans cōſenſit
egrotus. Quodq; mox fecit eulogius: & memoratū ad hoſpitiū ſuū ſine vlla dila-
tione tranſuexit. Per quindecim igitur ānos/iugi curatione/& perpetua ei ſolicitu
dine ſeruiebat: per quod omne tēpus/& ille cui tantū deferebatur obſequiū/ cum
gratiarū actione & patientia grandi/ cūcta tolerabat. & Eulogii manib᷒/& medi-
camētis/cibiſq; & balneis/prout competebat valitudini: curabatur. Poſt quinde-
cim vero annos inſtinctu demonis/ſupradict᷒ egrotus immemor tot laborum eu-
logii/tantorūq; meritorū: cepit ab eo velle diſcedere/multiſq; eū iniuriis/atq; op-
probriis increpare dicēs: fugitiue/qui propriā domū deuoraſti/furatuſq; es alienā
ſubſtantiā: in me occaſionem ſalutis tue repperiſſe te credis? Eulogius autem ro-
gabat eum/& ſatiſfaciens animo eius dicebat: noli mi domine/noli talia loqui: ſed
dic potius quid te contriſtauerim/ & emendo. Elephantioſus autem cum furore
dicebat: vade/nolo iſtas adulationes tuas. Proiice me inquit in publicū: refrigera-
tione tua nō egeo. Eulogius autē/obſecro te inqt placare: aut qd te cōtriſtauerim
venerāde ſenex edicito. Elephantioſus autē aſperior: in furore dicebat ad eum. tā
non fero fraudulentas triſiones tuas : adulationes & ſubſannationes tuas nō tu-
lero/ nec michi hec arida/parcaq; vita iocūda eſt: volo carnibus ſaturari. Cūq; ex
hibite ei a viro patiētiſſimo Eulogio carnes fuiſſent: cepit iterū proclamare. Non
potes inquit mee ſatiſfacere voluntati: nec tecum ſolitarius habitare preualeo. po-
pulū videre/ad publicū ire deſidero. dicit ei eulogi᷒. ego tibi adduco multitudinē
fratrū. rurſus ferocior/ac pene blaſphem᷒ egrot᷒: ve inquit miſero michi/ tuam fa
ciē nolo videre/& adducis michi ſimiles tui. Solius panis deuorator es. cōcutiēſq;

ſemetipſum/ingēta voce proclamabat dicēs. nolo/nolo: ad publicū ire deſidero/
O violētia. in eū locū me proiice: vnde me ſuſtuliſti. tāta ergo erat eiꝰ īſania/adeo
qꝫ ſenſus ipſiꝰi ferinos quodā modo clamores cōuerterat demon: vt & ſuſpēdiſſet
forte laqueo ſe/ſi manꝰ ꝑ quas hoc facere poſſet/habuiſſet. ad vicinos atqꝫ mona-
chos ꝑgit eulogius/dicēs eis. qd faciā: quod elephātioſus iſte me penitꝰ deſpare iā
fecit: dicūt ei: quā ob cauſā: reſpōdit eis. qa dura ſunt: que michi conaꝛ impēdere.
Et qd agā ignoro: proiiciā eū: ſed aliter deo dextras dedi/& ſatis vereor. nō proii
ciā eū. ſed iterū tot ac tāta mala dierū ac noctiū/ferre nō poſſū. Quid de ipſo igiꝛ a
me fiat: ignoro. Ad quē illi his verbis loquūtur. dū adhuc viuit/ & ſupeſt magnꝰ
ille(ſic eni vocebaꝛ) Antoniꝰ: aſcēde ad eū. egrūqꝫ naui īpoſitū in monaſteriū ipſiꝰ
defer: expectās ibi donec ſpelūca ſua egreſſus adueniat. quē cū videris: referes ei
iſta q̄ pateris/atqꝫ ab eo cōſiliū poſtulabis. qcqd autē tibi ſup hoc dixerit: facies/&
eius monitionibꝰ acqeſces/ſciēs a deo iuberi tibi/quod ille preceperit. Mox igitur
ſermonibꝰ fratrū libēter inſtructꝰ: ſupradictū egrū blandis precibꝰ ſupans/littorali
nauicule īpoſuit/ſuſtulitqꝫ de ciuitate ꝑ noctē: & ad diſcipulorū ſancti Antonii ha
bitaculū duxit. Euenit autē vt altero die horis veſptinis ſupueniret illuc ſanctꝰ An-
toniꝰ: referēte michi Chronio qꝫ chlamyde ex pellibus facta indutꝰ/aduenerit. Sole
bat autē veniēs ad monaſteriū fratrū/vocare ex ipſis Macariū/ cūqꝫ his verbis in-
terrogare. venerūt aliq huc fratres: Et ille veniſſe dicebat. de egypto inqt ſunt/an
de hieroſolyma: hoc autē ſignū ab his iuſſerat dari: vt quoties aliq non ſatis digni
colloqo ipſiꝰ aduenirēt/veniſſe egyptii dicerētur. quoties autē ſancti qdā & ſpiri-
tuales viderētur viri veniſſe: de hieroſolyma nūtiarētur. Tūc ergo veniēs iuxta cō
ſuetudinē ſuā/cū interrogaſſet vtrū hieroſolymite illic fratres/an egyptii eſſent: re
ſpōdit Macariꝰ dicēs: ex vtroqꝫ illic quoſdā genere ſe vidiſſe. Cū aūt dixiſſet illi ſā
ctꝰ Antoniꝰ: fac illis lenticulā/& ſumā cibā vna cū eis/oratione cōpleta/iubebaꝛ
abſcedere. at cū hieroſolymitas veniſſe didiciſſet: ꝑ totā cū ipſis noctē ſedēs/ea illis
que ſaluti eorū proficerēt loqbatur. memorata igiꝛ eum nocte ſediſſe referebat: &
vnūquēqꝫ a d ſe de iis q cōuenerāt euocaſſe. Cūqꝫ a nullo qs illic eulogius vocareꝛ/
audiſſet: ipſe in tenebris propria voce/ſuo illū nomine ter vocauit. Cui cū ſupradi
ctꝰ ſcholaſticus nō reſpōderet/putās quod alter aliquis eulogius vocareꝛ: dicit ei
rurſus. Te voco eulogi: q ab alexādrina ciuitate veniſti. dicit eulogius: qd q̄ſo iu-
bes: Et Antoniꝰ. quid iquit huc veniſti: reſpōdit eulogiꝰ dicēs. q tibi nomē meū
reuelare dignatꝰ eſt: ipſe iā & aduētꝰ mei cauſā proculdubio reuelauit. Tū ille. qd
inqt veneris ſcio: ſed ante oēs hos fratres/vt oēs audiāt refer. iuſſus igiꝛ a magno
Antonio ſeruꝰ chriſti eulogius: retulit ante oēs. illū elephātioſum in platea publi
ca repperi proiectum/cuius curā nullus hominū gerebat: & promiſi deo vt ſerui-
rem egritudini eius/quo poſſem & ego per illum/& ꝑ me ille ſaluari. ex quo autē
pariter ſumus/quintus & decimus annus eſt: ſicut & veſtre ſanctitati credo oīa re
uelata. quia igitur poſt plurimos annos cū a me nichil mali ꝑtulerit: variis me pro
cellis/ac tēpeſtatibꝰ vexat. ob qd & ego ipſum: a me proiicere cogitaui. propterea
ad ſanctitatē tuā veni: vt qd ex hoc faciā/digneris me tuis edocere conſiliis/& ora
tionibus adiuuare. peſſimis eni motibus totus fatigor/ & crucior. Cui hoc tunc
Antoniꝰ: ſeuera/atqꝫ iracūda voce reſpōdit: Tu illū a te proiicis eulogi: ſed ille nō
proiicit eū/q a ſe factū eſſe cognoſcit. proiicis eū: meliorē te inueniet/& eliget deꝰ q
colligat deſtitutū. Cūqꝫ ꝑterritꝰ ad hec eulogiꝰ verba/tacuiſſet: relicto ſanctꝰ Anto

nius eulogio/rurſus cepit egrotū propriis ſermonibꝰ verberare. & hec ad eū cum
clamore maximo loq. Elephātioſe/ceno ac luto horride/nec terra digne/nec celo:
nō deſinis in iniuriā dei vociferari. neſcis qa q miniſtrat tibi: chriſtus eſt. quēadmo
dū auſus es cōtra chriſtū talia loq: nā ꝓpter chriſtū ſe iſte ſeruitio tali & obſequiis
ſubiugauit. quē & ipſū mordaci ſermone laceratū reliqt. Conuerſiſq; verbis ad fra
tres alios/ad vnūquēq; ita vt ratio ſingulorū exhibebat loquutꝰ: rurſꝰ ad eulogiū
et egrotū redit/dicitq; eis. Neqꝫ veſtrū o filii quoquā ſevertat/neuter ab altero ſe
paretˀ: ſed ad cellā veſtrā in qua per tātū tēpꝰ vixiſtis redite cū pace/omnē triſtitiā
deponētes. iā nūc eni ad vos dn̄s meꝰ mittet. nā tētatio iſta icirco accidit vobis:
qa ad finē vite ābo veniſtis/et iā vterq; veſtrū merebiˀ coronari. nichil ergo aliter
feceritis: ne forte vos angelus veniēs in eo in quo dixi loco inuenire nō poſſit/ ve
ſtriſq; coronis fraudemini. q cū ad cellā ſuā velociter redeūdo redintegrata pace
veniſſent: intra quadraginta dies eulogius prior obiit/& poſt aliud triduū ſupra
dictꝰ defecit egrotꝰ/animo vehemēter incolumis. ⸿ Chronius autē cū plurimū tē
poris in thebaicis feciſſet locis: ad monaſteria alexādrina deſcēdit. eueniq; vt ad
illū occurreret diē q vniuſqdē quadrageſimꝰ alteriꝰ autē tertiꝰ/celebratus tūc a fra
tribus dicebaˀ. Cū igiˀ hoc Chroniꝰ didiciſſet: obſtupuit. ſūptoq; euāgelio ſancto
atq; in medio fratrū poſito/cū ſacramēto ipſis p ordinē cūcta expoſuit dicēs. horū
oim quos cōmemoraui: iterpres fui ipſe ſermonū. eo qd' grece loq ſanctꝰ Antoniꝰ
neſciebat: ego autē vtrāq; nouerā liguā: atq; iter ipſos loqbar/illis qdē greco/iſtis
autē egyptio ore reſpōdēs. hoc quoq; Chroniꝰ ipſe nobis referebat qd' ei ſanctꝰ
ātoniꝰ: i illa ipſa nocte qua beatū dimiſit eulogiū/dixiſſet. qa p totū ānū deū dep
catus fuiſſet/vt oſtēderetur eidē p reuelationē loca peccatorū/atq; iuſtorū. & ſe vi
diſſe dicebat procerū quēdā vſq; ad nubes gigātē tetri coloris: extētas manꝰ ad ce
lū habētē/atq; infra pedes ipſiꝰ lacū ad ſpeciē maris fuſū. vbi tāq aues (iqt) animas
volantes vidit Antonius. & ille quidem quecunq; ſupra manus ipſius/ caputq;
volabāt: cōſeruabātur. quecūq; autē manibꝰ ipſiꝰ repercuſſe fuiſſent: mergebātur
in lacū. vocē aūt tūc ſibi talē veniſſe referebat. has oēs animas quas volātes vides:
ſcias animas eſſe iuſtorū/q in paradyſi habitatione reqeſcūt. ille autē anime: ad in
ferna mittūtur. quod patiūtur qcūq; carnali obediūt volūtati: & quicūq; iracūdiā
retinētes/reddere malis paria tētauerint. Referebāt autē nobis tam Chronius quā
ſanctꝰ Hierax/atq; alii plures vicini fratrū: iſta que dicam.

⸿ De paulo Cap. X.

PAVLVS Paulus nomine/ruſticꝰ quidā/& agriculture vacās/vltra oēs optimꝰ/ac ſatis
ſimplex: pulcherrime qdē vultu/ſed moribꝰ male cōiūctꝰ vxori. cū eā p plu
rimū tēporis occulta fraude peccātē / quadā die ex agro reuertēs turpiter iueniſſet
ſubitoq; cū alio iacētē viro dephēdiſſet (vnde tm̄ diuina ordinatio memoratū Pau
lū ad meliorē vite tramitē prouocabat) verecūde aliquātulum riſit/ tali loquēs ad
vtroſq; ſermōe. bene inqt bene. vn̄ certū ſciatis: ad me hoc nichil penitꝰ ptinere/&
p ieſū q hec reſpicit iuro: q ego hāc vlteriꝰ nō habebo. Vade igiˀ: erit tua cū filiis
ſuis. Ego eni inqt ibo: & de reliquo me monachū ꝓfiteor. & poſt hec nulli qcquā
dicēs: aſcēdit octo ꝓximas māſiōes & ad ſāctū ātoniū pgit. q cū fores eiꝰ ab eo pcu
terenˀ: egreſſus eſt. & qd cupet ſciſcitāti: ait illi/monachꝰ fieri volo. reſpōdit āto
niꝰ dicens. Cum ſis admodū ſenex ſexaginta homo ānos agens: monachus hic fie
ri nō potes. ſed magis vade ad vicum tuū: & operi cultoris incumbe/vt & viuere

operariorũ vita/& gratias agere deo poſſis. Imparẽ te enĩ miſeriis ac labori ſolitu
dinũ ſcias. rurſum ad hec ſenex ille reſpondit hoc dicẽs. quicquid me docueris: id
faciã. Et rurſum Antonius. dixi tibi: quia multũ ſenex es/ nec vales implere quod
queris. diſcede: & ſi monachus eſſe deſideras/ad leuiora monaſteria magis pge/ad
eos fratres/qui poſſunt infirmitatẽ tui corporis tolerare patiẽter. ego enĩ hic ſolus
ſedeo: poſt qnq; dies/& hoc cũ ſũma inopia/cibũ ſumẽs. his ergo & talibꝰ verbis
excludere paulũ volebat. cui cũ ille nõ acqeſceret: itra hoſtiũ cellule ſe recludit An
toniꝰ propter ipſũ/ p triduũ iuge/nec inde progreſſus eſt/etiã cũ neceſſitas corpo
ralis vrgeret. neq; tñ ille de foribus tã diu excluſus: abſceſſit. quarto igiẽ die ſanctꝰ
Antoniꝰ cũ neceſſitate nature cõpelleret: egreſſus eſt. iterũ dicẽs ei: vade ingt hic
ſenex. qd moleſtꝰ es michi: habitare nõ potes mecũ. ad quẽ Paulꝰ hoc dixit. aliud
fieri nõ poteſt: niſi vt hic viuã ingt & moriar. circũſpiciẽs igiẽ huc atq; illuc ſanctꝰ
Antoniꝰ/vidẽſq; quod nichil ſecũ ad vite alimẽta portaret/nõ panẽ/nõ aquã/nõ
aliud qcq̃/& quod quarto tamẽ die ĩ cõtinuo ieiunio pmaneret/timẽſq; ne ignarꝰ
lõgi ieiunii nimia defectione moreretur/& aliquã ſibi ex hoc relinqret maculã: tãdẽ
ſuſcepit eũ. Tali autẽ cõuerſatione vite p oẽs degere dies cepit Antonius: qualẽ ſe
nõ ſciebat exptũ/ nec cũ adhuc iuuenis videretur. infuſos itaq; cortices dactylorum
obtulit ei dicẽs/accipe & intexe funes ſicut meipſum facere vides. qđ cũ arripuiſſet
ſenex/& qndecim numero quas orgias vocãt/nonã vſq; horã cũ maximo labore
feciſſet: ait illi. male ingt itexuiſti: ſolue qđ factũ eſt/& rurſus intexe. & hoc ſeni ho
mini & p quattuor dies ieiuno tã graue põdus imponẽs: vt cũ ille tãto labori ĩpa
rẽ ſe videret/a ſancto tãdẽ Antonio neceſſitate tali cõpulſus abſcederet/vitãq; de
ſereret monachorũ. q ecõtra fortior ad opꝰ ſurgẽs: detexuit funes eoſdem/& rur
ſus intexuit/maxime cũ difficilior iterati opis eſſet labor. eo qđ tortũ ſemel reſtem:
retorqre priꝰ/& reuocare ad formã priorẽ/& ſic iterũ itexere aliter cogeretur. vidẽs
igiẽ Antoniꝰ qđ eiꝰ iſta pcepta/& libẽter ſenex & patiẽter audiſſet/neq; egre itera
tũ ſuſcepiſſet laborẽ/ aut in aliquo ſaltẽ ad momẽtũ triſtẽ vultũ ſecũ murmurãdo
mõſtraſſet: cõpũcta mens eiꝰ eſt/& occidẽte iã ſole/ſic affatur ſenẽ. Vir ſenex/vis edi
mꝰ ptẽ panis. Paulꝰ ait: vt placet tibi alba. Talis autẽ rurſus/& iſta reſpõſio flexit
Antoniũ: qđ ad nomẽ cibi nõ protinꝰ accurrit/ſed qđ oia ĩ ipſiꝰ q iubebat poſuit
poteſtate. pone ergo mẽſã ingt Antoniꝰ: & panes affer. Quod cũ obediẽter feciſ
ſet: poſuit eidẽ ſanctꝰ Antoniꝰ eos quos egyptii paximates vocãt/habentes ſenas
vncias/& ſuã qdẽ ptẽ pfudit aqua. ſicci enĩ ipſi paximates erãt. ante illũ autẽ tres
poſuit portiones. & pſalmũ ſanctꝰ Antoniꝰ quẽ cõſueuerat dicẽs: orationes qua
draginta fecit/vt & ſic Paulũ probaret. q rurſus: cũ eo patiẽter ac libẽter orauit. eli
gebat enĩ vt arbitror cũ ſcorpionibꝰ ſe potiꝰ/q̃ cũ adultera victitare. Poſt vero du
odecim orationes: profunda vix tãdẽ ad mãducãdũ nocte ſederũt. ſumpto igitur
vno paximate/ſanctus Antonius nõ contigit altũ. ſenex vero tardius comedens:
cũ adhuc haberet ex vno paximate aliquãtulã ptẽ/expectatus ab Antonio eſt/dũ
totũ qđ edebat abſumeret. cui rurſus hoc dixit Antonius: mãduca ſenex & alterũ
paximatẽ. Reſpõdit hoc Paulꝰ. mãducabo & hũc alterũ: ſi idẽ facere te videbo. te
nõ edẽte: nõ edã. ad hoc dicit ãtoniꝰ michi hoc ſatis ẽ. monachꝰ enĩ ſum. reſpõdit
ad hoc Paulꝰ. Michi quoq; ſufficit. nã & ego monachꝰ eẽ deſidero. Poſt q̃ ſurre
xit ãtoniꝰ: & dictis duodeci pſalmis/totidẽq; oratiõibꝰ factis/pauliſp in principio

noctis quieuit. rurſuſqꝫ conſurgens: a medio noctis vſqꝫ in lucē pſallēdo & oran-
do vigilauit. vidēs ergo ſanctus Antonius tā paratum ad omnia ſenē:ait illi. Ecce
frater ſi huiuſmodi quotidie agere vitā potes: mecū manebis. Cui Paulus hoc di-
xit. Si forte aliquid amplius iubeas ignoro: nā iſta que vidi facile me impleturum
eſſe/ confido. Sequenti igitur die dixit ei: ecce in nomine domini iam factus es mo-
nachus. Tum igitur ſanctus Antonius poſtea q̃ in omnibus ſibi ab eo credidit ſa-
tiſfactum/ poſt certos menſes quia perfectā iam eſſe animā cōprobaſſet/ eo quod
habitaret in eo vera & tota ſimplicitas/gratia eū iuuante diuina: vnam ei cellulam
fecit/a tertio lapide/vel quarto. dixitqꝫ ei. Ecce quia iam monachus effectus es: ſo-
lus mane/vt poſſis & demones experiri. Intra vnū igitur ānū illic manēs Paulus:
diuinā gratiam meruit cōtra egritudines hominū/& cōtra demonū poteſtatem.
¶ Vna igitur dierum cū ad ſanctū Antoniū quidā fuiſſet exhibitus/quē ſceleſtus
diriſſime demon vrgebat/tenens inter ceteros impuros ſpiritus principatū/qui &
cōtra ipſum ſacrilega celū verba iaciebat: viſo eo ſanctꝰ Antonius/ hoc iis qui eū
perduxerāt/dixit. nō eſt iſtud opus meū. necdū enim diuinā gratiā: contra princi-
pem diabolice legionis accepi. eſt hoc quod queritur: ſimplicis Pauli. Tūc ipſe igiť
benedictus Antonius/ad memoratū Paulum cum eis qui aduenerant pergit: di-
citqꝫ ei abba Paule/pelle hunc demonē ab hominis iſtius anima/ vt incolumis ad
propria reuertatur/& dominū benedicat. reſpōdit ad hoc paulus. Tu eni quid?
dicit Antonius: michi nō vacat/aliud opus exerceo. Relictoqꝫ eo: ſanctus Anto-
nius rurſus ad propriam reuertitur cellam. Tunc igitur aſſurgēs ſenex/& oratio-
nem intentiſſime faciēs: hec ad eum locutus eſt/qui demone laborabat. abbas An-
tonius dixit: vt de homine iſto recedas/& glorificet dominū. demon autē in iniu-
riam diuinitatis: proclamādo multa dicebat: nō exeo deteſtabilis ſenex. Arrepta
ergo pelle/que humeros ſuos tegebat: verberabat eum/repetēs ac dicēs/ Exi quia
hoc abbas Antonius dixit. iniurioſa autē & in ſanctū Antoniū demon protulit
verba: vehemētioreſqꝫ Paulo contumelias irrogabat/hoc clamitans. deteſtādi ſe-
nes quos obliuio noſtra preterit/inſatiabiles/qui propriis contenti nō eſtis: quid
nobis vobiſcū cōmune eſt? Quid in nos exercetis veſtrā tyrannidē? ad poſtremū
ſic ad eum locutus eſt Paulus. egrederis ab iſto: aut vado/& hoc a me audiet chri-
ſtus. Per ieſum inquit ſi exire nolueris iam nūc: eam & hoc chriſto loquar/& ve ti-
bi erit. Iterum autē demon ferocior cōtra diuinitatē vociferari cepit/& dicere: nō
egredior. iratus itaqꝫ tunc Paulus cōtra demonē reluctantē: egreditur cellam ſuā
in ipſis mediis flammis diei/ tales autē ſunt eſtus egyptiorū: vt babilonie fornacis
ardoribus preeſſe credātur. In ipſo igitur ſcopulo mōtis/velut colūna celeſtis ſte-
tit Paulus immobilis: & his in oratione ſua/locutus eſt verbis. Tu vides ieſu chri-
ſte qui ſub pontio pilato crucifixus es: quod nō ante ego ex hac rupe deſcēdam/
nō cibum ante ſumā/nō potū/ſic profecto moriturus q̃ ex hoc homine immūdū
ſpiritum pellas/liberūqꝫ eum a tali morte digneris efficere. Quo iſta dicente/anteq̃
ipſa hec verba ſui oris cōpleſſet/maxima demon voce proclamās/iſta dicebat. va-
de/vade: exeo/ vim patior. Ecce diſcedo ab homine: nec accedo vlterius. ſimplici-
tas me pauli vrget/ac proſequitur: & quo eam neſcio. Moxqꝫ immūdus ſpiritus
egreſſus ex homine/ atqꝫ in immanē draconē cubitorū ſeptuaginta conuerſus: in
rubrum mare protinꝰ deuolutus eſt. vt impleretur quod dictum eſt per ſpiritum

ſanctum/demonſtrata fide iuſti. refert & rurſus in alio loco: ſupra quem requieſcit ſpiritus meus/niſi ſuper humilem & quietum/& trementem verba mea: ſolent enim miſerrimi/ac viliſſimi demonū a magnis viris ſolo fidei robore: magni autē demones a ſimplicib⁹ vel humilib⁹ fugari. hec ſunt miracula ſimplicis/atq3 humilis Pauli/aliaq3 cōplura/his & maiora: qui ab hominibus ſimplex eſt nominatus.

❡ De Pachomio. Cap. XI

PACHOMIVS.

P Achomius quidam nomine/ſeptuageſimū etatis ſue annū agens: in ea que ſcytin dicitur/regione degebat. contigit itaq3 dum grandis cupiditas act⁹ venerei me cepiſſet vrgere / grauiterq3 ac moleſte plus ferrem/ aduerſus ſordidas cogitationes/& contra inſomnia nocturna cōfligens: quod me ab his vbi erā ſolitudinibus/vis ipſius cōpellebat exire. vicinis quidem meis nichil de peſtilētia & tali ardore dicebā: nec Euagrio quidem magiſtro meo/tale aliquid confitebar. Occulte tamen ad interiora/ac vaſtiora deſerti perrexi: vbi per quindecim dies in eo qui ſcytin dicitur loco/venerabiles multos/qui ibidem conſenuerāt patres vidi. inter quos: & cum ſupradicto Pachomio/potui habere colloquiū. Et quia repperi eum inter ceteros monachos prope/palmā tenere: fidenter ad eū detuli animi mei anxietatē. qui ita locutus eſt michi. non ſit tibi inquit noua res iſta: quā pateris. nam quod non ex negligētia mentis/atq3 deſidia/ id quo turbaris incurreris: ſufficienter tibi teſtimoniū prebet/& locorū natura/ & inopia omniū rerum/& ipſarum quod nemini dubiū eſt abſentia feminarum . ſed magis tētatione iſta laboras: propter ſtudium/ac deſideriū caſtitatis. Triplex enim ex fornicationis incurſu naſcitur pugna. & aliquādo quidē caro noſtra/ſi in nobis fuerit nimis ſana: laſciuit. ſepe autē ex cogitationibus vanis: morb⁹ iſte procedit . interdum demon cōtra nos/dum nobis inuidet/preliatur. Ego enim frequēter iſta pertractās: ita ſemper inueni. nam vt ipſe vides/admodū ſenex per quadraginta annos in iſta cellula degens/maximāq3 ſalutis proprie gerens curā: etiam vſq3 ad preſens tēpus huiuſmodi tentatione ſollicitor. Cū ſacramento autē iſtud ſanct⁹ ipſe dicebat: per duodecim ānos poſt quinquageſimū/nō nocte/nō die/ vnquā hic a me morbus abſceſſit/vſq3 adeo vt priuatū me iam dei auxilio ſuſpicarer . ob quod: merito me putarem demonis virtute ſuperari. Malui tamē eo tēpore / irrationabili quadam morte deficere: q̄ tali corporis morbo/ cū tā obſcena deformitate ſubcūbere. moxq3 progreſſus/ac peragrans ſolitudines totas: ſpeluncā fere alicuius inueni. in quā me proieci per diē nudū: vt quod ſine dubio fore credebā/ab egredientibus ex ea beſtiis deuorarer ; cū autē veſpertinas vſq3 ad horas ſic iacendo perueniſſem (iuxta id quod ſcriptū eſt: ſol cognouit occaſum ſuū/poſuiſti tenebras/& facta eſt nox: in ipſa pertrāſibunt omnes beſtie ſilue. catuli leonū rugientes: vt rapiāt & querāt a deo eſcam ſibi) exeūtes beſtie/ femina cū maſculo/odore ad me ducēte/venerūt/ a capite vſq3 ad ipſos pedes lingua me blandiēte lābētes. & dū me ab illis arbitror deuorandū: ſic me intactum/atq3 incolumem reliquerūt. iacenſq3 illic per totā noctem: nichil omnino ꝑpeſſus ſum. Cogitās igitur & credens/quod michi prorſus domin⁹ pepercıſſet: mox reuertor ad cellam. Paucis autē diebus: demon quieuit. et rurſus iterū michi vehemētius q̄ ſolebat/incubuit: vt pene me cogeret ore blaſphemādo peccare. Transfiguratus eſt enim in quādā ethiopiſſam puellā: quā ego meminera m me in iuuenili etate vidiſſe/ meſſium tempore/ calamos colligentem/

De ſpiritu concupiſcentie.

que cum ſubito ſedere ſupra genua mea cepiſſet/vſq; adeo omnia mea mēbra cō-
mouit: vt cū in ea me pene ſcelus cōmiſiſſe putarem. iratus igitur ac ſeuiens/ꝑcuſſi
cā dextera mea: ſtatimq; (vt viſum eſt) euanuit. Et ſi michi dicēti credis : per bien-
niū totum/fetorē eius (qua illa percuſſerā) manus/ferre nō poterā . Maxima igit̄
animi anxietate ac deſperatione perterritus: ad intima atq; vaſtiſſima errabundus
deſerta perrexi.vbi cū aſpidē modicā reppeñſſem: manu tētam virilibus membris
iratus admoui: vt mortē michi/vel morſus ei[9] inferret/caput & ſerpentis perfricā-
do his in locis (a quibus michi tentationis cauſam prouenire arbitrabar) contriui.
et nec ſic quidē me anguis momordit: diuina ſicut credo me gratia prouidente. &
hoc tunc cū michi talis in ſenſus vox deſcēdiſſet/audiui: vade inquit Pachomi/in-
ſiſte agoni tuo . ob hoc enim permiſi te demonis virtute ſuperari : ne inciperes /
quaſi fortior ſuperbire. ſed vt agnoſcens infirmitatē tuā/ nec ex cōuerſatione vite
tue aliquam fiduciā gerens: ad auxilia ſemper diuina cōfugeres. Poſtquā igitur mi
chi ſatis factū eſt: ad propria ſecreta remeaui/de cetero cū fiducia ſedens. neq; vllo
certaminis angore vel ſolicitudine iam laborans. ſed reliquos eui dies:pacatis ſenſi
bus viuēs. Ille autē meus inimicus/ cū ſe ita a me contēptui eſſe videret/neq; vltra
moleſtus michi eſſe poſſet: cōfuſus abceſſit . his itaq; verbis contra inſidiantiū de-
monū pugnās/ſanctus Pachomius me cōfirmās/fortiorēq; faciēs: ad certamē ad-
uerſum ſpiritū fornicationis/ diuina gratia tolerandū/ſufficienter me exhortatum
remiſit ad cellam.

¶ De Stephano. Cap.XII

STEPHA NVS,

ſ Tephanus quidā oriūdus ex lybia in ꝑte eorū locorū/quib[9] marmarice
et mareotidis nomen eſt : ꝑ ſexaginta annos ſedēs/ vſq; adeo ꝑfect[9] fa-
ctus eſt monach[9]/ tātūq; habuit in diſcernēda rerū ābiguitate iudiciū/
vt eiuſmodi diuinā gratiā mereret̄. hoc eſt vt qcūq; ad ipſum/ex quacūq; re triſtis
aliquādo veniſſet: poſt viſionē eius atq; ſermonē/letus abſcederet. Notus autem
hic & ſancto viro Antonio fuit: ꝑuenit & vſq; ad noſtri tēporis dies . quē ego q-
dē videre nō potui: eo quod ſeparabāt nos lōga interualla terrarū . ſanct[9] autem
Antonius/& Euagrius/& q cū ipſis erāt: michi aliquādo referebāt/ dicētes quod
reppeñſſent eū quodā tali egritudine laborātē: vt in ipſis nature verēdis quodam
vlcere (quod quidā fagadenā appellant) cruciaretur. Qui dū a quodā medico cu-
raretur: inuenimus inquiūt eū/opus quidē manibus facientē ſuis/& torquentē de
palmis funes/ac nobiſcū ſermocinantē/ceteras vero corporis ꝑtes medico/ferroq;
prebētē. qui adeo ꝑ gratiā patiētie/alienus erat a ſenſu corporis: vt alteri[9] crederet
mēbra cōcidi. Abſciſis itaq; verendis ꝑtibus cūctis: nichil penit[9] ſentiebat/intantū
ſeparata mens ipſius erat a rebus humanis/& celeſtibus ſolis cogitationibus occu
pata/nobis autē tā triſtitia repletis q̄ ipſi[9] langoris horrore cōfuſis/ cogitātibuſq;
ꝙ huiuſmodi illi[9] viri vita/talē incidiſſet in morbū/vt ſic eū neceſſe eſſet ſecari:hoc
ille beatus dei ſeruus Stephanus ſentiens/ſic dicebat. filii videte: ne animi veſtri ex
valitudinis iſtius contemplatione/ ledātur. . Nichil eni eorū que facit deus/ ex ali-
qua malignitate deſcēdit: ſed oia ad bonū finē/& votiuū exitum ſpectāt. fortaſſis
autem & ipſa pars corporis/ talib[9] dedi ſuppliciis merebatur : meliuſq; illi erat hic
recipere vicē/q̄ ad eterna tormēta/poſt hoc ſeculū reſeruari. hec itaq; ſuorum con
templatio ſermonū: ad patiētie ſtudiū nos edificatos/cōfirmatoſq; dimiſit. Iccirco

vero hec retuli / ne quiſꝗ forte miretur : ſi videmus ſanctorum aliquē huiuſmodi egritudine laborantem/aut deinceps viderimus.

De Valente. Cap. XIII

VALENS De lapſis monachis

v. Alens nomine iterū fuit quidā/paleſtinus quidē genere/ſed mēte chorinthius/id eſt ſenſu inflatus. in chorinthiorū eni animis : ſemp tumor quidā/& inflatio mētis apparet. ſicut ad eos ſcribēs beatus apoſtolus Paulus/de hoc exprobrat vicio/dicens: & vos inflati eſtis. hic ipſe Valens/poſtꝗ peruenit ad eremū/in qua p plurimos annos vixit nobiſcū/difficiliſq; vite aſſecutꝰ eſt ſtudiū: ad tātū ſupbie cacumen aſcēdit/vt diabolicis irriſionibus/ac fallaciis vinceretur. nā paulatim eū in docēdi elatione deceptū/ad hoc demon adduxerat: vt ita ſe neſcio quid eſſe magnum putaret/tāꝗ quotidie angelorum viſione/miniſterioq; frueretur. Referebant igitur eius notiſſimi: quod vno quodā die/ dū in tenebris opus faceret/acus illi qua ſportellam conſuebat/ excidiſſet e manibꝰ/ & cū eā nō poſſet (quia in obſcurro nō cerneret) inuenire/lampade miniſterio demonis ei acenſa/ ſic acū quā pdiderat inueniſſet. rurſus ex ipſa inflatione refectus/in tantū ſupbie tumorē elatꝰ eſt: vt ſacrorū quoq; myſteriorū chriſti/ cōtēneret cōmunionē. Euenit autē vt quidā illuc peregrini venirēt/variaq; legominū genera/nucum atq; pomorū ad eccleſiā fratribus exhiberent: que cū ſuſcepiſſet ſanctus Macarius preſbyter noſter/miſiſſetq; ſingulis tātū quātum manus capere poſſet vnius/inter quos & cū Valenti ptem cū ceteris deſtinaſſet: Valens cū qui tranſmiſſa detulerat iniuriis/plagiſq; cōfecit. hoc ei dicēs : vade/& dic Macario/quod nō ſum illo deterior/vt benedictiones ad me trāſmittat. Cūq; hūc eius errorē Macarius ſanctus audiſſet/atq; ad eū alio die ſolatii cauſa/conſiliiq; veniſſet/diceretq; ei: ſeductus es frater Valens/quieſce de cetero: ac dominū deprecare. hoc ei pſuadere nō potuit. Et cū penitus ab eo nō audiretur: triſtis de eius ruina factus/abſceſſit. Certus igit̄ cepit eſſe iam demon: quod ita vt ipſe voluit/fallaciis eius ac dolis cederet Valēs. moxq; de eius pditione ſecurus: iſta machinatur. in effigiē ſaluatoris trāſfiguratꝰ/ nocte ad eū venit cū choro quodā mille (vt finxerat) āgelorū/lampades accenſas tenentiū/& cū flāmea rota/in qua ſaluatorē ſedere ſimulauerat/precedēte vno ex ipſis/eiq; iſta dicēte. Placuit chriſto cōuerſatio tua/ac fiducia probabilis vite: & venit ad te deſiderās: te videre. Egredere igitur e cella tua/nichilq; aliud facias/niſi vt venientē eminus cernens: inclinans te/adorare feſtines/ ſic deinceps ad proprium habitaculū reuerſurus. Egreſſus igitur e cella ſua/credenſq; ſe cernere diuina miniſterii celeſtis officia/cūctaq; lampadū fulgore rutilantia/& ipſum antichriſtū non vltra vnius ſpaciū ſtadii conſtitutū : protinus pronus in terra/ & eū quē dominū crederet/adorauit. Intantū igitur leſa mens eius eſt: vt cū ſequēti die eccleſiā fuiſſet ingreſſus/collectis in vnū fratribus diceret. ego iam cōmunione non egeo. chriſtū enim ipſum/vidi hodie. Tunc demū venerabiles patres/ ferreis eū vinculis illigatū: per vniuerſum annū propriis orationibus curauerūt. hec autē fuit forma medicine. ſecularis eū vite/cōuerſationi dederunt : vt ex eo quod nichil haberet cōmune cum ſanctis/inflatio animi ipſius/tumorq; ceſſaret. vt ſolet dici: cōtrarias res cōtrariis debere curari remediis. valde autē & hoc neceſſariū credo/legētibuſq; arbitror profuturū: qood taliū quoq; vitas hominū paginis libelli huius inſerimꝰ/ſicut & inter ſanctas paradyſi arbores lignū illud p quod bonū/ malūq; cognoſcitur inſi

tum ſcimus. vt ſi quando invita aliquid ſua/grāde quis fecerit: nō ex eo tanq̄ pro
prie virtutis oſtentatione ſe iactet. frequēter enim & ipſa magnarum palma virtu
tum: cauſa nobis cuiuſdam/& occaſio fit ruine/niſi ad gloriam propoſiti/recto iti
nere venire properem⁹. Scriptum eſt enim: vidi iuſtū/in ſua perire iuſtitia/& hoc
vtiq̄ vanitas eſt.

¶ De Herone. Cap. XIIII

HERON

h Eron quidam nomine/fuit vicinitate proximus michi alexandrinus ge
nere/vrban⁹ & iuuenis: mentis argute/pure & probabilis vite. & ipſe
poſt multos labores/nimioſq̄ ſudores/ vitamq̄ ad ſummū plenā vir
tutib⁹: anime quodam tumore ſic corruit/vt ſupra ſanctos ac venerabiles patres/
eſſe ſe crederet. tāq̄ iniurioſa contra ſanctum Euagrium verba iactaret: vt diceret
ei. maximo errore falluntur: qui doctrine tue credunt. non enim oportet/alio pre
ter chriſtum: vti magiſtro. Abutebatur autem & teſtimonio ſancto: ad propoſi
tum ſtulticie proprie roborandum. dicebatq̄ quod ſaluator ipſe dixiſſet: nullum
in terris/vocetis magiſtrum. qui & ipſe in tantam cordis obtuſi incidit cecitatem:
vt eum quoq̄ poſtea eſſet neceſſe cathenis/ferroq̄ vinciri/eo quod iā nec ad ſan
cta myſteria vellet accedere. vt autem ſe rei veritas habet: immenſe virtutis/ac vite
fuit/atq̄ ſubtilis. ita vt multi/qui cum ipſo vixerunt: referrent/poſt tres menſes eū
cibum frequenter accipere / ſola ſanctorum myſteriorum cōmunione cōtentum/
herbiſq̄ ſiluestribus/ſi quas inuenire potuiſſet. Ego quoq̄ eū videor expertus: eo
tempore quo ſimul cum beato Albano pgeret ſcytin. diſtabat autem ipſa ſcytis a
nobis quadrageſimo lapide. In quibus bis manducauim⁹: & ter aquam bibimus/
ille vero nichil penitus cibi ſumens/ ſed pede iter faciens: quindecim primū reddi
dit pſalmos. tūc & illum: qui eſt maximus dixit. Poſtmodum illam que eſt ad he
breos epiſtolam: & Eſaiam/partēq̄ Hieremie/& Lucam euangeliſtā/Salomonis
prouerbia/ita memoriter ambulans legit: vt eū gradientem aſſequi non poſſem⁹/
nimia velocitate properantem. hic igitur ad poſtremū/maligni demonis fraude/
quaſi quodam exagitatus incendio: in cellam quidem ſuam non rediit. Profectus
autem alexādrie ciuitatem: veluti ordinatione diuina: clauū clauo/vt dici ſolet ex
cuſſit. incidit enim propria volūtate in eos: cum quibus iſtiuſmodi more viuebat.
vnde tamen inuitus: poſtea remediū ſalutis inuenit. Intererat enim & circi ſpecta
culis & theatri: & in tabernis diebus/ ac noctibus morabatur. cūq̄ in his voraci
tati/atq̄ ebrietati ſe penitus dediſſet: in feminei quoq̄ deſiderii incidit cenū. Et dū
peccare meditatur: cū mima quadam cepit loqui/proprium ei vulnus inſinuans.
puſtula enim quedā quā carbūculū vocāt: nata eſt ei in ipſis verēdis/ac tanta per
ſex menſes egritudine laborabat/vt naturalia ipſius putrefacta / radicitus caderēt.
Poſtea vero cum ſanitatem/excepta illa parte mēbrorū quā perdiderat/recepiſſet:
ad diuinā ſapientiam rediit/ſanctis patribus que ei acciderant cūcta confeſſus: pe
nitentiā/tamen factis implere nō potuit/quia poſt paucos dies/debito fine quieuit.

¶ De Ptolemeo. Cap. XV

PTOLEMEVS

a Lius iterum Ptholeme⁹ nomine: eo more viuebat/ vt difficile poſſit re
ferri/quia inenarrabilis videtur. habitauit autē inter initia vltra que ſcy
tin/ſepe dixim⁹ loca: in ea pte quā clima vocāt. In quo tamē loco nul
lus monachorū valebat habitare: eo quod octauo decimo lapide/puteus aque re

motus eſſe videretur. Ille igitur ciliciensis illuc plures lagenas ꝑtulit ſecū: quas decē-
bri/& ianuario mēſe / ſpōgia ex petris colligēs rorē(multū enim tūc in ipſis regio
nibus cadit roris) implebat. Idqꝫ ei ꝑ quindecim illic habitāti annos: ſufficiebat ad
potū. q penitus ſeparatus a doctrina ſpirituali colloquioqꝫ ſanctorū virorū/quo-
rū ei ſermo prodeſſe poterat/& a frequēti myſteriorum cōmunione : ſubito quaſi
alienus effectus in tantū a recto itinere deuiauit/vt diceret nullā eſſe prouidentiam
rerū. ſed omnia ſuis quodāmodo motibus ferri. Perſuaſit igitur ei vite hoſtis hu-
mane/in eius animā prorſus ingrediēs/atqꝫ dicēs. his ita ſe habētibꝰ : quid fruſtra
conſumeris Ptolemee/aut qua mercedis retributione laboras: cū nulla ſit remune
ratio meritorū : quod ſi eſſet etiā retributio : que merces pro tantis laboribus tibi
ſufficeret: quale vero iudiciū/ſcripture mināt̄ur: vbi ſine prouidētia cūcta labūtur:
his diabolicis cogitationibus miſerrimus Ptolemeus infractus: fertur inſaniens/&
a naturali diſcedēs prudētia/ etiā vſqꝫ ad preſens tēpus in egypto/cū eiuſmodi er-
rore verſari voracitati tantū ebrietatiqꝫ deditus/ vt nullū prorſus cū aliquo ſoleat
habere ſermonē/ſed velut Eneus reuertēs de publico/miſerandū lachrymiſqꝫ ple-
nū ſpectaculū oculis chriſtianorū/expoſitus. irriſio vero atqꝫ deceptio cūctis : qui
gratiā noſtre cōuerſationis ignorāt. In hanc autē Ptolemeus eſt dilapſus inſaniā:
ex irrationali quadā preſumptione. dū putat/illuſus ab auctore facinorum: quod
oēs ſanctos patres ſciētie virtute precellat : ꝑ quā ſuus hoſtis effectus/ hanc foueā
perditionis incurrit/nunq̄ cū talibus viris qui gubernaculis ſapientie ſpiritualis vſi
ſunt/loqui dignatus. Vnde neglectus/ac negligēs : ad mortis profunda dilapſus/
ſicut arbor foliorū exuberans/repēte vnius momēti tēpore nuda/aridaqꝫ mōſtra-
tur/ſecundum quod ſcriptum eſt. Qui non habēt gubernacula: cadūt ſicut folia.

❡ De virgine hieroſolymitana. Cap. XVI

Ouerā virginē quādā de hieroſolyma/cilicio veſtitā/ & per ſex annos — VIRGO
n ſemꝑ incluſam/nichilqꝫ eius quod voluptatē aliquā poſſet exhibere gu — HIERO
ſtantē : quā ad poſtremū diuino auxilio deſtitutā/ tā immēſe ſuperbie — SOLIMI
morbus inuaſit: vt talē ruinā qualē dicimus ſuſtineret . Aperuit enim ſubito fene- — TANA
ſtrā cellule ſue: ſuſcepitqꝫ eū qui cōſueuerat ei vite neceſſaria miniſtrare/cū eo cōcū
bens. hoc autē malū inde deſcēdit: quod nō ſecūdū ſpirituale propoſitū/nec pro-
pter dilectionē dei/ad monachicā venerat vitā: ſed humane vanitatis illecebra/que
ex inanis glorie cupiditate generatur/& ꝑ infirmā atqꝫ inſtabilē animi volūtatem.
dū enim cogitationes ſuas oēs/aliene vite maledicis reprehēſionibus occuparet: di
ſcedēte ab ea angelo ſanctitatis/nullū omnino cuſtodē proprie reliquerat caſtita-
tis . Idcirco autē vtrāqꝫ vitā religioſiſſimorū hominū/& eorū qui ꝑ neglectū poſt
labores imodicos/ & tēporū ſpacia de ſūmo faſtigio ceciderūt deſcribimꝰ: vt vnuſ
quiſqꝫ de ſua cōuerſatione inſidias inimici cōſiderās/ occultos eius laqueos poſſit — Abrenun-
euadere. Sed cū ſint magnorū virorum/feminarūqꝫ q̄plurimi/q abrenunciationis — ciationis
ſue pricipia/virtute ꝑegerūt/deīde ab hoſte cūctorū hominū ſūt eliſi: ideo ex pluri — ſue a mun-
bꝰ/quorū etiā vite ſociꝰ extiti/paucos enumero. qa neqꝫ illos ad fortia iā reuocare — do
vlterius/nec michi prodeſſe preualeo: magnos chriſti athletas laudās/nec imitās.

❡ De Helia. Cap. XVII

h Elias quidā nomine monachus optimus: magnā habuit conſiderationē — HELIAS.
ſexus infirmi deuotarū deo virginū. Sunt enim tales quorundam anime: — Rurſus de
non lapſis

quarum propoſitum vltimi finis teſtimonio comprobatur. Qui amore virtutis
acceſſus/& feminei ſexus miſeratione: in ea que a triuis ciuitate dicitur/ex pecuniis
que ipſi ſuppeditabant/monaſterium immane conſtruxit. Ad quem locum pluri
mas (que vagari & errare conſueuerant) feminas congregauit/omniūq; prout ne
ceſſitas poſtulaſſet curam gerebat. quibus cuncta preſtiterat: que ad vite ſolatium
ptinebāt/ortulos quoq;/& inſtrumenta diuerſe ſupellectilis neceſſaria/& reliqua
que humani vſus ratio depoſcit. Iſte ex diſſimilis vite genere/ intra vnius habita
culi clauſtra collecte/ frequentibus ſe inuicem iurgiis inquietabāt. Vnde interdum
neceſſitas exigebat: vt inter eas ſimultatum talium cauſas ipſe cognoſceret/pacēq;
repararet. Collegerat enim illuc vſq; ad trecentarum numerum feminarum: nec ſi
ne mediatore ipſo/conuerſatio earum poterat ordinari. Quod cum iam per bien
nium faceret/& adhuc pene ipſe iuuenis videretur (triginta enim/vel quadragin
ta annos habebat) tentatus eſt ſubito corporali deſiderio voluptatis. Relicto ita
q; monaſterio dum per ſolitudines totas biduo iugi/ ieiunus erraret: huiuſmodi
precem fudit ad dominū. domine inquit: aut occide me ne videam illas triſtitia la
borantes: aut a me tentationem huius cupiditatis exclude/ vt earum curam ita vt
oportet/aut conuenit/geram. veſpertinis itaq; horis/ſubito cum in deſiderio ſom
nus oppreſſit: & tres numero angelos/ad ſe veniſſe conſpexiſſet/vt ipſe referebat.
tenuerunt igitur eum/dicentes. Cur egreſſus es de monaſterio feminarum? quibus
cum ille tranſmigrationis ſue cauſam referret/ & timuiſſe ſe diceret/ne aut ſibi/aut
illis noceret: hoc illi ad iſta reſpondent. ſi igitur ab huiuſmodi tētatione / per nos
fueris liberatus: vadis & rurſus ipſarum ſuſcipis curam? Ad quod cum libenter il
le acquieuiſſet: iuſiurandum ab eo huiuſmodi/ſicut ipſe referebat exigere ceperūt.
iura inquiens his verbis. Per eum qui habet curam mei: illarum curam habiturum
eſſe/me iuro. Cum ergo illis verba iuraſſet: tunc vnus ex ipſis manus illius tenuit/
et alter pedes/tertius autem arrepta nouacula illum emaſculare viſus eſt. nō quod
pro vero hoc faceret: ſed quod facere videretur. nā in quodam ſtupore animi/eo
tempore ſe eſſe credebat: atq; hac ſentiebat ſe ratione curatum. Tunc igitur angeli
interrogant eum: an aliquid ſibi/ factum ſuum profuiſſe ſenſiſſet. Ille reſpondit ve
hementer inquiens intelligo/onus quoddam michi eſſe ſublatum: & ſatis credo/
omni quam formidabam/me moleſtia liberatum. dicūt ei. Ergo nūc vade ad mo
naſterium tuum. Qui poſt quinq; regreſſus dies: ingreſſuſq; lugentium monaſte
rium feminarum / in eodem exinde loco māſit in cella ex obliquo habitaculi illius
poſita/in qua cū magis ipſis proximus videretur: frequentibus eas quantū in ipſo
erat/emendationibus/corrigebat. vixit autē alios quadraginta annos: ſanctis pa
tribus aſſeuerans/quod nunq̄ vltra in cor ipſius cogitatio talis aſcenderit. Hanc
ergo beatus ille Helias dei gratiam meruit: vt ſic propria cura/ muliebre monaſte
Dorothe⁹. rium gubernaret. ¶ Huic ſuccedit Dorotheus vir beatiſſimus: qui in moribus
laudabilis vite conſenuit. non quidem in monaſterio ipſo/ita conuerſari preualēs
vt prior: in ſuperiore tamen ſe condidit cella/vbi vnam fecit feneſtram/ex qua cō
templari feminas in monaſterio ſuo poſſet. quam feneſtram/& claudere/& aperi
re conſueuerat: cui & iugiter aſſidebat/ ad vnanimitatem/pacēq; ſorores erudiēs.
Itaq; in ſuperiore illa monaſterii pte conſenuit. cum neq; mulieres ad ipſum aſcen
dere: neq; ipſe deſcendere poſſet ad eas. qa nec ſcale illic vnq̄ poſite erāt: per quas

huiuſmodi cuiquã pateret acceſſus. hec eſt beati Dorothei/in abſtinentie virtute
perfectio/& finis huiuſmodi.

☾ De Piamone virgine. Cap. XVIII

PIA-MON

p Iamon nomine virgo quedam fuit: que omnes etatis ſue annos cũ ma-
tre ſua vixit/iugiter faciens opus lini/& poſt alterũ ſemp diem circa ve-
ſperam cibum ſumens. Hec a deo meruit accipere ſcientiã futurorum.
Nã cum apud egyptum quondam in aſcenſu fluminis nili/contra vici vnius exci-
dium vicus alter veniret (cum grandi enim certamine/ partiuntur irrigationis vi-
ces: vſq; adeo vt & ad vulnera ſua/morteſq; deſcendãt) cũ igitur fortior populus
ad inferioris vici homines/in quo erat iſta/veniſſet/numeroq; ſue multitudinis fi-
dens/ & tam militaribus q̃ ruſticis armis inſtructus / ad euerſionẽ ſupradicte poſ-
ſeſſionis accederet: aſtitit ei angelus aduẽtũ inimicorũ nũciãs/quẽ nullus illic pote-
rat ſuſpicari. Tũc virgo memorata/vici preſbyteros cõuocauit: hoc dicẽs. Exite &
occurrite iis/q de vico illo ad internitionẽ veſtrã venire feſtinãt: ac ne vna & ipſi
cũ cellulis veſtris cede pereatis/deprecamini eos/vt ab apparatu certaminis huius
recedant. Cũq; preſbyteri/admodũ ad hec dicta timuiſſent: proni ad pedes cadũt
rogantes eã/ atq; dicentes: quia nos non audemus eis occurrere. ſcimus enim: &
ebrietates eorũ/& audaciã nõ ferẽdam. ſed adde hoc quoq; inquiũt miſericordie
tue/ ſupra omnẽ hũc qui tremit vicũ/& ſuper iſtã quoq; domũculã tuã: & magis
ipſa progredere/atq; occurre veniẽtibus/locũq; iſtũ redde paccatũ. At illa hoc q-
dẽ ſe facturam negauit: aſcendit tamẽ protinus ſuperiora domus proprie/& tota
illic nocte in cõtinua oratione permãſit/ne genua quidẽ flectẽs/atq; has domino
preces effudit. domine inquit de⁹/qui omnẽ iudicas terrã/cui nichil vnq̃ placet in-
iuſtũ: aſcẽdat ad te oratio mea/& aduenıat virt⁹ tua: que in excidiũ noſtrũ ruẽtes
in eo ipſo/in quo illis occurrerit loco /veluti clauorũ affixione cõtineat. hoc ergo
ſermone/& hac oratione cõpleta: hoſtes eorũ in tertio iã vici lapide cõſtituti/cir-
ca primã horam diei/ita in memorato heſerũt loco: vt prorſus moueri inde non
poſſent. hoc aũt & ipſis reuelatione patefactũ eſt: quod molitiones eorũ/ oratio-
nes/ memorate virginis impediſſent. Mox itaq; quibuſdam de ſuis ad vicũ ipſius
miſſis: poſtulant pacem. iſta mandantes: gratias deo agite/ qui vos orationibus
Piamonis/ ab excidio veſtre poſſeſſionis auertit.

☾ De Pachomio. Cap. XIX

t Hebennenſis nomine/in thebaide prouintia dicitur locus: in quo Pa- PACHO-
chomius quidã fuit. vir iuſtus in tantũ: vt per diuinã gratiã noſſet fu- MIVS.
tura/& ãgelica/etiã viſione frueretur. hic ad perfectũ miſericors & hu-
manus fuit: & ineſtimabili fratres amore dilexit. Ad quem in ſpelunca ſedentẽ an-
gelus domini venit/dicens ei: per omnia que ad propoſitũ tuũ pertinent/ ſcias te
eſſe perfectum. Vnde tam in ſpelũca ſuperfluo ſedes: veni igitur / & relicto hoc lo-
co/collige omnes monachos iuniores: & cum ipſis habita. & eos iuxta regulã vi-
te / quã a me diſces: inſtitue. Tabulas autẽ illi cereas dedit: in quibus ſcriptũ erat/ Regule p̄
permittes vnicuiq; vt tantũ quantũ poſcit/& cibi ſumat/& potus. & iuxta mãdu- monachis
cantiũ/& bibẽtiũ vires: paribus quoq; operibus eos ſubiugabis. & neq; quẽquã ab angelo
ieiunare/neq; mãducare prohibebis. ita tamẽ vt fortiorib⁹ & magis edẽtib⁹: ſemp dato bea-
opus grauius iniũgas. Infirmi autẽ & vere monachi: ad operãdũ leuius vrgeãtur to pacho-
mio

diuerſas etiã intra atrium domus cellulas facies:& ternos per ſingulas manere pre
cipies. in vno tantũ loco cibus omniũ fiat. ſomnũ vero capiãt nõ iacẽtes: ſed ſup
inſtructas/& paululũ recliues cathedras/ & velatas palliis ſuis/ſedẽtes quieſcant.
vtãtur autẽ noctibus/lineis veſtib⁹(quas leluoronas vocãt)cĩcti: & ſinguli quiq;
eorũ pellibus caprinis bene cõfectis tegãtur. quas pelles nec tunc quoq; cũ volue
rint cibũ capere/vel ſomnũ: deponãt. quãdo autem ad cõmunionẽ ſabbati/vel
dominici diei ingrediũtur:vnuſquiſq; ſuũ cingulũ ſoluat.pelleq; deponat/& cum
cucullo tantũ ingrediatur.Cucullos autẽ ipſos ſine villo paruulos fieri: vt infanti-
bus ordinauit. in quibus & quedã ſigna de purpura:fecit intexi.Iuſſit viginti quat
tuor eſſe ordines fratrũ: iuxta viginti quattuor numerũ litterarũ. & vnicuiq; ordi
ni ſuppoſuit litterã grecã ab alpha/& beta/gãma/delta/ & ceteris vſq; ω.dũ igit
interrogaret ſanctus Pachomius/& in tãta multitudine ſingulorũ requireret vitã;
dicebat ſecũdo illi qui erat i ſuo ordine prior queadmodũ ſe habet alpha/vel quo
modo habet beta? Et iterũ ſalutẽ p vnũquẽq; ex proprio ſigno/ & vocabulo litte
re requirebat. Et ſimplicioribus quidem perfectiſq; monachis inquit angelus/iote
littere nomen: durioribus autem/ac difficilioribus chi littere nomẽ impones.Itaq;
vnicuiq; ordini/tales vocabulorũ imprimes notas: vt mores per eas ſignificentur
animorũ. Soli tamen ſpirituales nouerãt viri: qualem ſuppoſita elementa vitã ſui
ordinis indicare videãtur.Scriptum autẽ hoc in tabulis ipſis erat. Si quis inquit de
alio monaſterio peregrinus aduenerit/aliã regulam ſequens:nec manducet cũ illis
iſte/nec potet/neq; in manſionẽ eorũ introducatur: niſi forte in itinere eiſdẽ fuerit
adiũctus. Quicũq; vero iccirco ad eos fuerit ingreſſus/vt cũ ipſis permaneat: non
illũ niſi triennii tẽpus impleuerit/in loca monaſterii ſecretiora recipies.ſed cũ prius
per trienniũ totũ laborioſius opus duriuſq; pfecerit: tunc receptũ intrinſecus eum
iam eſſe pmittes. Edẽtes/cucullis capita ſua velent: ne alter manducantẽ alterũ fra
trem aſpiciat. Nec loqui quicquã dũ edit liceat: nec aſpicere ad vllam alterã partẽ
niſi ad ſolũ catinũ/& ad ſolam cui ſupponitur menſam. hoc etiã ordinauit & iuſ-
ſit: vt orationes duodecim numero p totũ diẽ facerent. & rurſus duodecim alias:
quando ad veſpertinũ lumen venirent. In nocturnis quoq; vigiliis: totidẽ preces
effunderẽt. tres autẽ ſolas: ad horam nonã diei.Quãdo vero vniuerſa multitudo
conueniebat ad manducandũ: vnicuiq; ordini in ſingulis orationib⁹ ſtatuit pſal-
mũ precinere. tunc ſanctus Pachomius quaſi cõtradicere angelo voluit/hoc dicẽs.
Pauce ſunt iſte orationes.Cui reſpõdit hoc angelus. has orationes fieri icirco pre
cepi: vt & minores ſine aliqua implere triſtitia impoſitam ſibi viuendi regulã poſ-
ſint. qui vero ſublimioribus conſummatoribuſq; ſenſibus viuũt: non eſt illis neceſ-
ſe aliena lege conſtringi. ipſi enim ſemetipſos intra cellas/vniuerſamq; vitam ſuã/
viſioni & cultui dei penitus dederunt. his ergo inquit iſta precepi: qui nec inueni-
re poſſunt/vel implere que proſint. vt cum ſeruili quadam neceſſitate compulſi/
oſtenderint dignam in ſe ſub propoſito diſciplinam: tunc demũ ad fiduciam va-
leant diuine notitie peruenire. his itaq; diſpoſitis/ impletoq; miniſterio: angelus
diſceſſit a ſancto Pachomio. Plurima igitur ſunt monaſteria / in quibus ad ſep-
tem millia ſunt virorum: que huiuſmodi inſtituta cuſtodiunt. Sed maximum id
habetur/ & primum in quo Pachomius ipſe degebat: ex quo videntur/ & ce-
tera monaſteria proceſſiſſe / que ad mille quadringentos fratres habere noſcun-

Alpha	α
Beta	β
Gãma	Γ
Delta	Δ
Iota	ι
Chi	X
Omega	ω

ι Nota perfectorum

X Nota difficiliorum

tur. Inter quos etiam eſt quidam famulus dei / Antonius nomine / admodũ mi
chi amicitiarum iure coniunctus: qui ſecũdum in illo monaſterio optinet locum.
quem de vita ipſius/& cõuerſatione ſecuri: alexandriã ſepe tranſmittũt/ vt illic ea
quidem que in monaſterio fecerint/vendat. ea autẽ que ſcit neceſſaria:emat ſemꝑ/
ac referat. Sunt & alia monaſteria ducẽtenos fratres/& trecentenos habẽtia: in ea
quam panos ciuitate vocant: quam ego quadringentos habentem viros ingreſ
ſus/ inueni. Inter quos ſartores quindecim repperi: fabriferrarios ſeptem/carpen
tarios quattuor/camelarios duodecim/ fullones quindecim numero/ ſingulos in
arte propria laborãtes. & ex iis que cotidiano victui ſupereſſe poterant: etiã mo
naſteriis feminarum/carceribuſq; vicinis/neceſſaria queque prebentes. & qui ſues
etiam paſcebãt. Quod cũ ego reprehendendũ putarem: hoc quoq; ex traditione
maiorũ/ſe ſuſcepiſſe dicebant.quia iccirco in monaſteriis eſſe oporteret ſues: ne &
cribratarũ excremẽta frugũ perirent/& purgatorũ folia olerũ/& cetera/que dãnũ
(ſi proiicerẽtur) inferrent. Occidi igitur ſues ipſos iubebant: & carnes quidẽ ipſas
ementibus vendi/vngulas tamen/ac minimas partes eorũ/in egrotorum/ac ſenũ
epulas deputari: eo quod in regione illa/ grandis eſſe inopia rerũ/ & frequẽtia ho
minũ videretur. blemmyos autẽ vicinos ſuis finibus habent. Antelucanis igitur — *Blemmyi: populi ſupra ſienen.*
horis ſurgentes/qui per dierum vices reliquis ſeruiebant: alii coquebant cibos/alii
menſas parabant. quas circa tertiã diei horam ponere ſoliti/perfecto omni opere
ſuo: ſuperponebant eiſdem panes/ & herbulas quaſdam ſuo more cõditas/quas
lapſanas vocant. oliuas quoq;/& caſeũ preter carnes/ cõminuta etiã diuerſi gene
ris holera.Quibus in hũc ordinatis modũ:alii ſexta diei hora ingrediẽtes/ſumebãt
cibum/alii ſeptima/alii octaua/alii nona/alii decima/alii vndecima/ alii profunda
iam nocte veſci conſueuerant. quidã autem poſt biduũ etiam capiebant cibũ. Ex
propria tamẽ littera: poterat hora vniuſcuiuſq; cognoſci. Similiter etiã ipſis erãt
et opera diuiſa. alii enim agriculture inſeruiebant/alter ortum colebat/ille officine
fabrice vacabat/ille piſtoris/alter carpentarii/alter vero fullonis arte clarebat/alter
pellium/alter coriorũ cõfectione ſudabat/ alius codicũ lectione vel conſcriptione
gaudebat/alter ſportellas grãdes intexere ſolitus erat/alter minores. omnes tamẽ
ſimul: memoriter ſpirituales libros tenebant.

¶ De tabennenſiotis feminis. Cap. XX

TABENNENSIOTE FEMINE

St autẽ apud iſtos/feminarũ quadringentarũ numero monaſteriũ/ iiſ
dem moribus/atq; eadẽ ordinatione viuẽtiũ: excepto velamẽto pelliũ
ſolo. Et mulieres quidem trans fluuiũ habitant: intra fluuiũ autem viri.
Cũq; defuncta vna virginũ fuerit: veſtitã eã vt aſſolet deferũt alie/& ſupra ripam
fluuii ponũt ſorores. quã inde cũ olearũ ramuſculis palmuſculiſq; nauicula tranſ
fretantes viri/& pſalmos canentes: ad ſuas transferunt partes/& in proprio cum
reliquis deputato condunt ſepulchro. Nullus tamen excepto preſbytero/ac dia
cono/tranſit ad monaſterium feminarum: & hoc per dominicum diem tantum.
¶ In hoc ipſo mulierũ habitaculo: res accidit talis. quidam ſartor veſtium ſecu
laris trãſgreſſus fluuiũ: opus ab ipſis aliquod/ꝑ ignorãtiã poſtulabat. cũq; vna de
feminis iuuenis proceſſiſſet (tuto eni videbat hoc facere/propter ſolitudines ipſi⁹/
ac deſerta regionis) ſubito cũ nõ ſpõte cõſpexit/deditq; illi tale reſpõſum. nos ad
emendandas res noſtras: artifices noſtros habemus. Alia de feminis cũ eos in hac

viſione quã retuli notaſſet: poſt tẽpus aliquantulũ orto inter eas iurgio/ex diabo
lica ſuſpitione/& proprii cordis malignitate/iracũdieq; feruore memorate in con
ſpectu aliarũ ſororum cepit calũniari. cuiq; nõnulle ex ipſis/nõ tamen cum grandi
malicia conſentiebant. Illa igitur admodũ triſtis effecta/cũ tam manifeſtã calũniã
ferre nõ poſſet (ſciebat enim ſe: ne intra ſenſus quidẽ ſuos/ tale aliquid cogitaſſe)
occulte ſe precipitauit in fluuiũ/atq; hoc fine defecit. quod vbi que calumniata ei
fuerat audiuit: non ferens tanti ſceleris atrocitatẽ/& ipſa tunc laqueo innexa defe
cit. Alie autem ſorores huiuſmodi factum: ingreſſo ad eas preſbytero retulerunt.
Tũc ille precepit nullius quidem nomine ex iis que ſe tali morte necauerũt: debere
oblationẽ deo fieri. Quecũq; autẽ viderẽtur ex illi⁹ dicti inſuſurratione diſcordes/
veluti que conſcie peccati eſſent/quia tali calumnie credidiſſent: iuſſit eas p ſeptem
annos ſanctorum myſteriorum cõmunione priuari.

¶ De alia virgine. Cap. XXI

VIRGO QVE STVLTAM SE SIMVLAT.

f

Vit alia in hoc monaſterio virgo: que ſtultã ſe eſſe propter chriſtũ/ac
demonẽ ſe finxit habere/vt virtutẽ ſui propoſiti poſſet implere. Que
cũ ſe admodũ humiliaret/atq; deiiceret/ vſq; adeo omnibus aliis hor
rori erat: vt ne cibũ quidẽ cũ ea caperẽt. Talẽ ergo gratãter elegerat vitã/& a co
quina nũq̃ recedens/totius illic miniſterii tãquã ancilla cũctis obediens/ implebat
Adagium officiũ/eratq; ſecundũ vulgare prouerbiũ: vniuerſe ſpõgia dom⁹. Impletũ a ſe/re
bus probans: quod in ſancto euãgelio ſcriptũ legimus/ſi quis inter vos vult eſſe
maior/ſit omniũ ſeruus/& omniũ miniſter. Et beatus apoſtolus. ſi quis inquit ex
vobis putat ſe eſſe ſapiẽtẽ in hoc mũdo: fiat ſtultus/vt efficiatur ſapiẽs. hec igitur
inuolutum pãnis habebat caput: & ita omnibus ſeruiebat. cetere autem virgines
tonſe/cucullis cooperiũtur. nulla hanc potuit de quadringentis: videre manducã
tẽ. nũquã per oẽ euũ ſuũ: ſedit ad menſam. a nulla vel modicam ꝑtem panis acce
pit: ſed micas tantũ detergens illa mẽſarum & abluens ollas/his ſolis alimoniis cõ
tenta viuebat. nunq̃ calciamentis eſt vſa: nulli vnquã fecit iniuriam. nulla ipſius
murmur audiuit. nulli autem parum aut ſatis vnq̃ locuta eſt: & certe cũ ab omni
piterius. bus cederetur/cum omniũ viueret odio/cum maledicta omniũ ſuſtineret. ¶ De
hac ſanctiſſima beato Piterio (cui hoc vocabulũ erat) probatiſſimo viro/ſempq;
inter deſerta viuenti/aſtitit ãgelus quõdam ſedenti in porphyrite qui dicitur loco/
affatuſq; eſt eũ his verbis. Cur grãde inquit aliquid eſſe te credis i tuo propoſito/
et in huiuſmodi degens loco? Vis videre mulierẽ te ſanctiorẽ? Vade ad thebennẽ
ſiotarum monaſterium feminarũ: & vnam ex ipſis illic inuenies/ in capite haben
tem conſciſſum pannũ/ipſamq;/ te cognoſce eſſe meliorẽ. Nã dũ contra tantas ſo
la/diebus ac noctibus pugnet: cor ipſius a deo nũq̃ receſſit. Tu autẽ vno in loco
reſidẽs/neq; quoquã aliquãdo progrediẽs: ꝑ omnes animo & cogitatione vrbes
vagaris. Statum ad ſupradictũ monaſterium venit: & magiſtros fratrum rogauit
vt tranſueheretur ad habitaculum feminarum. quem mox illi vt vita glorioſum
virum/& iam prouectioris etatis: cum fiducia grandi fluuiũ tranſire fecerunt. In
greſſus autem: poſt orationẽ/ omnes ſorores deſiderauit inſpicere/inter quas ſo
lam illam propter quam venerat/non videbat. Ait ergo ad poſtremũ: omnes mi
chi adducite. deeſſe eni videtur aliqua. dicũt ad eũ. Oẽs hic ſum⁹. Quib⁹ reſpõdit:
vna deeſt/quã michi angelus demõſtrauit. dicũt ei: vnã ſtultam habemus intrin

ſecus in coquina. ſic enim eam/ que demone vexatur: appellant. Ait ille/ exhibete
michi quoq; ipſam: vt eam videam. Quo audito/memoratam vocare ceperunt:
que cũ nollet audire/ſentiẽs credo aliquid/aut fortaſſis hoc ipſum diuina iam reue
latione cognoſcens: dicunt ei/ſanctus Piterius te videre deſiderat. erat enim fame
ac nominis grandis. cũq; ad eũ fuiſſet exhibita/vidiſſetq; panno frontẽ illius inuo
lutã: proiecit ſe ad pedes eius dicens/benedic me ama. Procidens autem & ipſa ad
pedes ei⁹/dixit: tu me benedic domine. Omnes igitur ſorores obſtupuerũt/ſimul
dicẽtes:noli abba/talẽ iniuriã ſuſtinere. fatua eſt enim iſta:quã cernis. tunc ſanctus
Piterius/hoc ipſis omnib⁹ ait: vos eſtis fatue. Nã hec veſtra & mea: cũ ſit melior/
eſt amas(hoc enim nomine vocant illi ſpirituales matres)& precor deũ/vt dignus
ipſa in die iudicii merear inueniri.Quo audito/omnes ſimul ad pedes ſancti Piterii
prociderũt: ſingule varia peccata propria confitentes/ quibus illã ſanctiſſimã con-
triſtarũt.Et alia quidem dicebat: ego eã deluſi. alia ego habitũ eius deiectũ/ deriſi.
alia ego eã quod eſſet tacita: iniuriis affligebã. alia abluens ſordes catini: ſuper eã
ſe fudiſſe dicebat. alia colaphis eã a ſe verberatã ſepe/memorabat.alia nares ipſius
ſinape impletas a ſe eſſe: deflebat. cetere quoq; diuerſas referebãt: ſe ei iniurias ir-
rogaſſe. Pro quibus omnibus ſanctus ille/vna cũ rememorata ſanctiſſima virgine
fuſis deo precibus: regreſſus eſt. poſt paucos autẽ dies/ non ferens illa tantam ſui
gloriam/tantoq; ſe nolens ſororum honore cumulari/grauariq; ſe credens ſatiſfa
ctionib⁹ ſingularũ: egreſſa de monaſterio illo/quo ierit/in quẽ diuerterit locũ/vel
quo fine defecerit/ad nullus potuit hactenus notitiã peruenire.

¶ De Ioanne. Cap.XXII

IOANNES.

Vir quidã Ioãnes in oppido cui Lycos vocabulũ eſt. qui carpẽtarii qdẽ
artẽ/dũ adhuc eſſet puer didicit/fratrẽ tamẽ tinctorẽ habuit.quiq; poſt
modũ/cũ iã viginti & quinq; eſſet ãnorũ: huic ſeculo renũciauit. Et p
quinq; ãnos in diuerſis monaſteriis degẽs:ad poſtremũ/ſolus ſeſe in lycũ contulit
mõtẽ. In cuius cacumine: trium ſibi voluminũ cellulas fecit.Ingreſſuſq; illuc/ ita ſe
incluſit: vt aditũ quoq; ipſum p quẽ introiit/obſtruxerit. erat igitur vnũ volumen
ad corporales deputatũ neceſſitates: aliud in quo opus facere/& cibũ ſumere con
ſueuerat. tertium in quo orabat. hic igitur cũ triginta iã annos cõpleſſet incluſus/
per ſolam ſemper feneſtram/neceſſaria victui ſuo ab adminiſtrante ſuſcipiens:me-
ruit talẽ gratiam dei/vt haberet ſcientiã futurorũ. nã & ſancte memorie Theodo-
ſio imperatori/frequenter & varia ex iis que eſſent euentura predixit. Primũ qdẽ
de maximo tyranno/quod & ſuperaturus eum eſſet/ & galliarum ex partibus re-
uerſurus.Poſtea autem & de Eugenio tyranno: eidẽ que ſubſecuta ſunt/ ante pre
dixit. quod eum quidem ſuperaturus eſſet: ſed ipſe ibidem vitam finiturus/filiũq;
ſuũ ſucceſſorẽ imperii relicturus. de quo apud omnes grandis ſemp fama conua-
luit.Propter quod & Theodoſius imperator: prophetali eũ venerari honore cõ-
ſueuerat/aſſerens illũ magne eſſe virtutis.Cũ igitur nos/hoc eſt ego/& beatus Eua
grius/& Ammonius/& Albinus circa nytrie ſolitudines degeremus: cupiebamus
diligenter agnoſcere/memorati viri virtutẽ. Ait ergo nobis tũc ſanctus Euagrius:
libẽter audirem ab eo/ qui mentem atq; ſermonem bene nouit probare/ qualis ſit
iſte vir quem loquimur. ſi enim eũ non prius alio referente/cognouero: neceſſe
iam erit/ vt ad montẽ eius aſcẽdam. Quod cũ audiſſem ego/neq; cuiq̃ quicquam

tale dixiſſem : vno die tantum moratus/ alio clauſi cellulam meam/ & me atq; ipſam cõmendans deo/thebaidem vſq; perrexi. diebus decem & octo/omni itinere cõfecto:partim ambulando pedibus/partim per fluuiũ nauigando. agebatur autem hoc eo tempore/quo fluuius ſolebat aſcendere: quando multi egrotare conſueuerant/quod ſum & ipſe perpeſſus . Cum ergo illuc veniſſem clauſum ſeptum illud inueni: quod ante ingreſſum cubiculorum ipſius erat. Poſtea enim ipſum locum extruxerãt fratres. talis autẽ erat edificii ipſius/magnitudo: vt fere centũ caperet viros. Clauſum autẽ ſemp ipſum habentes locũ: ſolo ſabbati & dominico die aperire cõſueuerant. cognita ergo cauſa ob quã clauderetur: quieui/expectãs ſabbati diẽ. qui cũ aduenisſet: ingreſſus ſum circa horã ſecundã/vt ſupradictũ viderẽ virũ . Inueni igitur eũ aſſidentẽ feneſtre: ex qua ad ſe ingredientibus ſolebat loqui . Poſt primã itaq; ſalutationẽ hoc michi p interptẽ dixit. vnde es:vel cur aduenisti; nam ego de ſociis Euagrii/ vnũ te eſſe coniicio . Reſpõdi me eſſe peregrinũ : & de galacie partibus venire/ & vnũ me ex Euagrii fratribus eſſe/cõfeſſus ſum. Interea dum loquimur: ingreſſus eſt ſubito prouincie ipſius preſes/ Alipius nomine. Ad quem relicto quẽ mecũ habebat ſermone: ſe cõtulit . Seceſſi igitur ab hiſdem paululũ: & loco cedens eminus ſteti. prolixas autẽ eorũ fabulationes grauiter/ac moleſte ferẽs/intra meipſum/bonũ illũ ſenẽ reprehẽdebã: eo quod meo ſermone cõtẽpto/illũ potius honoraſſet. Ideoq; cũ michi ingratũ fuiſſet : ſpreto eodẽ/ recedere cogitabã.vocauit itaq; ad ſe tunc ille/Theodorũ nomine interpretẽ ſuũ/ dicẽs: vade ad fratrẽ illũ/& dic ei/noli eſſe puſillanimis.Iam nũc enim dimittã preſidem: et tecũ loquar. cognoui igitur ex hoc/eſſe hominẽ ſpiritualẽ:& omnia preuidere. et idcirco eo magis cepi remorari.Egreſſo vero/mox inde preſide:me vocauit. his me alloquens verbis . Cur inquit animã tuam / mea reprehenſione leſiſti : quam in me inueneras culpã : vt ea in tuis ſenſibus cogitares / que nec in me cognoſco/ nec tuos ſcio mores dicere : An ignoras illud quod ſcriptũ eſt: quod non incolumes/ac fortes/ſed quod male ſani medico ſemp indigeant : nam tu me cũ velis: & rurſus ego inuenire te poſſum. & ſi ex me forſitan nullũ: ex aliis tamẽ fratribus aliquod patribuſq; poteris habere ſolatiũ. Iſte vero totus ex ſecularib⁹ rebus diabolice deditus poteſtati: vix breuis hore ſpacio potuit reſpirare . et nũc tentans/ſicut quidã ſeruus auſterũ dominũ ſuũ fugiens/ venit: vt ſalutare hic inueniret auxiliũ . Inconſulta igit/atq; importuna res fieret: ſi illũ relinquerẽ/& tecũ morarer/q iugiter ſalutis tue cõmodis vacare cõſueſti. quẽ ego magnopere precatus ſum: vt pro me dignaretur orare. Hoc enim michi ſpiritualẽ/illũ virũ eſſe certiſſime perſuaſit. Tunc ille iam letior: dextera ſua/in ſiniſtra me leniter vultus mei pte percuſſit/hoc dicẽs. multe te tribulationes manẽt: paſſus es multa/vt exires de ſolitudine. & interim hoc formidans: aliquantulũ facere diſtuliſti. pias autẽ tibi/& quaſi rationabiles occaſiones afferẽs demon: vẽplare te tẽtat. admonuit enĩ & circa patris deſideriũ/ & quẽadmodũ frater tuus /ſororq; cõuerti/ atq; in ſolitudine agere vitam ſuam deberent. Ecce/nunc tibi hoc ego renuncio: vtroſq; ſaluatos eſſe cognoſce. Renũciauerunt enim ambo ſecularibus rebus .: & pater inquit tuus/alios ſeptẽ victurus eſt annos. inſiſte igitur ac viue in deſertis/ vt cepiſti/locis: neue parẽtũ cauſa tuorum/ad patriã redire feſtines. Scriptum eſt enim: nemo mittens ſup aratrum manũ ſuã/& retro aſpiciens: aptus eſt regno celorũ . vehementer igitur atq; mor

daciter ex huiuſmodi verbis inſtruct⁹/ac doctus: gratias egi/deo. maxime poſtea
q̄ occaſiones/que me ſolitudinē relinquere cōpellebāt: iuxta votū meū/ impletas
eſſe cognoui. Rurſumq; michi hoc cū riſu placido/& iocis dixit. vis inquit epiſco Heraclides futur⁹ epiſcopus bithinie.
pus fieri? Ego autē me iam eſſe/reſpondi. Interrogabat vbi: dixi ego in coquinis/
menſis/tabernis/officinisq; figulorū: hec enim cuncta inquā diligenter inſpicio. &
ſi fuerit acidū vinū: a prandio meo illud excludo/quod autem fuerit bonū: bibo.
Similiter inſpicio & ollas coquorū/& ſi deeſſe ſales videro/ aut aliquod cōdimētī
genus: addo/meliuſq; cōditos cibos comedo. hic eſt epiſcopatus meus. voracitas
enim mea: talem me epiſcopum fecit. At michi hoc ille ſanctus ſubridens: remoue
inquit iocos. nā epiſcopus es futurus/plurimiſq; tribulationū habiturus es/ac la-
borum. Si igitur illa vis fugere: noli relinquere ſolitudines noſtras, nullus enim te
in deſertis degentem locis: epiſcopum faciet. deſcendens autem tunc ego/a memo
rato viro: regreſſus ſum ad deſerta/in quibus eſſe conſueuerā/venerandis illis pa-
tribus hec ipſa que illic cognoueram de ſpirituali/ diuinoq; referens homine: qui
poſt duos menſes ad eundē beatiſſimū/nauigando venerunt. ❡ Ego autē miſer-
rimus: dictorū eius immemor fui. Poſt triēnii igitur tēpus: valitudinē ex infirmita-
te ſtomachi/ac ſplenis incurri. & ex ſupradicto loco a fratribus alexandriam vſq;
tranſmiſſus/atq; illic hydropem medicans. ab alexandria quoq; profectus: ſuadē-
tibus medicis pero paleſtinā cauſa cōmodarū que eſſe ibidem putabātur/aurarū.
tenuiores enim aeres: magis egritudo mei corporis requirebat. de paleſtina autē
ad prouinciam bithiniam veni. In qua neſcio quomodo vtrū ſtudio hominū/an
volūtate diuina (hoc deus nouit) epiſcopus vltra meritū meū factus ſum. In quo
tempeſtatis illius que ſub ſancto Iohāne cōmota eſt/interfui malis: & per decem
menſes in obſcuriſſima cellula occultatus/ cepi illius ſancti dicta reminiſci. cū ea illic
que predixerat: ſuſtinerem. hec autē forte michi/tūc ille magnus athleta chriſti di
cebat: cupiens me ad ſuſtinēdā ſolitudinis vitā/huiuſmodi prenūciationibus pro-
uocare. nam quadraginta octo annos/in eadē cellula ſua ſe habitare dicebat: nul-
lius ſe vnq̄ femine vultū vidiſſe cōfirmās/ne ſororis quidē/neq; ſemetipſum eden
tem/aut bibentē ab altero viſum. ❡ Ad hūc vidēdū: & ancilla chriſti Poemenia pemenia
venerat. cui ille non viſe: quedam per aliū ſecreta mandauit/admonuitq; eā ne de
thebaidis regione proficiſcens/diuertere alexandriā vellet. Quod ſi eum nollet au
dire: in tentationē eā quandā/neceſſe eſſent incidere. Sed cū illa ſeu per negligētiā/
ſiue per obliuionē ſuā/ non ita vt iuſſerat ſanctus ille feciſſet/ alexādriam venit/vt
cerneret ſibi incognitam ciuitatē; dū ergo iter conficeret iuxta oppidum/cui nicius
nomen eſt: applicuerūt naues eius ad reſoluendū/longe nauigationis laborē. In-
greſſi igitur pueri ad terram: quadā proteruitate ducti/contra loci illius ruſticos/
quorū ſuperbiā/audaciāq; nullus fert: iurgia excitare ceperunt. Ex quibus multi-
tudo memorata/eunucho quidē vni/digitū abſcidit/ac reputit: & alium trucidauit
ſanctū autē dionyſiū quem vulgus eſſe epiſcopū neſciebat/prope merſit in fluuiū/
ipſam verō iniuriis/terroribuſq; confecit/ reliquis omnibus pueris vulneratis.

❡ De Poſſidonio. Ca. XXIII

E Poſſidonio thebeo/viro probatiſſimo/atq; patientiſſimo: incnarra POSSIDONIVS
d bilia quedam/& multa memorātur. Tam autē manſuetū virū/tā vere
monachum/tāq; nichil habētē in ſe malicie: nullū ego alterū vidi. nam

apud bethleem cū eo per annū integrū vixi. eo tempore cū ſederet in illa regione quā pemenion dicūt. & multo plures in eo ſcio me vidiſſe virtutes. inter quas hoc michi quondā & ipſe referebat: dicens. vno anno cū in eo loco/ qui porphyrites vocatur/habitarem: nullum hominū dum illic degererē vidi/ſermonē nullius audiui/nō attigi panē. ſed de paucis tantū dactylis vixi/& herbis agreſtibus: ſi quas inuenire potuiſſem. Interea aliquādo cū penit⁹ alimēta/quibus ſuſtētari poteram/defeciſſent: egreſſus ſum de ſpelūca mea/ vt vſq ad eas ptes/que ab hominibus inhabitātur/accederē. & per totā ambulans diē: vix habitaculū meum/duobus milibus abeſſe cognoui. Circūſpiciens igitur velut equitem quendam/videre me credidi/habentem militis ſpeciem/& caſſidem capite ſuo geſtātem: cui in thyare modū criſta ſurgebat. quem cum militē vere putarē: ad ſpeluncā redire properaui. Inueni autē illic reuerſus/continuo ciſtellam: que vuas & ficus recenter lectas habebat. quam ſtatim rapui: & ſic ſpeluncā meā letus intraui. Per duos autem mēſes cibus ipſe/maximo michi ſolatio fuit. ¶ Miraculum vero ſanctiſſimus Poſſidonius circa bethleem feciſſe memoratur huiuſmodi. Quedā mulier pregnans/ab ſpiritu immundo fatigabatur: & tempore partus ſui cum maxima difficultate pariebat. eam enim ſpiritus ille cruciabat. cum igitur mulier infelix ſic vexaretur a demone: maritus eiuſdem ad ſanctum Poſſidoniū decucurrit/rogans eum vt dignaretur venire atq orare pro ea. Ingreſſiſq nobis ad orationē ſimul/ cum ille ſtās cepiſſet orare/bis in terra tantum modo fixis genibus: impurū illum ſpiritum/ mox fugauit. Aſſurgens autem de ſolo: dicit hoc nobis/orate rogo. iam nūc enim dum ſpiritus ille expellitur: ſignū quoddam monſtrabitur nobis. Et vt ſatis fieret nobis poſt hec ipſius ſancti dicta: a fundamentis parietem veſtibuli demon abſcedēs / eruit totū/ atq deiecit. Per totum autem ſeptenniū ipſa muliercula/ſemper muta permāſerat. Poſtea vero q̄ a ſancto illo / qui eam a demone liberauit viſitata eſt: mox & peperit/& loqui promeruit. ¶ Huius viri etiam prenūciationem (quā propheciam vocant) aliquando cognoui. poſtea & Simonem admirabilem virum: quem interim ego notaſſe/ac noſſe me memini. hic michi beatiſſimus atq abſtinētiſſim⁹ Poſſidonius: etiam iſta referebat. quod a quadrageſimo etatis ſue anno: vſum panis in victu proprio non haberet. neq vſq ad medium diei ſpacium/iracundiam aduerſus vllū/tenuiſſet. hec ſunt miracula/atq ſigna fortiſſimi i chriſto Poſſidonii. que diuina gratia operatus: in his vitam famatam finire promeruit.

¶ De Serapione. Cap. XXIIII

SERAPION.

[A]Lius quidam Serapion nomine fuit/qui ſindonius cognomen acceperat: quia nulla alia veſte niſi ſola ſindone vtebatur. Quē nichil vnquā habuiſſe/vel poſſediſſe: ſatis notū omnibus fuit. propter quod & apathes id eſt impaſſibilis vocabatur: quia nullū patiebatur deſideriū poſſidendi. Peritiſſimus autē erat ſciētia litterarū/ſcripturaſq oēs tenaciter/ memoriterq recolebat. Qui ex nimia abſtinētia omniū rerū/& ex iugi diuinorū meditatione librorū: cellule vnius quiete/nō poterat eſſe cōtentus/ ſed per diuerſas mens ſemper ipſius trahebatur. toto igitur mūdi fine diſcurrēs: ad talis glorie virtutē aſcendit. huius enim habitus: id eſt volūtatis mens ei⁹ erat. vnde & volūtariū/affectionūq differētias nō ſubſtātias ſuas vocam⁹. ¶ Hoc aūt de eo patres ſancti aliquādo referebāt. quod per monachū aliquē colluſorē ſuū/in oppido quodā viginti ſolidorū pcio

Sindon/ ſindonis: linteū ſignificat.

paganis ſemetipſum diſtraxerit mimis. & quos ſignatos pro ſe acceperat ſolidos:
apud ſe ipſe ſeruauerit. tā diu ergo cū predictis qui eū emerāt mimis/in tali ſeruitu-
te permāſit: quamdiu & chriſtianos eos faceret/ & a ludis theatralibus ſepararet.
nullo autē alio ad victum ſuū/excepto pane & aqua vti ſolebat: neq̧ vnq̄ ſcriptu
ras ſanctas legere ceſſabat. Interea lōgi tēporis ſpacio/prior mime maritus/animo
ſtimulante cōpunctus eſt: tunc & ipſa eius cōiunx/ad poſtremū etiā domus tota.
dicebatur autem ꝙ anteq̄ aliquis eius cognoſceret vitā: pedes quoq̧ ipſis lauaret/
vt dominis. Poſtea vero q̄ ſpirituale lauachrum vterq̧ ſuſcepit: vterq̧ a theatrali
actu receſſit/cōuerſiq̧ ſunt ad caſtā pariter ac piā vitā. vehemēter memoratum ac
dulciter diligebāt virū: hoc dicētes ei. veni frater/iā te libertate donam⁹: eo quod
ipſe nos prior de turpi ſeruitio liberaſti. ad quos magnus ille Serapion reſpōdit.
Nūc vobis ego iam neceſſarius nō ſum. opus in vobis ſuū deus ꝑ me impleuit: &
vtriuſq̧ veſtrū anima ſaluata eſt. vnde ſecretū meū vobis/atq̧ hoc quod hacten⁹
celauerā: pādo. Ego inquit miſeratione veſtrarū adductus animarū/quas magno
errore implicitas videbam: cū eſſem liber monachus/ex egypto genus ducēs/pro-
pterea meipſum vendere volui/vt vos liberi a magnis peccatis eſſe poſſetis. Quia
igitur ad plenū per humilitatē meā/hoc fecit de⁹: gaudeo. Iccirco aurū quod pro
me dediſtis: accipite. vt alios quoq̧ quibus ſubuenire poſſim: reperiam. Qui cum
illum frequenter atq̧ inſtanter rogarent/vera aſſertione dicentes/ꝙ tanq̄ ſuarum
dominū animarum / patrem habituri eſſent eū/ ſi vna cum ipſis manere dignare-
tur ac viuere/ neq̧ tamen vllo modo ꝑſuadere hoc ei poſſent: tunc dicunt ad eū/
dabis ergo ipſe aurum illud pauperibus/ quod nos veluti arras quaſdam pro no
ſtra ſalute dediſſe cognouim⁹. & ait illis: date hoc vos/quia veſtrum eſt. ego eni:
alienas pecunias non dono pauperibus. dicūt ergo ei. ſaltem hoc te magnopere
deprecamur: vt vel poſt anni circulum nos requiras athenis. ¶ Hic itaq̧ ſanctiſ-
ſim⁹ famulus chriſti frequēter peregrinādo/ ad hellada peruenit: ac ꝑ triduū mora
tus athenis/a nullo panē quo veſceretur accepit. nam neq̧ pecuniā habebat/ nō
pellē ille/nō perā/non quicq̄ aliud ſecū preter ſindonem/qua fuerat amictus: fere
bat. Cū iā ergo vſq̧ ad quartā diē nichil penitus edēdo/veniſſet: eſurire vehemē
ter cepit. nichil eni eo ieiunio peius: quod extorquetur inuito. ex cui⁹ neceſſitate:
procedit ſepe ꝑfidia. Stetit ergo ſupra quēdā colliculū ciuitatis: vbi primates eiuſdē
oppidi cōciliū habere cōſueuerāt. & illic man⁹ etiā ſuas ꝑcutiēdo/ clamabat: vi ſe
maximā pati his ſermonib⁹ dicēs: athenienſes viri/ ſuccurrite. cōcurrētes autē oēs
ſimul: quoſcūq̧ palliis/quoſcūq̧ cernimus birris eſſe veſtitos: interrogāt eū q̄d ha
beret/vnde veniſſet/vel q̄d diceret ſe pati. tū ille reſpōdit: ab egyptiorū q̄dē gene-
re deſcēdo/cōuerſatione monach⁹. Ex quo tamē de patria mea/ que erat michi ve
ra diſceſſi: in triū feneratorū man⁹ incurri. ex q̄bus duos q̄dē/quocūq̧ modo de-
bitū ſoluēs/potui declinare/& ſic ea que ab ipſis obiiciebātur ei fugere: terti⁹ autē
adhuc ille me retinet/nec habeo vnde ei ſatis facere poſſim. Cūq̧ illi requirerēt ab
ipſo feneratores/q̄b⁹ ſe debitorē eſſe diceret: ſciſcitabant ab eo q̄ illi eſſent/vel vbi
degerēt/vel q̄s ille/ q̄ ei moleſt⁹ eſſet. quē ſi oſtēderet/ adiuturos ſe in oīb⁹ eū pol-
licētur. Tunc ille/ a principio inquit iuuētutis mee: hi tres michi ſemꝑ moleſti fue-
runt. Cupiditas pecunie/deſideriū voluptatū/& voracitas ventris/ex q̄bus rebus
duas hoc eſt pecunie/ac voluptatū cupiditatē euaſiſſe iā videor/ neq̧ michi vlte-

rius ſunt moleſte. tertiã vero (quã dixi voracitatem) ferre nõ poſſum. Nam cum
quarto die iam ex neceſſitate ieiunem: vrget me illa ſicut ſeueriſſimus fenerator/
exigens debitũ ſolitum ſemper/ac flagitans. & niſi reddidero: mortem minatur.
Tunc quidam philoſophorũ putãtes eũ/ cõpoſita quedã & ficta narrare: vnum
ſolidũ offerunt ei. Quo ille ſumpto & cuidã qui panes vẽdebat/dato/vnoꝙ tan-
tum ab eo pane ſuſcepto: mox ab eadẽ profectus eſt ciuitate/ neꝙ tamẽ vnq̃ po-
ſtea ad ipſam reuerſus eſt. Cognito autẽ eo philoſophi illi/omniꝙ rei veritate per
ſpecta/ magnũ neſcio quem virũ eſſe firmãtes: reddito vnius precio panis/ſolidũ
Demanicheis ab eo (quẽ ille ſuſceperat) receperũt. ¶ Cũ ergo veniſſet beatiſſimus ille circa lace
demonis loca: vnũ illic de prioribus ciuitatis/bonũ in ceteris rebus virũ/oẽſꝙ de
domo ipſius/manicheos eſſe cognouit. in hac rurſus/denuo iuxta exẽplũ ſuperꝰ
vendidit ſe: & intra duos annos/ tam ipſum domus dominũ ab execrabili ſecta/
q̃ coniugem eius / totamꝙ familiam abſtractos / eccleſie tradidit. quem illi iam
non quaſi famulum diligebant: ſed quaſi fratrem attẽdebant potius/ aut patrem/
verum benedicentes deum. ¶ Poſt paululum tempus/cum ab eis diſceſſiſſet hic
ſpiritualis adamas Serapion: cum multis aliis/& ipſe ingreſſus eſt nauem/reddito
precio prius quod acceperat a dominis/quaſi romam nauigaturꝰ. Naute vero ſu-
ſpicantes quod ſumptus haberet/& quod quaſdam ſecum/auri ſpecies attuliſſet:
ſuſceperunt eum/nichil ab eo penitus requirentes. nec ambigentes quod vnus ali-
quis ex ipſis: res eiuſdem quoꝙ vt ceterorum/in parte nauis cõſtituiſſet. Dum igi-
tur nauigarent/ & iam abeſſe quingentis ab alexandria ſtadiis viderẽtur: ceperũt
omnes qui cum ipſo ingreſſi fuerant: circa ſolis occaſum ſumere cibum/ quod &
naute ipſi iam fecerant. Cũꝙ eum primo die non viderent edentẽ: cauſam eſſe ali-
quam de nauigationis moleſtia crediderunt. at cum nec tertio quoꝙ/ nec quar-
to die cibum caperet: epulantes ipſi iam quinto die in ſumma illum quiete/perſe-
uerantem ſic alloquũtur. Cur inquiũt homo/hic ſolus ipſe non comedis: reſpõ-
dit: non habere ſe dicens. Quo audito viciſſim ſe naute interrogare ceperunt: quiſ-
nam res eius ac ſumptus ſuſcepiſſet in naui. Et cum nulli ab eo datum aliquid rep-
periſſent: obiurgabant eum/iſta dicentes. Quemadmodum aſcendiſti ſine ſumpti-
bus nauim: vnde mercedes daturus es nobis: vnde ipſe victurus est ait ille virorũ
patientiſſimus: ad me nichil pertinet/educite me atꝙ proiicite ad illum vbi me in-
ueniſtis locum. Naute indignantes dicebant: ora. etiã ſi centũ ſolidos dares: nũq̃
hoc libenter faceremus/cum ſit nauigii tanta proſperitas. qua propter propoſitũ
cepte nauigationis implemus. Ita igitur manſit in naui ſecurus/vt ei vſꝙ romam
naute omnes alimenta preberent. vbi ergo attigit romã athleta chriſti fortiſſimꝰ:
cepit requirere curioſius quiſnam illic magnus eſſe aliquis monachꝰ diceretur/vel
Cleomon. que virgo dei predicaretur a cunctis. cum interea Cleomoni cuidam fortiſſimo at-
ꝙ abſtinẽtiſſimo/ miraculiſꝙ famigerato factus eſt notus / cuiꝰ lectulus poſt ipſiꝰ
mortem/ſolebat curare languentes: viſo hoc/ab eodem & edificatus & doctus ad
perfectum. Ille enim vir eruditus atꝙ inſtructus ſcientia & bonis moribus erat. a
quo forte cum quereret: quis alter monachus vel quenam virgo deuota in vrbe
memorata degere diceretur. cognouit eſſe illic virginem quandam: que ſe ab om-
nibus ſeparata clauſiſſet intra cellulam ſuam/atꝙ illic quieſcẽs. nullũ hominũ vnq̃
videret. Querit mox ipſius domũ. quam cum inueniſſet: accedit ad vetulam quã

dam que in miniſterio memorate virginis erat/hoc ei dicens. vade/& nuncia vir-
gini: quia neceſſario eā videre deſidero. Illa vero reddidit reſpōſum dicēs: quod
ex multis annis neminem videt. dicit ei: vade nuncia ei. deus enim me ad collo-
quium ipſius miſit. Illa vero: nec ſic quidem voluit nunciare. Cum itaq; illic duos
vel tres dies obſeruaſſet/& tum demū ab ea ſuſceptus fuiſſet: ait eidē. Quid hic ſe-
des? illa reſpondit. non ſedeo/ſed ambulo. dicit ille: Quo ambulas? illa ad domi-
nū inquit. ait ille/viuis: an mortua es? illa reſpōdit/credo i deo meo eſſe me mor-
tuā ſeculo. nā carne q viuūt: ad dominū ire non poſſunt. ait ille: ſi igit̄ hoc ipſum
pſuadere vis michi: fac ipſa quod facio. Illa reſpondit ſi poſſibilia tātū iuſſeris: fa-
ciā. tūc ille reſpōdit: poſſibilia cūcta ſunt homini/huic ſeculo mortuo/preter ſolā
impietatē. deinde ait. egredere & procede. & illa reſpōdit. viceſimū & qntū ānū
ago/ex quo nūq̄ ex hoc loco egredior: quā ob cauſam ergo vis hodie procedā?
Ait ille Vah nōne tu dixiſti: quod ſeculo mortua ſis? vnde māifeſtū eſt: quod &
ſeculū tibi. quod ſi verū eſt/& mortuus nichil ſentit: vnū ergo eſt/ſiue nō proce-
das ſiue procedas. ergo progredere. hec audiens virgo: proceſſit. poſtq̄ autē pro-
ceſſit e cellula ſua/& ad quādā baſilicā venit: rurſus ille ſanctiſſim9/ illic ad eā loq-
tur. Si ergo vis ſuadere michi certiſſime/ quod mortua ſis/nec iā hominib9 places
viuas: fac & ipſa quod facio/& vere te mortuā ſeculo ſcio. Et ait virgo. Quid vis
amplius faciam? Exue te inquit veſtibus tuis: & omnes res quib9 vteris ita vt ego
ſuper humerum tuum pone/ & ſic trāſi per mediā ciuitatem/& eodem more/ me
nudum nec aliqua verecundia perturbatum ſequere precedentem. Ad hoc illa re-
ſpondit. Sed multorum animas/que me tam deformiter ambulare viderint: ledo/
et aut inſanam cuncti eſſe credent/aut demonem pati dicent. Ait ille. Et quid hoc
ad te: ſi aut demonioſa credaris aut voceris inſana. Tu enim apud illos qui hec lo-
quūtur (vt dicis) mortua es. mortuo autem nunq̄ cure eſt ſi quis ei vel detraxerit/
vel irriſerit. nichil enim horum poteſt ſentire. Tunc dixit ei virgo. obſecro te quic-
quid aliud vis in meo propoſito: iube/ & faciā. ad hāc enim vſq; vite mēſurā nō-
dum perueni. oro autem peruenire quandoq;. Tūc ille famulus chriſti dixit. vide
ergo ſoror: ne magnū iam aliquid eſſe te credas/& tanq̄ cūctis hominibus ſanctio-
rem/& te mortuā rebus ſecularibus glorieris. didiciſti enim quod viuis: & adhuc
hominibus places. Nā longe plus te mortuus ego ſum. qui per memet ipſum om-
nibus opere monſtro/verum eſſe quod dico: faciens hoc quod ipſa non potes fa-
cere. Nec pati me aliquid: nec in aliquo deformari puto. tunc igitur eā talibus ver-
bis in ſtudio humilitatis edoctam/& de quadam ſuperbie vel tumoris arce depoſi-
tam: reliquit abſcedens. Multa preterea ſunt magna/admirandaq; que fecit: ex q-
bus non ſentire ſe quod in mundo eſſet probauit. Sexageſimo autem anno finiuit
hanc vitam/& in deſertis ipſis ſepultus eſt locis.

¶ De Euagrio. Cap. XXV

EVAGRIVS

d E Euagrio diacono qui vbiq; memoratur viro/qui apoſtolorum mo-
ribus vixit: non eſt iuſtum tacere. ſed oportet nos ipſius facta monu-
mentis tradere litterarum/ ſine dubio legentibus cunctis/ & gloriā bo-
nitatis ſaluatoris noſtri agnoſcētibus/profutura. dignū igitur exiſtimo: vt a prin-
cipio vite eius incipiam/diligenter exponens quemadmodum ad propoſitum ta-
le peruenerit/q̄ congruo ſtupende ac predicabilis vite fine defecerit in ipſis ſolitu-

dinibus conſtitutus/quinquageſimũ etatis & quartum annum agens. de quo ſcri
ptura ſancta: quod dixit/ probauit. in parno tempore multos impleuit ãnos. ve
re enim placita erat domino anima eius. hic ergo genere ponticus fuit:ex oppido
quod hiberorum nominatur / filius preſ byteri/multarum eccleſiarum curam ge-
rentis/quos periodeutas vocant. Primũ factus eſt lector a ſancto Baſilio/ eccleſie
Baſilius — ceſarienſis epiſcopo/circa fines montis argei. Poſt mortem autem ſancti Baſilii: vi
Gregorius — dens eum ſpecialibus aptiſſimũ rebus/benedictus atq; venerandus Gregorius na-
nazanzen' — ʒanʒene epiſcopus ciuitatis/ille qui inſignis prouidẽtia/doctrinaq; preclarus nul-
la ſe humani generis paſſione leſum probauit: diaconum/ ſupradictum Euagriũ
fecit. Vnde cum ſanctus Gregorius ad maximum conuentum epiſcoporum vo-
Nectarius. — catus conſtantinopolim vſq; veniſſet: ſancto eum nectario epiſcopo tradidit/ac
reliquit/grandi ſcripturarum peritia hereticorum omniũ nenias deſtruẽtem. Cum
igitur vehemẽter impugnans peruerſarum vanitatem/erroremq; ſectarum/in vr-
be memorata floreret/ac maximo omniũ honore frueretur: prior quidem vt ipſe
referebat nobis. poſtremũ laqueis deſiderii muliebris implicitus/ex his tamen ipſe
continuo liberatus: amari ab eadem muliere quam amauerat cepit. Quequidem
cuiuſdam illuſtris & vnius de magnatibus viris coniunx erat. Euagrius igitur deũ
ante omnia metuens/tum autem & conſcientiam erubeſcens ſuam/atq; ante ocu-
los dedecoris execrandi magnitudinem ponens/& omniũ hereticorum ex alienis
malis gaudium atq; letitiam: intentiſſime deprecabatur deum/vt conatus tantos
ipſe qui ſolus poterat/impediret. Cũq; predicta ei mulier inſiſteret/neq; poſſet il-
le prior a voluptate rabiei ipſius ſeparari/eo quod multis irretitus iam eſſet ac va
riis eius officiis/ipſaq; inſiſtente paratum eſſet periculum: poſt paululum tempus
ſuſcepta a deo oratione quam fecerat/anteq̃ eius quo flagrare ceperat/ mali expe-
riretur incendium/viſio quedam ei oſtẽditur angelorum/habentium militum ſpe
ciem que ad prefecture officium pertineret. a quibus ad exitium ſuum miſſis: te-
neri ſe ſubito videbat/ferroq; per totum corpus ligatum in carcerem tradi. nec ab
aliquo tamen cauſam ob quam talibus penis ſuccumberet: audiebat. Ipſe autem
conſcientiam cogitans ſuam/cum intelligeret ac videret quod propter illa que no
rat/iſta pateretur/ putaretq; quod ad prefectum omnia maritus mulieris detuliſ-
ſet/ dumq; ſub tali metu ante fores iudicis intremiſcit/ qui quaſi aliam in manibus
habens cauſam/ & de ſimili crimine occupatos variis quoſdam tormentis confi-
cere videbatur: dum ergo fortiter timet/atq; vltra modum anhelare ſe ſentit/ ſu-
bito angelus ille qui tali eum viſione tremefecerat / in cuiuſdam amici ipſius con-
uertitur formam/ ac ſic eum quem cum quadraginta reis aliis videbat/alloquitur.
quid inquiens domine diacone ſic teneris? ille reſpondit. Quantum ad rem qui-
dem veram ſpectat/ ignoro: ſuſpicor tamen quod quidam ex prefecture officio
me incuſauerit/matrimonio me ſuo credẽs inſidiari. & vereor ne forte corruptus
pecuniis ipſius/iudex: ſupplicio me mortis addicat. Tũc ille ſi cõſiliũ inquit amici
tui accipis: nõ expedit tibi diutius in hac ciuitate verſari. ad hec dixit Euagrius. Si
me deus ex his liberauerit malis/& vlterius in conſtantinopolitana vrbe me vide
ris: ſcias tales me modo penas merito ſuſtinere/& maioribus his debere torqueri.
Tũc ille ait. Si hec vera ſunt/affero tibi euãgelium/in quo ſi iuraueris michi quod
ex hac ciuitate diſcedas/& anime tue de cetero curã geras: faciam te de neceſſitatis

huius periculo liberari. Exhibito itaq; euangelio/atq; in eodē ſacramento ipſi dato/quod preter vnam diem quo reculas ſuas deferret ad nauem/non eſſet cōſtantinopoli moraturus: cepit videre quod iuſiurandum quod eidem prebuerat profuiſſet/ & quod quaſi a queſtione illa iudiciorū / quod in preſenti nocte metuerat fuiſſet penitus abſolutus. Conſurgens ergo de ſomno/ſecum cogitabat hoc dicēs. Quāuis in ſomnis iurauerim: tamen iuraſſe me memini. Mox igitur ingreſſus cum reculis ſuis nauim: hieroſolymam nauigauit. Quo cū eſſet aduectus/atq; illic a ſancta Melania romana illa femina/ fuiſſet exceptꝰ : iterū cor ipſius vt Pharaonis aliquādo/demon obdurat. Et quāuis adhuc in ipſis doloribꝰ iuuenilis eui erat: quedam rurſus & illic alia tentatio ſenſus inuaſit. nulliq; quicq̄ tale ſignificans: cepit illic iterum veſtes ſibi ſepe mutare/& diſſerendo cum multis/glorie vane illicitamēta ſectari. ſed ille qui ſemper perditiones noſtras impedit deus: memoratum grauiſſimo febrium igne corripuit. Ex quo eum longa egritudine domuit: & per ſex menſiū ſpacia corpus eius attriuit/carneſq; conſumpſit/vnde habere proprii mali fomenta conſueuerat. Cum igitur plurimorum ars exquiſita medicorum/omnia quidem facere tentaret/neq; vllum tamen curationis genus quod ad ſalutē ei proficeret inueniret: hec ſancta Melania ad ipſum locuta eſt. multum inquit michi diſplicet/huius tue egritudinis lōgitudo: dic ergo michi que ſunt tui cordis arcana. Infirmitas enim iſta ſine voluntate/ac iudicio dei non eſt. Tunc ille omnem femine ſancte confeſſus eſt cauſam. Cui hoc illa reſpondit. promitte inquit michi ante conſpectum dei / quod ad propoſitum monachorum habitantium ſolitudinē reuertaris:& ego quāuis ipſa peccatis videar inuoluta/tamen precabor dominū/vt tibi viuendi tribuat commeatum. Cumq; hoc ſe facturum fuiſſet pollicitus: intra paucos dies recepit ſanitatem. Et de lectulo ſurgens: mox cepit de profectione quam ſpoponderat cogitare. Tunc benedicte ipſius Melanie ſtudio: veſte mutata inde deſcendit/ & ad egyptiacum nytrie proficiſcitur montem. In quo degens cum biennii tempus impleſſet: tertio anno ad interiores ſolicitudines pergit. vbi quattuordecim annos in iis locis / quas cellas nominā̄t vixit: vnam quotidie panis libram edens/vnumq; ſextarium aſſumens olei in menſibus tribus/ ille qui inter copias magnas/atq; delitias cum maxima ſemper voluptate viuebat. faciebat autem quotidie centum orationes: hoc tantum per ſingulos annos ſcribens / quod ex mercede opis ſui/poſſet ei ad emendationis vite alimenta ſufficere. ſimiliter etiam illam ſcribebat manu/quam oxyrincham vocant greci. Intra quindecim ergo annos ad perfectum mente purgatus/ diuinam gratiam meruit: ita vt haberet & notitiam & ſapientiam ſpiritualem/vt & bonorum ac malorum ſpirituum differentias noſſet. Scripſit iſte libros: quos his vocabulis nominauit vnum/epecta/ alterum nonaxon / tertium antiphyron: arteſq; monſtrauit quibus poſſent demones ſubiugari fortiter. huic ſpiritus fornicationis incubuit. nam ſicut nobis et ipſe referebat: per totam noctem hiemis tempore nudus ſtabat in puteo/ vt gelu quoq; carnes eius conſtringerentur. Aliquando iterum blaſphemie ſpecies eum cepit vrgere / & ad ſacrilega eundem contra deum verba compellere: ob quod quadraginta iugiter dies/ ſine tecto fuit vt ipſe dicebat / in tantum vt per corpus ipſius totum quedam papule illi/ quas ſepe in corporibus vidimus exirent. huic quodam die tres ſimul demones aſtiteruut in ſpecie clericorum /

Publice diſſertationes illicitamenta vane glorie: non immerito igitur ſophiſte illas vel maxime querunt.

defide cum eo tractare cupientes: ex quibus vnus arrianum/alter eunomianũ/ter
tius apollinarium ſe eſſe dicebat . Quos omnes ſapienter ac breuiter diſſerendo ſu
Signauit : perauit Idem iterum quadã die cum eccleſie claues periſſent : inuocato chriſti no
ſignũ cru= mine ſignauit illam hoſtii partẽ/vnde erat clauis/ & aperuit manu pulſans fores .
cis fecit hic ipſe tam vehementer expertus eſt demones: atq; ab his toties verberatus eſt vt
numerus eſſe non poſſit. Vni quidem diſcipulorum ſuorum omnia que ipſi poſt
decem & octo annos eſſent futura: ſingulatim res ipſas prophetando predixit. di
cebat autem ex quo inquit ad ſolitudines veni: non lactuce/non ſilueſtris oleris ci
bum ſumpſi/non viride attigi/non vuas/non poma/non carnes/non balneas vi
di. Ad poſtremũ ſexto decimo talis vite ſue anno/ in qua nichil quod coctum eſt
edebat/cum neceſſe eſſet corpori eiꝰ propter ſtomachi infirmitatem vt coctum ſu
meret cibum: panem quidem attigit nunq̃/olera tãtum & poſcam/ & lenticulam
per ſolum bienniũ guſtans. ita exiuit a ſeculo: vt tantum in eccleſia per ſanctã epi
phaniam cõmunicaret.Circa ipſum igitur vite ſue finem/referre cõſueuerat: quod
tertiũ agit anniũ/ex quo ſe carnali deſiderio intelligeret eſſe liberatum/ & hoc poſt
talem ipſius vitam/poſt ſudores tantos/poſt tantos labores/poſt illas tam iuges
Patrẽ: deũ orationes. nunciata eſt huic patris ſui mors quõdam/ atq; hoc ei qui nunciauerat
intelligit. dixit.Quid inquit blaſphemas o homo: immortalem ego patrẽ meũ noui.

De Piore. Cap.XXVI

PIOR P Ior quidam egyptius iuuenis/cum huic mundo renunciaſſet/ egreſſus
e paterna domo/tanti animi circa religionem fuit: vt ſtatueret ante cõ
ſpectum dei/ne vllum iam ſuorum vnq̃ videret. Poſt quadraginta igi
tur annos/ ſoror ipſius ſenio admodum grauis/cum fratrem ſuum viuere compe
riſſet: amentium modo cepit ardere/donec ad conſpectum ipſius veniret.Cũq; ad
vaſtiſſima illa non poſſet accedere : ab epiſcopo loci illius petit/vt ad ſanctos ſcri
beret patres/qui in ſolitudinibus ex more degebant/vt videndum ſorori trãſmit
terent fratrem.Quiq; vi maxima patrum venire compulſus: cum alio quodam iti
neris ſui ſocio/ad ſororis proprie domũ venit : vbi ſe veniſſe ſignificauit/ hoc di
cens : Pior inquit frater tuus venit / & pro foribus aſſiſtit . datoq; ianue ſono /
putans q̃ anus ipſa in occurſum fratris exiret: clauſis ad eam oculis proclamauit/
nomine ſuo illam vocans/& dicens. Ego ſum Pior frater tuus/ego ſum inquam/
quantum volueris aſpectu meo fruere . Cũq; illi ſatis feciſſe propriis ſenſibus cre
didiſſet: proiecit ſe in orationem/& cum penitus ei vt ſurgeret ſoror eius perſua
dere non poſſet/benedicens gloriam dei ingreſſa eſt ad habitaculum ſuũ . Ille ve
ro oratione in limine domus facta : ad ſolitudinũ ſecreta remeauit . hoc autẽ ipſiꝰ
miraculum fertur. quod cum in eo vbi degebat loco feciſſet ſibi puteum/ & aquã
illic amariſſimam reperiſſet: ibidem vſq; ad finem vltimũ vixit/contentus inuen
te amaritudinibꝰ aque/vt patientiam cunctis proprie virtutis oſtenderet. multi ta
men poſtea monachi/poſt illius mortẽ degere in cella ipſius ptinaci voluptate cu
pientes: ne vno quidem anno illic habitare potuerunt. habet enim ipſe locus : &
timorem maximũ ſemper/& ſolatium nullum.

De Moyſe libico. Cap.XXVII

MOySES m Oyſes quidam de libia oriundis fuit/ vir manſuetudinis ſumme/ & dile
ctionis immenſe: q celeſti gratia egros curare promeruit . hic retulit michi

quod cum adhuc iuuenis in monaſterio ſuo eſſet/ ac puteum maxime capacitati
effoderet/viginti in lato habētem pedes: cum in tanto profundo nullum aque ſi-
gnum videret/preſertim cum tam intra ipſum nulla indicia/in quibus eſſe aliquid
humoris putabatur apparerent/ ducētos pene alios effodiſſent penes/ ac nec tūc
quidem humorem aliquem inuenire potuerunt. Triſtes inquit admodum facti: a
tam inutili opere cogitabam⁹ abſcedere. Ecce autem ſubito ſanctus Pior de vlti-
mis ſolitudinum locis: in maximo ardore eſtus/hora ſexta diei admodum ex pel-
le velatus aſtitit nobis / & his poſtremo locutus eſt verbis. Quid homines par-
ue fidei anguſtiamini / & deſperare voluiſtis: ab heſterne enim diei ſpacio vſq
nunc/triſtitia abſorbemini. deſcendens ergo in profundum/per eas quas illi fece-
rant ſcalas/oratione illic cum omnibus facta: ter ferro quod in manu ceperat/ſo-
lum putei percuſſit / hoc dicens. Deus ſacrorum patriarcharum te inquit preca-
mur domine ac petimus: ne ſine cauſa impenſi ſint tanti fratrum labores/ſed pre-
ſta ipſis vſum eius/ quam deſiderant aque. Continuo ebullientes de viſceribus ſo-
li latices: perfuderunt precantes. Cunq rurſus oraſſet: cepit ad propria velle re-
meare/qui cum ad ſumendum cibum ab illis retineretur: hoc illis locutus eſt. Pro-
pter quod ſum inquit miſſus: hoc factum eſt. nam vt cibum caperem: nemo me
miſit.

¶ De Effren diacono. Cap. XXVIII

E Effren diacono ediſſene eccleſie: multa te audiſſe nō dubito. dignus EFFREN
d enim fuit: qui eſſet in ore ſanctorum. Qui cum ita vt oportebat/iter vie
ſpiritualis impleſſet/neq vnq̄ a recto tramite deuiaſſet: meruit per gra
tiam dei naturalium habere noticiam rerum. cui benedictio diuina ſucceſſit: atq il
la que exinde naſcitur beatitudo. Semper igitur vitam quietam agens/atq omnes
qui ad videndum eundem veniebant per annos plurimos docens: ad poſtremū
de cella ſua/ talis rei neceſſitate proceſſit. cum fames admodum grauis in ediſſena
ciuitate ſeuiret: miſeratus ille pereuntem multitudinem ruſticam/ acceſſit ad diui-
tes hoc eis dicens. Quare nullā vos inquit humane nature/ſic ante oculos veſtros
deficientis miſericordia mouet: ſed putrefacta intrinſecus ad condemnationem ve
ſtrarum ſeruatis animarum: Tunc illi non habemus inquiunt/quibus pecuniam/
egentibus diuidendam ad comparationem ciborum/credere debeamus. omnes
enim negociari pro ſuis commodis volunt. At ille iſta dicentibus: qualis inquit
vobis videor: habebat autem magnam apud omnes homines ipſe vir famā. Qui
tunc ei non falſa dicentes: iſta reſpondent. Scimus te inquiunt hominem dei eſſe.
ait ille. credite ergo michi pecunias veſtras. etiam nūc propter vos/ego ordino me
ipſum ſuſcepturus miniſterium peregrinorum atq miſerorum. Accepta igitur pe
cunia: intercluſit certis parietibus porticus ciuitatis/& trecētos in ipſis lectulos po
ſuit. in quibus fame pereuntes reficiebat: morientes quidem ſepeliens. eos autem
quibus adhuc ſpes aliqua vite erat: in ipſis eorum laboribus/curās. omnib⁹ peri- Curans/vi
tibus fame qui illuc vndecūq confluxerant: cotidianū miniſterium ſuū ad neceſſa gilans/in-
riam ſolicitudinem prebens/ex iis que ad eum ſinguli quiq diuites deferebant. Im tendens.
pleto autem memorato anno/poſtq̄ copie frugum grandes fuerunt/ſingulis qui-
buſq ad domicilia propria regreſſis: cum/ quibus vel circa quos faceret non habe
ret/confeſtim ad ſuam reuertitur cellulā/in qua obiit poſt ſpacium menſis vnius.

huiuſmodi autem occaſionem circa finē illius: ad exemplum Stephani/pietas diui na preſtiterat. Multa vero reliquit: que ipſe conſcripſit. ex quibus plura: magna laude celebrantur. Neceſſarium autē valde & hoc puto: vt mulieribus quoq; (ſi cut prefati ſumus) viriles mores habentibus/atq; honeſtos/ad memoriam ſempi ternam/libelli noſtri paginam prebeamus. quibus deus noſter: non inferiora ſe xu virili certamina donauit/& premia. vt demeret aliis negligentibus omnē excu ſationis occaſionē. que quia ſexus inferioris videntur: non poſſe ſe dicunt ad con ſumandam virtutis gloriam peruenire.

¶ De Paula matre Euſtochii. Cap.XXIX

PAVLA m Vltas igitur feminas vidi/plurimaſq; tā viduas q̄ virgines noui/ inter quas Paulam nomine/vrbicam quādam/ Euſtochii matrē/ mulierem prudētem/ ac ſpiritualē. cuius filia Euſtochiū nomine/apud bethleem

Vrbicā/ab vrbe: ro manam

vſq; ad preſens tempus in monaſterio ſuo degit. quā (ipſe quidem neſcio) audiui

Euſtochiū

tamē a plurib⁹ eā eſſe caſtiſſimā/habentē qnquaginta virgines ſecū. ¶ Noui etiā

Veneria

Veneriā nomine/quandā comitis Vallacini relictā: que diuiſit bene/atq; diſperſit

Theodora

on⁹ cameli/ſeq; vulnerib⁹/que ſolēt fieri ex nimio opū pōdere/liberauit. ¶ Theo dorā quoq; tribuni alicuius cōiugē quādā/adeo nichil de ſibi propriis bonis reli quiſſe cognoui: vt āte mortē ſuā / aliorū ei miſericordia ſtipē ad alimēta preberet. defecerat autem in monaſterio quod eſcyca vocabulo nominatur/proximo mari:

Adolia.

femina iuſte ſemp ac p omnia probabilis vite. cuius ſororē etiā Adoliā nouerā. Que & ſi nō potuit germane meritis cōparari: dignā tamē pro modo virtutis pro

Baſſianilla

prie famā habuiſſe fetur/& vitā. Baſſianillā quoq; nomine feminā vidi/magiſtro quōdā militū candidiano relictā: prōpta mēte & moribus ſanctis vſq; ad preſens quoq; tēpus/vehemēter inſtitutione monachice vite/ac labore ſudātē. Eſt & alia

photina.

Photine nomine/preſbyteri Theoctiſti filia: virgoq; valde honeſta & ſancta. An

Sabiniana

tiochie quoq; Sabinianā nomine diaconiſſam/ honeſtiſſimā vidi: que cū ipſo col

Aſella.

loqui putabatur deo/queq; amita beati Iohannis epiſcopi fuit. Rome etiā Aſellā nomine/bonā valde chriſti virginē: noui in monaſterio ſenuiſſe/feminā mitē/at

Beat⁹ Ioā nes epiſco pus: ille eſt Chryſoſto mus.

q; manſuetā/multorūq; curā illic gerentē. vbi viros etiā cum cōiugibus ſuis vidi monachorū eō tēpore/vitas & inſtituta diſcētes. Aduitā aliquā deo dignā cum Aprentiano quodā ipſi⁹ viro/& filia eorū Eunomia vidi: adeo placentes deo/ vt

Aduita. Eunomia.

trāſferri ad celeſtē vitā/ ante cōſpectū ipſius mererētur. Et ipſi enim iā vltimo fine nature nūc in chriſto quieſcūt: qui peccatorū quidē omniū nexibus abſoluti ſunt. diuinarum autem rerum peritiā/atq; notitiā: ſemper habuerunt.

¶ De Iuliano. Cap.XXX

IVLIA NVS.

d E Iulano quodam in ediſſene prouincie partib⁹ ſito viro (qui vere mo nach⁹ dicebatur) audiui: quod vſq; adeo omnes corporis ſui carnes ad nichilū redegiſſet: vt pellē in ſe ſolam/& oſſa mōſtraret. ob quod ipſe mercedem a deo/curationū gratiam: in vltimo vite ſue fine promeruit. Aliū quo

Adolius.

q; vidi apud hieroſolymā Adolium nomine/ ducētem ex tarſo oppido gen⁹: qui cū veniſſet illuc/a nullo pene detritā/ingreſſus eſt viā. Quiq; nō tale quale nos plu rimi/iter tenuit: ſed nouū ſibi quoddā/& vltra hoies propoſitū cōuerſatiōis iue nit. in tātū: vt demones quoq; cōtremiſcerēt auſteritatē ei⁹/ac fugerēt ab īgēti ei⁹ abſtinētia/cōtinuationeq; magnarū vigiliarū. vt prope id quod dicūt phātaſma

hoc eſt non res vera: ſed imago eſſe aliqua/ putaretur. Per quadrageſimā quidem
quinto quoqꝫ die edebat. reliquo vero anni tēpore/poſt biduū ſemp cibū capere
cōſueuerat. hoc autē in eo magnū: quod a veſptinis horis vſqꝫ ad tēpus matuti-
norū/quo rurſus ceteri fratres ad oratoriū colligūtur/ ille in mōte oliueti ſtās ī eo
loco vnde ſaluator aſſumptꝰ eſt/pſallēdo & orādo pnoctare cōſueuerat / & ſiue
ſub nimbis/ſiue ſub pluuiis/ſeu pruinis/imobilis pmanebat. Qui poſteaq̃ hoc mo
do ſolitū tēpus impleſſet: ſigno mallei quo fratres ceteros excitabat pcutiēs/fores
omniū cellularū/ad propria oratoria deducebat. In quibus cū vnoquoqꝫ eorum
vnū vel alterū in antiphona pſalmū canēs/ totidēqꝫ cū ſingulis preces fundēs: ſic
ante lucē adhuc reuertebatur ad cellā ſuā. Quē fratres (vere enim ſub deo loquar)
ſpoliatū veſtibus ſuis ſepius aquā diſtillātibꝰ: aliis induebāt/ donec ille ſiccarētur. Tarſenſis:
Sic ergo pauliſper ſomno refectus vſqꝫ ad horā tertiā: iterū pſalmos canēs/venire de ciuitate
ad alterius diei veſperā nitebatur. hec adolii tarſenſis virtus fuit. Quiqꝫ hieroſoly beatiſſimi
mā cōſumatis patiētie moribus/vixit: & vltimo ibidem fine defecit. pauli apo-
ſtoli

De Innocentio. Cap. XXXI

E beatiſſimo Innocētio/q in ea que eſt ad oliuā eccleſiā preſbyter fuit: INNO-
d a multis quidē & magnis audiſti/nichilominꝰ tamē etiā a nobis/qui cū CENTI-
eo annis tribus viximus pauca cognoſces. nā quicqd aliorū oculos la- VS.
tuit: nobis nō potuit occultari. hic ergo ſimpliciſſimꝰ omniū fuit. q cū ſub impa-
tore Cōſtātio/in principiis eiꝰ imperii in magnorū virorū ordine militaſſet/quiqꝫ Cōſtātius
cū vſqꝫ ad illud tēpus cū propria vxore vixiſſet/habuiſſetqꝫ filiū nomine Paulum imperator
domeſticū/militātē: ad poſtremū renūciauit ſecularibus rebus. Maledixit autē pro
prio filio pater: eo quod preſbyteri alicuiꝰ filiā corrupiſſet/depcatuſqꝫ eſt dominū
dicēs. da illi domine ſpiritū talē: vt nullū vnq̃ ad peccādū in carne ſua/ tēpus inue
niat. rectius fore credēs: ſi cū atrocitate demonis / q̃ cū corporee voluptatis impu
ritate certaret. quod quidē ita vt dixit: factū eſt. nā & vſqꝫ in preſentē diē Paulus
ipſe ferreis catenis vinctus: in eo qui eſt oliueti mōte cōſiſtit/& ab imundo ſpiritu
pro criminis ſui correptione cruciatur. hic ipſe Innocētius q̃ miſericors fuerit/ſive
raciter referre voluero: delirare me in quibuſdam forſitan/pro eius ſimplicitate qs
iudicabit. nam frequenter eum ſurripuiſſe ſuis fratribus cibos/& egentibus dediſ-
ſe cognoui. In immenſum enim modum ſimplex erat: neqꝫ quicquā mali cor ipſiꝰ
norat. Vnde diuinā quoqꝫ hic gratiam cōtra demones meruit. Ad quem cum
aliquando vidētibus nobis/iuuenis quidam fuiſſet exhibitus/quē ſpiritus immun
dus impleuerat/& omnibus totum ſoluerat membris. In tantum: vt ego videns
eum eminus talem/neqꝫ ābigens non poſſe curari/matrem eius qui videbatur ex-
hibitus/alioſqꝫ qui eum deduxerāt: propelli iuberem. Euenit autem inter hec/vt
ſuperueniret ſenex: ac ſtantem & cum lamentatione deflentem/ propter tā inenar-
rabilem filii morbum matrem videret. victus ergo continuo/vir ille venerabilis la-
chrymis eius: ex affectu ſancti cordis ingemuit/ iuuenemqꝫ apprehendit manu/&
intra oratorium ſuū/quod ipſe conſtruxerat/ & in quo reliquias ſancti Iohannis
baptiſte collocauerat duxit/ atqꝫ illic orationē pro eo faciēs a tertia nonā vſqꝫ ho
rā diei/incolumē eū ipſo die reddidit/ purgatū demone/ atqꝫ cōſtrictū oībus mē
bris. q̃ vſqꝫ adeo fuerāt diſſoluta: vt quoties infelix puer voluiſſet expuere/i tergū
ſputa iactaret/ita eū diſtorſerat demon. Anicula quedā adiit memoratū virū:

querẽs omnẽ quá ſe pdidiſſe deflebat. dicebat ergo ei: oſtẽde michi ipſum/in quo
perdidiſti locũ. quẽ mulier cũ ad illa quibus laʒarion nomẽ eſt deduxiſſet loca: ſte
tit illic/& inſtãter orauit. iuuenes autẽ q furati ouẽ fuerãt: iã etiã occiderãt eã. dũ
igitur precẽ fundit/nullo penitus cõfitẽte/carnibus autẽ ipſius pecoris intra vineã
que adiacebat abſtruſis: ſubito ſupra ipſas volitans coruus ſtetit/ ptẽq; inde aufe
rẽs carnis/rurſus abſceſſit. quo viſo: ille venerabilis ſenex/furtũ quod celabat̃ inue
nit. a quib⁹ poſtea preciũ/ quod iuſtũ videbatur exactũ eſt: & mulieri reſtitutum.

De Philoromo preſbytero. Cap.XXXII

PHILO-ROMVS. PHiloromũ nomine preſbyterũ quẽdã / in galacie regione cognoui: cũ
quo multo etiã tẽpore fui. quẽ virũ patiẽtiſſime fuiſſe virtutis: ac pfectũ
per omnia monachũ cõprobaui. q ex ancilla quidẽ matre: ab ingenuo
tamẽ patre fuerat procreat⁹. tãte autẽ cõuerſationis & libertatis/ que ad chriſtũ p-
tinet fuit: vt etiã illi q nobilitate generis inſuperabiles videbãtur erubeſcerẽt/ac ſtu
Iulianus infelix/ apoſtata. peterẽt mores ei⁹/atq; virtutes. hic eo tẽpore quo Iulianus infelix/tenebat imperiũ:
ſecularibus renũciauit rebus/magnaq; idẽ interrogat⁹ ab eo/cũ auctoritate reſpõ
dit. quẽ tũc ille (caluicie eidẽ prius facta) iuſſit a pueris verberari. qui ſuppliciũ pla
garum patiẽtiſſime ferẽs: maximas ei gratias egit/ſicut poſtea nobis/& ipſe referre
bat. Huic tamẽ iter principia cũ fornicatione/ac vẽtris voracitate/grauiſſima fuit
pugna. quos ille animi & corporis morbos ita ſupauit: velut ſi qs immẽſum incẽ
diũ validiſſimis aquis extinguat. in quadã enim ſe cellula clauſum: ferro ſemp one
rauit/nõ panẽ factũ ex tritico edere voluit/nullũ coctũ ignibus cibũ ſumpſit. ac tũ
demũ in decem & octo ãnis / memoratis paſſionibus domitis: dignũ tali victoria
hymnũ deo cecinit/dicẽs. Exaltabo te domine: quoniã ſuſcepiſti me/ nec delectaſ
ti inimicos meos ſup me. Cui frequẽs ſemp & varius cũ ſpiritibus impuris p qua
draginta ãnos/patiẽtiſſime intra vnius monaſterii clauſtra degẽti: conflictus fuit:

¶ Hoc quoq; nobis ſolebat idẽ referre: quod p triginta ac duos ãnos/ ex nullo
pomorũ genere guſtaſſet. Cũ autẽ metus illũ mortis aliquãdo vexaret/ p ſex ãnos
clauſiſſe ſe intra memoriã mortuorũ. vt demonẽ quẽ ex formidine ſepulture terri
Baſilius bilẽ ſentiebat: in ſepulchris habitãdo ſuparet. libẽter hũc ſanct⁹ Baſilius epiſcop⁹
habuit: diſtrictos in eo mores ſemp ac ſimplices/intẽtioneq; ad dominũ / diligẽs.
Qui vſq; ad pſentes dies/nõ deſinit libros propria manu ſcribere: etiã cũ octogita
annos agat. dicebat: hoc etiã ipſe beatiſſim⁹/quod ex quo accepiſſet lauacrũ rege
nerationis/atq; myſterii gratiã ſpiritualis: vſq; in pſentẽ diẽ/ ſine cauſa ſe alteri⁹ pa
ne vſũ fuiſſe neſciret. ſed quod ex laboribus propriis/ ſicuti pſuadere ante deũ no
bis ſolebat: ducẽtos ſolidos / qnquagita elephãtioſo laborãtib⁹ morbo dediſſet/
memoratãq; pecuniã nõ ex cuiuſq̃ alteri⁹ vel leui dãno/ſed ex manuũ ſuarũ opib⁹
preſtitiſſe. Qui pedeſtre iter oẽ cõficiẽs/romã vſq; puenit. atq; i eccleſia ſãcti Petri/
Pauliq;/orationibus factis/rurſus ad alexãdriã pedeſter remeauit. Vbi iterũ precẽ
fudit in baſilica martyris Marci. hieroſolyme etiã ſecũdo fuit/pro honore ſancto
rũ locorũ: propriiſq; ſemp ſumptib⁹/ac pedibus martyres ſanctos in omnib⁹ ſuf
ficiẽter honorauit. Qui & hoc ad noſtrã edificationẽ ſepe dicebat: nõ ſe meminiſſe
quod vnq̃ ſenſibus ſuis/a deo fuerit ſeparat⁹. Hec ſunt beatiſſimi Philoromi cer
tamina quibus inuictus apparuit: & hec ſanctorum patrum immarceſſibilis ei glo
rie corona/ donata.

¶ De Melania. Cap.XXXIII

Ancta illa/& multū beata Melania/ de hiſpano vel vrbico genere de- MELA-
ſcēdēs: filia qdē Marcellini cuiuſdā excōſulis fuit/ vxor autē cuiuſdam NIA
honorabilis viri/cuius nomē meminiſſe nō poſſum. Que viceſimo ac
ſecundo etatis ſue āno/ad viduitatē redacta: diuinitatis amore/ eterno ſponſo me-
ruit copulari/vſqꝫ in finē vite ſue diligēs eū. Que nulli ſecreta animi ſui ꝓdēs (pro-
hibebaṫ eni inter principia Valētis iperii: procuratore āte filio ſuo cōſtituto) ea q̄
habere i mobilibꝰ videbatur/cū certis pueris ac puellis in nauē miſit. Itaqꝫ feſtinās:
alexādriā nauigauit. Ex qua (poſteaq̄ illic oīa vēdidit/ & in pecunias totū atqꝫ in
aurū redegit) nytrie attigit mōtē. atqꝫ ibidē venerabiles patres vidit Pambo bea-
tiſſimū/Arſiſiū famulū chriſti/Serapionēqꝫ maiorē Scythēſem/ Paphnutiū/ & Iſi-
dorū cōfeſſorē atqꝫ epiſcopū illiꝰ ciuitatis que vocaṫ Hermopolis/& ſanctū Dio-
ſcorū. Apud quos in deſertis locis ſex mēſibus tātū cōmorata: oēs q illic erāt ſan-
ctos viros peragrauit/ac vidit. Poſt hec autē cū alexādrie prefectus auguſtalis Iſi-
dorū/& Pithimū/Adelphiū/Paphnutiū/Pambo / inter quos etiā & quēdā ſenē
Ammoniū vnā habentē auriculā/& duodecim epiſcopos/preſbyteroſqꝫ/& alios
quoſdā vſqꝫ ad cētū duodeci numero circa paleſtinā & dioceſareā dānaſſet exilio:
iſtos hec beatiſſima oēs ſecuta eſt/ & propriis facultatibꝰ eis miniſteriū ſuū ꝓbuit.
Cūqꝫ ab illis q i memoratorū cuſtodia erāt/prohiberetur hęc facere(ſicut michi &
ipſi ſepe referebāt: nā & ego ſanctū Pithimū/& Iſidorū/& Paphnutiū vidi)bene-
dicta tūc illa/ſumpta veſte puerili/circa veſptinas horas/oia eis vite neceſſaria de-
ferebat. quo cognito paleſtine prouincie cōſularis: credēs quod ſinꝰ ſuos poſſet/
fumo quodā atqꝫ terrore ex pecunia eius iplere: iuſſit eā(ignota eni ipſis erat) cor-
ripi atqꝫ in carcerē trudi. Ex quo loco tūc ei ꝑ internūcios quoſdā ſancta illa māda-
uit. Ego inqt illiꝰ filia/& illius cōiūx fui: ancilla vero nūc chriſti ſum. ne ergo me
ob vilitatē preſentis habitus cōtēnendā putaueris: qa facile extollere ſi velim ipſa
me poſſum. Nec terrere igiṫ me in aliquo vales: neqꝫ quicq̄ michi de meis rebꝰ au-
ferre. atqꝫ ideo ne fortaſſis ignorās piculū aliquod/aut crimen incurras: iccirco iſta
tibi mādaui. quaſi que diceret / interdū eni neceſſe eſt aduerſus iprudētes hec agi:
et veluti accipitre/vel cane/ cōtra eos arrogātia vti. q̄ cōgruo tēpore/ ſupbos cō-
prehēſura imitaṫ. Talibus ergo verbis mox ipſe territus iudex: excuſauit eidē factū
ſuū/& ita eā vt meruerat honorauit. & iuſſit vt ad illos viros: quoties vellet/ac-
cederet. Hec autē reuocatis ab exilio memoratis viris: monaſteriū apud hieroſoly-
mā ſibi fecit: in quo viginti & ſeptē ānorū tēpus ipleuit/qnquaginta ſecū ſorores
virgines habēs. Erat etiā cū ea Rufinus qdā noie/ciuis italus ex aqleienſi oppido/ Rufinus.
vir nobiliū/& in propoſito ſingulari ſatis fortiū morū. Qui & ad preſbyteratum
poſtea meruit ꝑuenire. quo nullꝰ māſuetior/fortior/& placidior tāqꝫ oia ſciēs: in
ſexu virili potuit inueniri. Iſti igiṫ in viginti & ſeptē annis oēs apud hieroſolymā
ſanctos atqꝫ ꝑegrinos epiſcopos/monachos/ virgineſqꝫ(hoc eni vouerāt deo)ſu-
ſcipere propriis ſumptibꝰ ac fauore/cōſueuerāt/oēſqꝫ ad ſe veniētes meliores tan-
tarū ac taliū rerū cōtēplatione fecerūt. illos etiā quadringētos numero monachos
q propter Paulinū ſe ab eccleſia ſeparabāt: ſancte rurſus eccleſie reddiderūt. oēſqꝫ
etiā preter hos/ꝑuerſe ſecte homines/ & cōtra ſpiritū ſanctū ſacrilego ore certātes
ad eccleſiā noſtrā vera ſuadēdo ac iugiter cūctos docēdo reuocauerūt/honorātes

quidẽ ac ſepe paſcẽtes eiuſdẽ loci clericos. Et hec pariter faciẽtes: vitã ſuã pio ſtudio finierunt/ nulli quidẽ ex ſe vel leuem dantes ſcandali ſuſpitionem: totum vero orbem terrarum ſpirituali edificatione pleniſſimũ relinquentes.

¶ De Chromo. Cap. XXXIIII

CHROMVS.

Hromus quidã noĩe/ oriũdus ex vico cui pheniſis vocabulum eſt/ qꝫ deſertis eſt proximꝰ locis qndecim milibus paſſuũ: dextro pede numerãs a proprio vico vſqꝫ ad certũ deſertorũ emenſus eſt finẽ. Vbi facta oratiõe: puteum effodit ſibi/ in quo optime aque repperit venã/ ſeptẽ tãtũmodo (quas orgias vocãt) ad putei ima deſcẽdẽs. Circa quẽ & cellulã ſibi paruulã fecit. Ex quo die in eadẽ manſione ſe cõſtituit: ſummis deũ precibꝰ orauit/ ne ad ea que ab hominibus habitãtur loca vlterius accederet. Poſt paucos autẽ annos: meruit preſbyter fieri. habuitqꝫ ſecũ collectos ex diuerſis fratribus/ vſqꝫ ad ducẽtos numero viros. Magnã vero hãc ipſius dicunt fuiſſe virtutẽ: quod per ſexaginta annos altari ſeruiẽs dei/ ac fungens officio ſacerdotis/ nunꝗ̃ de ſolitudinibus egreſſus eſt nec niſi proprio opere ac ſudore queſitum/ attigit panem.

¶ De Iacob. Cap. XXXV

IACOB.

Acob etiã noĩe: aliqs qui Clodus nomẽ acceperat/ ex vicinis eidẽ cõiunctus eſt locis/ vnaqꝫ ãbobus vita pfecta in monaſterio erat. vtroſqꝫ autẽ benedictꝰ Antoniꝰ norat. Quodã igiť die/ cũ ſanctꝰ quoqꝫ Paphnutius quẽ cephalã cognominabãt/ vna cũ ipſis degeret: vir magnã/ dei dono ſciẽtiã ſcripturarũ habẽs/ ꝗ tã vetus teſtamẽtũ oẽ/ ꝗ̃ nouũ interpͥtari ſolebat/ cũ tamẽ ipſe nichil de ſcripturis ſanctis aliquãdo legiſſet. adeo autẽ erat mitis & placidꝰ: vt propheticã quoqꝫ poſſet mãſuetudine vite ſuperare virtutẽ. de quo tale referť preconiũ: quod ꝑ octoginta ãnos nũꝗ̃ habuerit duas ſimul tunicas. hos igiť cũ ego/ & ſancti diacones Euagriꝰ/ & Albinꝰ vidiſſemꝰ ſimul: querebamꝰ ex ipſis/ ſcire cupiẽtes ꝗ̃ eſſet cauſa que nõnullos fratres errare faceret/ interdũ & peccatũ aliquod icurrere aut penitꝰ a recti itineris propoſito deuiare. Acciderat eni illis ipſis diebꝰ vt Cheremon noĩe monachꝰ/ reſidẽs in cathedra ſua repẽte moreref: defunctũqꝫ in ea ipſũ atqꝫ in manibꝰ opus quod faciebat tenẽtẽ/ ſubito alii fratres viderẽt. Euenerat etiã vt vnꝰ ex fratribꝰ dũ puteũ conať effodere: terre molis aggere obrutꝰ interiret. vtqꝫ alter quoqꝫ de ſcytenſibꝰ locis veniẽs: in ipſo itinere cũ ſiti nõ poſſet ferre/ deficeret. Inter quos eo ipſo tẽpore: & Stephanꝰ qdã relicto monaſterio fratrũ/ libidinis cauſa ad ſecularẽ deſcẽderat vitã. et de Eocapio/ & de Herone alexãdrino/ & de paleſtino Valẽte/ & de Ptholemeo egyptio q iſcytẽſibꝰ degebat locis: ꝗ̃cũqꝫ ipſis aduerſa prouenerãt referebãtur. Propter ꝗ̃ oĩa ſanctos illos precabamur viros: vt nobis cauſas earũ exponerẽt rerũ/ ꝗ̃ hoĩes tã ꝓbabilis vite in deſertis degẽtes aut mẽte mutari/ aut ad turpia ac libidinoſa trãſferri/ aut qbuſcunqꝫ aliis modis decipi vel pire cõpellerẽt.

¶ De reſpõſionibꝰ ad interrogata ꝑcedẽtia. Cap. XXXVI

Lli vero nobis huiuſmodi dedere reſponſum/ pariterqꝫ cũ illis etiã ipſe Paphnutius/ in quo maxima omniũ rerũ ſciẽtia erat. quod oĩa ꝗ̃cũqꝫ in hoc ſeculo fiũt: dupliciter diuidũtur/ in volũtatẽ & i permiſſionẽ dei. Quecũqꝫ igiť ex animi virtute procedũt/ & ad dei gloriã fiũt: ex dei volũtate proueniũt. Que autẽ piculoſa ſentimꝰ atqꝫ dãnoſa/ in qbꝰ aut puerſitatẽ aliquã dephẽdimꝰ/ aut ruinã: hec ruſus pmiſſione dei fiũt. Permiſſio autẽ ipſa/ ex ratiõe deſcẽdit

id eſt ex peccato aliquo/vel infidelitate ſurrepēte paulatim . nō poteſt enī fieri/vt
is cuius ſapiētia probat̃ & vita : in peccatū alicuiꝰ turpitudinis ruat/ aut demonū
dolis/in laqueos precipitet̃ erroris. qcūq; igitur corrupto mētis propoſito/qcūq;
temeraria volūtate/a tramite virtutis exorbitāt: illi facile peccare cōſueuerūt. Deſe
rūtur enī diuinitatis auxilio: ne poſſint intelligere profutura . vt cū ſe a deo intelle
xerint derelictos/caſumq; pu̇erſe mutationis agnouerint: incipiāt vel propoſitum
ſuū vel factū emēdare. Interdū aūt actus ipſe noſter/in ipſo crimine eſt:quādo nō
ex recto propoſito/ nec ex eo quo cōuenit more / a nobis aliqd ꝑpetratur . quod
nouimꝰ frequēter accidere. vt ſi is qui turpiter viuit : flagicioſo animi propoſito/
circa iuuenē puellā miſericors eſſe videatur/propter finē qdē ipſiꝰ rei turpē: ſed ꝑ
actū rationabilē qui quaſi puelle ac deſolate defenſionē ſui ꝓbere demōſtret. Eue-
nit rurſus vt & propoſito qſpiā recto/miſericordiā qdē egroto impēdat/aut ſeni/
et ex diuite ſe pauperē faciat : parca tamē manu & cum merore quodam mētis in-
uite vt rectū qdē videat̃ eſſe propoſitū/ actus autē ipſe indignꝰ ſuo propoſito in-
dicetur . Oportet enī miſericordē cū leticia & cū largitate miſereri . Propterea me-
morati viri: ꝓrogatiuas quaſdā in ſenſibus plurimorū eſſe dicebāt. quorūdā enim
faciles ad virtutē & acutas animas ꝑdicabāt habere/optimos mores propoſito in-
ſtitutiſq; monachorū. ſed quādo aliqd nō fit propter idipſum quod nouimꝰ/bo
nū: neq; factū/neq; ingeniū mētis humane/neq; ille ipſe ꝓrogatiue que infixe ſunt
mētibꝰ plurimorū / īputantur datori bonorū omniū deo/ſed magis totū aſcribit̃
volūtati proprie poteſtatis. tūc cū neceſſario relicti a deo fuerint: incidūt in turpi-
tudinē aliquā/in qua/erubeſcēda multa vel patiūtur vel faciūt ꝑ eū ipſum/q in his
turpis vite actu lapſus cecidit. cūq; paulati ſobrietate mētis admoniti/ab eo animi
tumore diſcedunt/quā putabāt magnā aliquā eſſe virtutem (donatore cognito)
dānare cogūtur. Quoniā vero ille q arrogātia eloquētie ſue & ingenio/vel acumi
ne mētis inflatꝰ eſt : nō aſcribit āte oia originē atq; fomēta ipſorū bonorū deo/q̄
ex ipſiꝰ tātū fonte deſcēdūt/ſed ſui hoc eſſe exiſtimat ſtudii/ſueq; nature: remouet
tūc ab ipſo ꝓuidētie ſue āgelū deꝰ. a quo cū fuerit deſtitutꝰ: ille q ex alienis ſibi do
nis placēs cepat ſupbire/a demone inimico ſuo expugnat̃ ac vinci͛ & aliqd turpi-
tudinis crimē icurrit. ex quo irrationabiliū aīaliū vel canū more: vſq; ad diabolicā
illā ꝑſuaſionē q̄ ſupbia eſt/iſaniēdo deſcēdit. Illo enī ſemel caſte ac probabilis vite
teſte ſublato: quodcūq; hi tales & qualecūq; iā dixerit/nec credi ab aliquo/ nec ſu
ſcipi poteſt. nā qcūq; ſācti/ differētes eos audire cōſueuerāt: incipiūt ipſos fugere/
execrātes flagicioſi animi moriſq; doctrinā. velut fontē q ſanguiſugis plenꝰ eſt: li-
cet qſq̄ ſitiēs/tamē vitare cogat̃/vt ſermo diuinarū ſcripturarū probet̃/ hoc dicēs.
peccatorū autē dixit deus: quare tu enarras iuſticias meas/ & aſſumis teſtamētum
meū ꝑ os tuū? Et vere ſimiles eſſe peccātiū mētes/pollutis fontibꝰ putes. nā vora-
citati atq; ebrietati ſtudētes: cenoſis locis cōparant̃. Pecunie cupidi vel rapaces: iis
quos ipleuerūt rane. Illi vero q ſunt inuidi vel ſupbi/habētes in ſe aliquā tamē ſcien
tie peritieq; notitiā/pares iis fontibꝰ iudicant̃: q ſerpētes iter latices ſuos nutriunt.
quibꝰ ſemꝑ qdē ſermo facūdꝰ vt vtilis humor exuberat: ſed a nullo tamē poſſunt
libēter hauriri/propter ſuorū amaritudinē morū. Vnde ſanctꝰ Dauid hec tria ſibi
dari a deo dona poſtulabat: bonitatē/& diſciplinā/& ſciētiā. Sine enī bonitate &
diſciplina & ſciētia : nimis inutilis eſt. Et ſi qdē iſte qui talis eſt/ ſe emēdare feſtinet/
relicta ea cauſa ob quā deſeruit eum deꝰ (ſupbiā loquor) voluerítq; mēſurā ſui co-

gnoſcere/vt iā de reliquo neqꝫ cōtra alios ſe vt melior aut maior extollat/ſed deo
ſemp gratias agat: rurſus ad eū profecto remeabit. ſciētia niſi cū honeſtis moribꝰ
vite/caſtiſqꝫ cōcordet: illis erit ſimilis ſpicis/que vētorū corruptione viciate ſpeciē
tātūmodo ſpicarū gerūt/nō tamē habēt ea que poſſunt hominē iuuare vel paſce
re. Omnis igit̃ lapſus hoīs/q vel lingue/vel ſenſus vicio procreat̃/ quiqꝫ ex vnius
cuiuſqꝫ actibꝰ/vel ex omni corporis noſtri pte deſcēdit vſqꝫ ad ſupbie magnitudi
nē: ex eo ſemp accidere ſolet/ qa dei fauore nudamur. qui tamē hoc ideo facit: vt
parcat magis iis hoībꝰ quos relinqt. nā ſi cū dānabili illa (quā in ſe habent) morū
pūerſitate/ingeniis quoqꝫ eorū eloquētie fomēta ſuppeditaſſent/quaſi teſtimonio
quodā ſuo animaret eos dominꝰ: ſine dubitatione pfecti demones fierēt/ cū intel
ligerēt ſe vite ſordibꝰ ingnatos ad ſublimia cōſcēdere. Hec quoqꝫ nobis cōmemo
Quando dominus noſter tētabatur a demone i deſerto
rati dicebāt ſāctiſſimi atqꝫ optimi viri. quādo aliquē videritis peſſime quidē vite/
eloquētie tamē magne: demonis illiꝰ meminiſſe debetis/quē cū Chriſto loquentē
legimꝰ in ſcripturis ſanctis. Recordari etiā vos oportet & illiꝰ loci in quo nouimꝰ
ſcriptū: ſerpēs autē ſapiētiſſimꝰ ferarū omniū in terris erat. cui illa ſapientia magis
obfuit: qa nullū in ſe habuit alterius virtutis auxiliū. Oportet eni bonū ac prudē
tē virū/ſapere quidē illa que ei deꝰ dederit: loq autē illa que ſapit/& illa facere que
loquit̃. nā ſi nō occurrat eloquētie veritas cū virtutibꝰ vite/ moribuſqꝫ honeſtis:
panis profecto ſine ſalibus/fatuꝰ eſſe videbit̃. q māducari iuxta Iob dicta: nō pote
rit/aut mortis cauſa iis q eū comederint/erit. Si enim panis ſine ſalibus edi poteſt:
poterit eſſe & aliqs bonꝰ guſtus in ſermonibꝰ vanis/& qui nō bonorū actuū teſti
monio roborētur. diuerſis autē modis famulos interdū ſuos deſerit deus: aliquā
do eni hūc propter alicuiꝰ occultā virtutē/vt ceteris reuelari poſſit ac prodi/velu
Iob
ti in ſancto illo athleta Iob: cuiꝰ deus ſecreta manifeſtās/iſta dicebat. noli mecū re
cuſare iudiciū: neqꝫ ob aliā cauſam putaueris me tibi hec dediſſe reſpōſa/niſi vt iu
ſtus oībus demonſtreris. michi quidē cui nichil poteſt eſſe celatū: notus admodū
eras/ſed qa alii te hoīes neſciebāt/ q me propter diuitias (quas acceperas) a te exi
ſtimabāt coli: idcirco huiuſmodi tētationē ad te venire pmiſi/idcirco oēs opes tuas
abſtuli/vt oſtēderē cūctis ſapiētiā tuā/ que etiā in illo ſtatu poſſet gratias agitare.
alio iterū modo relinquere hoīes videt̃ deus: quando eos a ſupbie malo auertere
paulus
cupit. quod in ſancto nouimꝰ Paulo. nā & Paulus tunc a deo putabat̃ relictus: cū
tot ac tātis opprimebat̃ vndiqꝫ colaphis/tāqꝫ diuerſis quas ſcriptura ſancta nume
rat tribulationibꝰ fatigabat̃ (datꝰ eſt michi inqt velut angelꝰ ſathane q me colaphi
ſet vt nō extollar) ne forte ſi cum his que p diuinā gratiā mirāda faciebat/ aliquā
habuiſſet quietē aut abūdantiā rerū: cū illo tāto honore/ quātus illi ab hominibꝰ
deferebatur/diabolus eū palpatū pluribꝰ bonis/ atqꝫ reſolutū/ ſuperbia quadam
noui tumoris extolleret. Relictus eſt a deo quōdā paralyticus & ille propter pro
paralyticꝰ Iudas. Eſau.
pria delicta: cui dixit Ieſus. ecce factꝰ es ſanus: noli āplius peccare/ne qd tibi deteriꝰ
fiat. Iudas quoqꝫ relictus eſt: qui verbo dei prepoſuit argentū/ob quod laqueo ſe
ſuſpēdit & periit. Relictus eſt & Eſau: & peccati crimen incurrit. Inteſtinorū eni
maluit ſordes: q̄ benedictiones paternas. Que omnia cogitās ſpiritu ſancto plenꝰ
beatiſſimus Paulus/dicebat de talibus qui deſerūtur a deo. et ſicut nō probauerūt
in notitiā habere: tradidit illos deus in reprobū ſenſum/vt faciāt ea que nō cōue
niūt. De aliis autē quibuſdā qui putant diuinā habere notitiā/ ſed qui corrupte &
ſupbe eſſent mētis: ſic dixit. Quoniā cū cognouiſſent deū/nō ſicut deū glorificaue

runt/aut gratias egerűt: ſed euanuerűt in cogitationib⁹ ſuis/& obſcuratű eſt inſi-
piés cor eorű. dicétes eni ſe eſſe ſapiétes: ſtulti facti ſunt/elationis atq; tumoris de-
monio copulati. vnde ſequit. propter quod tradidit illos deus in paſſiones igno-
minie: vt cőtumeliis afficiát corpora ſua in ſemetipſis. Irdrco hoc intelligere nos
oportet: nő poſſe eſſe vt quis peccati grádis alicui⁹ crimé incurrat/niſi ante/cű di-
uina prouidétia pro malis moribus derelinquat.

De Elpidio. Cap. XXXVII

e Lpidius quidá fuit de capadocia gen⁹ ducés: qui poſtea & ad preſbytera- ELPIDIVS
tus honoré meruit puenire. Erat auté de monaſterio Timothei capado-
cis cuiuſdá coepiſcopi/viri admodű magni. q Elpidius in vna de memoratis ſpe-
lűcis habitaculű ſibi fecit. Tártű auté abſtinétie ſtudiű in ſe eſſe mőſtrauit: vt vince-
ret cűctos. p viginti eni & qnq; quos vixit ánnos: ſolo dominici/ ac ſabbati die ſu-
mebat cibű/& p noctes totas ſtádo & orádo pſallebat. Qué ſicuti apes regé ſuű:
ita innumera multitudo fratrű ſequuta/fecit quádá videri in ſpeluncis ipſis ac ſoli-
tudinibus ciuitaté. Erat auté maxime voluptatis: ſtupédá vite varietaté & cőuer-
ſatiőis eorű cognoſcere. hűc ipſum Elpidiű vere ſpei gloria gratuláté/ & propter
Chriſtű tribulationű picula ſuſtinété: cű quadá pſalleret nocte nobiſcű/ ſcorpio
vulnerauit/quo ille calcato: nec ſtádo quidé in quo fuerat mutauit ſpatiű. Ita eum
qué ipſius ſcorpionis intulerat: cőtépſit doloré. Quodá auté die cű vnus ex fratri-
bus exiguá pté ſarméti ex arida vite teneret: accipiés illá a fratre dű in ſummitate
mőtis ſederet/velut plantás eá infodit ſolo/& certe cű tépus plátationis oino nő
eſſet. quod ita in imenſum creuit modű/& tá magna exinde vitis effecta eſt: vt ſe
ad ſupiora diffundés/totius eccleſie tecta cooperiret. Erat etiá cű hoc athleta Chri-
ſti Eneſius vir magn⁹ & honeſtus/ac frater eius Euſtatius: quib⁹ vna vita conti- Eneſius.
nétie atq; eadé cőſumatio fuit in Chriſto/ vſq; adeo auté memoratus Elpidius Euſtatius.
nullis animi vel corporis paſſionib⁹ ſubiacebat/ p propriis mébris vario abſtinétie
labore cőſumptis: vt ſolis inſtar oſſiű eius iűctura luceret. A qbuſdá aűt ſtudioſis
eius diſcipulis: talis fertur relatio/ ꝙ p viginti & quinq; ánnos nűq̃ ſe ad occiden-
té conuerterit (& ſane ſpelunce oſtio mons in altű editus imminebat) & ꝙ poſt
ſextá quoq; horá a medio műdi vertice in ptes occiduas declináté nűq̃ viderit ſo-
lé/neq; ab occidéte ſurgétes cőſpexerit ſtellas. q ex quo memorará ſpelűcá ingreſ- Siſinnius
ſus eſt: nűq̃ de eius mőte deſcédit donec corpus ei⁹ ſepultű eſt. Huius Elpidii Si- Septé ſtel-
ſinnius noie diſcipulus quidá fuit in capadocia nat⁹/ ex ſeruili qdé origine genus le erratiles:
ducés/ſed habés in deo fiducie libertaté. debem⁹ eni humillimű etiá gen⁹ quorű- motibus
dá cőſcribere: vt maior gloria ingenuitatis appareret que donatur a Chriſto/per propriis
quam ad verá atq; celeſté nobilitaté/libertatéq; reuocatur. Itaq; cum apud magi- ab occidé-
ſtrű ſuű per ſex vel ſepté annos fuiſſet: ad poſtremű intra ſepulchrum ſe clauſerat te ſurgunt
quoddá/in quo triénii tépus ſtás ſemp orabat. vbi nő nocte/nő die aut deambu-
lauit/aut ſedit/aut iacuit. qꝗ gratiá quoq; cőtra demones meruit ſpiritualé. Nűc
auté regreſſus ad patriá preſbyter factus eſt/ collegitq; in vnű fratres/pariter ac ſo-
rores. qui a deo ſine vllo vicio métis & corporis vixit: vt nullá generis eſſe diſtan-
tiá inter mares ac feminas cőprobaret/vt ſcripture ſancte illud impleretur/ in chri-
ſto enim Ieſu: neq; maſculus/neq; femina ſumus. Eſt auté & peregrinis hoſpitalis
omnibus: & certe cum ſit cognitum ſatis: nichil eű penitus poſſidere. ad eorű op-
probriű atq; ſuppliciű: qui cű ſint diuites/nichil vnq̃ egétibus largiűtur.

¶ De Gaddano Cap.XXXVIII

GADDANVS

n Oui ego paleſtine quondá Gaddanũ nomine/ ſenẽ: qui ſine tecto ſemp
circa loca iordanis fluminis vixit. Cõtra quẽ aliqui iudeorũ inuidie furore
precipites: dum ille in regionibus mortui maris degit/armati gladio aliquádo ve
nerũt. & cum vnus ex ipſis eundem ferire voluiſſet : tale miraculum deus fecit/vt
dextera eius quá erexerat percuſſurus/ areſceret/gladiuſq; ex illius digitis a quo te
nebatur exciderit.

¶ De Helia. Cap.XXXVIIII

HELIAS.

h Elias quidá nomine/monachus/in illis ipſis locis intra ſpelũcam ſolit⁹ vi
uere/vir caſtigatorũ ad perfectá regulam morũ/hoſpitalis/ & caritate ple
niſſimus: cũ quadá die quorũdá ad eũ fratrũ multitudo veniſſet (nam publicus il
linc tráſitus erat) ſubito ei defuit panis. qui propria nobis fideliter relatione narra
uit: quod cũ admodũ triſtis eſſe cepiſſet/ingreſſuſq; eſſet ſpeluncá ſuá/ tres illic pa
nes magnos atq; recẽtes ſubito repperiſſet. Ex quib⁹/viginti ſimul fratres: vſq; ad
ſacietatẽ refecti ſunt. vnũ autẽ ex ipſis panem ſupereſſe: eũq; poſtea per viginti &
quinq; dies victui ſuo ſuffeciſſe memorabat.

¶ De Saba. Cap.XXXX

SABAS.

s Abas quidá noíe/hiericontinus genere/ſecularis vir/& vxorẽ habens: in
tantũ oẽs monachos diligebat/vt p deſerta omniũ cellas/ noctibus circui
ret & ante ſingulas quaſq; poneret máſiones/modios ſingulos dactylorũ. tátũ &
olerũ: quátũ putaret poſſe ſufficere. eo quod vſum panis neſciũt ii monachi: qui
in iordanis regionib⁹ viuũt. In quẽ leo quadam die impetũ fecit/queq; intra vnũ
lapidẽ cõſequut⁹ corripuit atq; deiecit/& aſinũ tátũmodo eius/ auertit ac rapuit.

¶ De Habramio. XXXXI

HABRAMIVS

h Abramius quidá noíe/fuit egyptius genere : qui ſatis durá atq; aſperam
vitá in deſertis locis habuit. Qui cũ aliquo tẽpore ex vna quadá preſum
ptione/mẽte captus fuiſſet: ad eccleſiá venit/& iurgari cũ preſ byteris cepit/hec di
cens. preſbyter a Chriſto factus ſum iſta nocte : & ſuſcepit me diuina ſacra faciẽtẽ.
quẽ poſtea patres ſancti a ſolitudinibus ſeparatũ/ traditũq; ſeculari/ atq; cõmuni
conuerſationi hominũ/reduxerũt ad priſtiná animi ſoſpitatẽ/curatũq; atq; omni
ſuperbia liberatũ per/quam illũ demon illuſerat:ad agnitionẽ humilitatis proprie
infirmitatiſq;/reuocauerũt.

¶ De Melania. Cap.XXXXII

MELANIA

d E ſancta illa atq; admirabili Melania/ſummatim quidẽ aliqua ſuperi⁹ in
dicaui: nichilominus tamẽ/& reliqua que deſunt/meis ſermonibus com
prehẽdá. quátũ opũ illa diſperſerit amore maximo dei/ veluti fláma ignis accẽſa:
meũ tamẽ non eſt referre/ſed illorũ quoq; qui in pſidis regionibus viuũt. cui⁹ me
morabilia in bonis facta: oẽs celi quattuor plage norũt/ atq; ſenſerũt, per triginta
enim atq; ſeptẽ annos ſuſcipiẽs ac paſcens ſemp miſeros aduenaſq;: propriis ſum
ptibus/alimẽta ac neceſſaria oía miniſtrauit eccleſiis/monaſteriis/carceribus/ atq;
pegrinis. Cui parẽtes quoq; ei⁹ ac filii procuratores ipſius: ex facultatib⁹ propriis
multa prebebát. Que intátũ atq; ita iugiter in ſuſcipiẽdo oẽs ac fouendo pmanſit:
et ne vnius quidẽ in ſolo/palme ſpaciũ voluit poſſidere. vt nũq̃ ſic vnici deſiderio
filii & amore caperet: vt aliquádo a dilectione Chriſti poſſet auelli. Cuius orationi
bus magnis atq; ppetuis: & ipſe ille iuuenis eruditione laudabili/moribus bonis/
et ſecularibus quoq; honorib⁹ creuit/peruenitq; ad nobiliũ matrimoniũ nuptiarũ/
ex quo & filios ſuſcepit duos. ¶ Poſt multũ vero tẽporis cum audiſſet quidá nu

pſiſſe neptē ſuā Melaniā viro/ renūciare autem poſt nuptias ſeculo huic velle cognouiſſet: metuēs ne qui male vite hoīes ac male ſecte pūerſeq̧ doctrine/eidē iūgerētur/ob hoc ipſum cū iā admodū ſenex/ hoc eſt ſexaginta eſſet ānorū/ de ceſarieſiū ciuitate ad vrbem romā/intra dierū viginti ſpaciū nauigauit/atq̧ illic propter quos venerat viſis: benedictū illū quidē neptis ſue maritū Pimanū nomine/honeſtū ac nobilē virū/paganū tamē inſtantiſſime docuit/& chriſtianū protinus fecit. cui perſuadere ſpiritualiter potuit: vt etiā a concubitu proprie ſe coniugis abſtineret. Confirmatos hos ergo ſimul/hoc eſt Melaniā neptē ſuā/& Pimanū eius maritum/Albinam quoq̧ cū ipſis nurū ſuā/hoc eſt vxorē filii ſui/per omnia docuit. Itaq̧ iſtis omnibus ſuaſit: vt rebus quaſcūq̧ habebant in vrbe diſtractis:ad caſtū/ atq̧ tranquillū vite portum/venirent. Contra omnes autē alios romani nominis viros atq̧ matronas/veluti contra feras aliquas: quotidie dimicabat. prohibebāt enim illi eam ab omnibus ceteris: verentes ne & alios ad tale propoſitum doctrine ſue ſermone cōuerteret. Illa autē ipſis iſta dicebat. Scriptum eſt ante quadringētos numero annos: quia hora iam venit extrema. Quid ergo tam libēter moramini in vanitate iſtius vite? Timere debetis ne antichriſti tempus adueniat: neq̧ vobis diuitiis veſtris ac parentū bonis frui iam liceat. Et hos igitur omnes ſecularib⁹ laqueis liberatos: ad ſolitudinū vitam fecit venire. filiū quoq̧ admodum iuuenē/ conſilio docuit vt volebat: & ad ſiciliam vſq̧ perduxit. omnibuſq̧ rebus ſuis ibi diſtractis/ atq̧ auro de prediorum annumeratione collecto: hieroſolymā rurſus tranſuexit. Vbi omnibus ſuis opibus ex propria volūtate diuiſis: intra quadraginta dies/optima ac māſuetiſſima feminarum/ beato fine requieuit/relicto apud hieroſolymam monaſterio ſufficiētibuſq̧ ei ſumptibus deputatis. Vbi vero omnes iſti abſceſſerūt e roma: tēpeſtas quedā ac procella barbarica oppreſſio ipſam vrbem repente/& vſq̧ adeo omnia eius inuaſit/ac rapuit: vt ne es quidem quod in publico ſtare conſueuerat reliquerit. ita cuncta hoſtilis impetus prede/ euertit ac perdidit: vt illa roma que in mille & ducētis annis aucta ſemper fuerat/ac ſemp ornata/vna ſubito quedā ruina ac ſolitudo maxima videretur. Tūc igitur & illi qui ſaluberrime doctrine obtēperauerāt/ letabātur: quod intolerādis malis/quorū mater eſt ſemp obſidio/ſubſtracti fuiſſent. & illi quidē qui obedire noluerunt: ſtupuerūt virtutem & gloriā dei. qui tali permutatione rerū: credere perſuaſit incredulis. quia omnib⁹ aliis ſub captiuitatis iugū miſſis: memorate ſole euaſerunt/ atq̧ ſeruate ſunt domus/que ſtudio ſancte Melanie tāq̄ ſacrificiū illud (quod holocauſtoma vocant) a deo fuerāt reſeruate/ceteris in vrbe qui eorū aduerſabāt ſaluti/ ſera penitentia/infructuoſaq̧ concluſis. ¶ Euenit autem vt poſtea ſimul ad egyptum ex Helia proficiſcerētur/ſanctam Siluiā deducētes virginem dei/Rufini autem expreſſe ſororem. Erat etiam nobiſcum Iouinius tunc diaconus/nunc vero ciuitatis aſcolenenſium epiſcopus/ vir admodum ſanctus & amator/ & lector ſtudioſiſſimus litterarū. Cū ergo in itinere/nos eſtus vehemētiſſim⁹ occupaſſet & peluſium oppidum fuiſſemus ingreſſi: ſanctus Iouinius eſtu nimio fatigatus/ceperat manus ac pedes proprios / frigidiſſime aque refouere infuſione. Quo ita vt deſiderauerat facto: ſuper pellicam ſe atq̧ in ſolo ſtratam proiecerat plumam. ad quem ſancta illa ſiluia veluti filium verum/ſapiens mater acceſſit: & mollitiē ipſius delicíaſq̧ reprehendens/iſta dicebat. Quemadmodum auſus es/ hanc etatem ageris/ in qua adhuc ſanguis tuus viuit: ſic curare ac fouere corpus tuum? non

Melania neptis

Pimanus

Albina.

Siluia.

Iouinius.

intelligis: que ex hoc naſci ſoleant anime leſiones? Crede igitur michi cōfidēter lo-
quēti/ quod ſexageſimū ipſa eui annū agens/excepta ſummitate digitorū meorū/
non ora/ nō pedes/non ptem aliquā mēbrorū aqua laui. et hoc cū variis ſemper
egritudinib⁹ laborarē/& ab ipſis quoq̃ cogerer medicis vti lauacro: nūq̄ tamē vo
lui ātiquū corporis mei morē palpare/nō in lecto quieui/nō in lectica recūbēs iter
2000000. feci. hec ipſa eloquētiſſima fuit: magnūq̃ amorē habuit litterarū. ita vt legēdo/no
3000000 ctes in dies verteret: oēs ātiquorū interpretū libros notiſſimos habēs. inter quos
Gregori⁹ tricies cētena milia verſuū legēdo tranſierat: Gregorii/Pierii/ quoq̃ & Stephani/
pierius. Baſiliiq̃ & aliorū ſtudioſiſſimorū virorū vicies cētena milia. q̄ tamē nō quaſi per-
Stephan⁹. functorie trāſcurrebat: ſed vnūquēq̃ ſepties auctorē reuoluēs. vnde mēdacii ſciē-
Baſilius tia nominū atq̃ ſectarū penit⁹ liberata: celeſtibus pēnis p gratiā litterarū ad eternā
ſpem ſaluatoris/gallina ſpiritualis effecta/potuit euolare/imortales ab eo viciſſitu
dines receptura.

❡ De Olympiade. Cap. XXXXIII

OLIMPIAS h Vius veſtigia ſubſecuta Olympias noīe/caſtiſſimis morib⁹ femina/ac dei
amore flagrātib⁹: propoſito ei⁹ exhibuit parē vitā/in oībus diuinarū ſe-
Seleucius. quēs ſcripturarū cōſiliū. Que Seleucii qdē excomitis ſecūdū carnē filia fuit: neptis
vero abladii prefecti/ nurus autē paucis tantū dieb⁹ Nebridii/ q pfect⁹ cōſtātino-
politane vrbis fuit/ſed vxor oīno nullius. dicit eni eā virginē eſſe defunctā/ver
bi veritatis magis cōiugio gloriātē. que oēs facultates ſuas in pauperes fratres di-
ſperſit/atq̃ diuiſit. cui nō paruū fuit ſemp pro veritatis aſſertione certamen. mul-
tas etiā alias ſeminas docuit: multos vt oportebat preſbyteros atq̃ epiſcopos ho
norauit. ad cōfeſſorū quoq̃ palmā/pro veritate quā coluit: meruit puenire. Cui⁹
nomē ac vitā in cōſtātinopolitana vrbe degētes: ipſis vt dixi ſtudēt cōfeſſoribus
cōparare. nā talis in hoc mūdo finis quoq̃ ipſius fuit: oībus ad poſtremū piculis
ſe propter nomē dei oppoſuit.

❡ De Candida. Cap.XXXXIIII

CANDIDA q Vā rurſus ſecuta eſt ſimilis morib⁹ vite/beata mulier noīe Cādida/traia-
ni magiſtri militū filia: magna chriſtiani nominis & cultrix egregia/& ca-
ſtitatis cōuerſatione laudabilis/eccleſias ſanctas atq̃ epiſcopos colēs. que filiā qdē
propriā/ doctrine ſue virginitatis ordine copulatā pmiſit ad Chriſtū/ vt maximū
donū laterū ſuorū/atq̃ virtutū. Poſtmodum vero cōſumato caſtitatis ac ſanctita
tis officio bonis oībus/rebuſq̃ ſuis cōpetēti diſtributione diſpſis:& ipſa ſuā filiā/
ſubſecuta eſt. hāc ergo laborātē noctibus ac propriis manibus molentē/ſemp ad
infringēdas vires corporis ſui nouerā/atq̃ hoc referētē ſepius audiebā. quia cū ie
iuniū ei ſolū ſufficere nō poſſet/etiā laborioſas ſibi vigilias addidiſſet. que aduerſū
incorporeas poteſtates vna cū ieiunio dimicarēt/ quo ſupbiā mētis/tumorēq̃ de
poneret. hec ipſa ab omni aīaliū carne/ ſemper abſtinuit. piſcē autē & olera cum
oleo/feſtis autē ac ſanctis dieb⁹ ſumere ſolēs: p reliquū eui ſui tēp⁹ poſtea & ſicco
pane cōtēta viuebat. Cuius dei neptis imitata eſt veſtigia Gelaſia noīe caſtiſſima
Gelaſia mulier que ſenſibus piis ad iugū virginitatis acceſſit. tribuni autē cuiuſdā filia fuit.
Hui⁹ & optime femine memorabilis virtus refertur: quod nūq̄ iracūdiā ipſius vi-
derit ſolis occaſus/ſiue cōtra ſeruū/ſiue cōtra ancillā/ ſiue contra quēq̃ aliū fuiſſet
irata. fugiebat enim hec beatiſſima memoriā malicie ſciēs quod iter eius ad eternā
mortē perduceret.

❡ De Salomone. Cap.XXXXV

SALOMON. i N anthino thebaidis prouincie ciuitate/quattuor ānis iugiter fui: p quod
oē tēpus monaſteria illic vniuerſa cognoui. Habitāt autē mille & ducēti

viri probatiſſimi i memorate territorio ciuitatis:quarũ ſe manuũ ſudore paſcẽtes. Ex quibus multi (quos anachoretas vocãt) ad rupiũ & ſolitudinũ ſe ſpelũcas cõtulerũt. Inter quos Salomon noie/monachus caſtiſſimus atqꝫ mitiſſimus fuit: qui gratia diuinitatis acceperat patiẽtiã ſingularem. quiqꝫ ſe quiquageſimũ in ſpelũca ſua ãnũ habere dicebat: manibus ſemp ſuis victui ſuo ſufficiẽtiſſime ſubminiſtrãs. Scriptnras autem ſanctas omnes/ didiciſſe videbatur.

De Dorotheo. Cap.XXXXVI

d Orotheus qdã preſbyter in ſpelũca alia degẽs/imẽſe bonitatis fuit: & irrephẽſibilẽ ipſe vitã pegit. Qui eo (qđ meruerat) ſacerdotis officiũ/ oibꝰ DOROTHEVS
illic ſancta myſteria fratribus miniſtrabat. huic quõdã iunior illa Melania maioris Melanie neptis/de qua in ſequẽtibꝰ dicã: qngẽtos numero trãſmiſerat ſolidos/rogãs vt fratribꝰ illic degẽtibus eos ipſe diuideret. Ex quibꝰ ipſe tres tãtũmodo tulit: reliquos Diocli cuidã ſolitario monacho iuſſit dari viro/oim ſciẽtia rerũ predito. Diocles
quẽ lõge ille ſapiẽtiorẽ ſe eſſe dicebat: ꝙ poſſet ſine aliqua leſione anime/cũcta diuidere/cũ ſciret ãplꝰ ac rationabilꝰ quãtũ cuiqꝫ diſtribuere debuiſſet/dicẽs ſibi illos tres ſolidos poſſe ſufficere. hic ipſe Diocles grãmaticus quidẽ primũ fuit: philoſophie autẽ ſe poſtea dederat. ſed tẽpore procedẽte/cũ viceſimũ octauũ ãnũ ageret etatis: gratia eidẽ diuina pſuaſit/vt ſecularibꝰ doctrinis renũciaret/ ad inſtitutionẽ vero chriſti/ſciẽtiãqꝫ celeſtis philoſophie ſe cõferret. & ipſe eo tẽpore triceſimũ & quintũ ãnũ in ſpelũcis habens: nobis iſta dicebat. ſenſus humanꝰ cũ a cogitatione receſſerit dei: aut demoni efficitur ſimilis/aut mutis animalibus cõparatur. Cuius dicti rationẽ cũ ab eo cuperemꝰ accipe: iſta dicebat. qa ſi qs a deo receſſerit: neceſſe eſt vt aut in deſideriũ aliquod/aut in aliquam iracũdiã ruat. deſideriũ qdẽ illud inſenſatorũ aíaliũ: iracũdiã vero demonũ eſſe dicebat. me autẽ cõtradicẽte/quẽadmodũ poſſet fieri/vt cũ deo iugiter maneat ſenſus humanꝰ: hoc tũc ille dicebat. In quacũqꝫ cogitatione/vel in quolibet actu anima hoĩs illꝰ fuerit/ qui ſecũdũ deũ viuit/ſi pia eſt/eidẽqꝫ placere feſtinat: cũ deo eũ eſſe manifeſtum eſt.

De Capitone. Cap.XXXXVII

h Ic iuuenis erat Capito qdã noie/ꝙ priore vite ſue tẽpore latro fuerat: quiqꝫ cũ in ſpelũca ſua quinquaginta iplẽſſet annos/ ne vſqꝫ ad quartũ lapidẽ CAPITO
antinoenſis oppidi vnꝗ voluit accedere/ ne vſqꝫ ad fluuiũ nilũ qui erat proximꝰ: dicebatqꝫ ꝙ necdũ ſe cõuerſationi atqꝫ ſermoni hoim plurimorũ poſſet igerere: eo ꝙ adhuc fortiter repugnaret cõmunis inimicus. Cũ iſto vidimus & aliũ quẽdã ex illis ſolitariis viris/eque & ipſũ intra ſpelũce ſue ſecreta viuẽtẽ: qui vane glorie ſtimulis ſub imagine ſomniorũ illuſus atqꝫ deceptus/ ſimili & ipſe modo ſolebat eos quos inducebat illudere. & paſtor quodãmodo inſipiẽs videbat eſſe vẽtorũ/ atqꝫ pſecutor vmbrarũ/incorruptã quidẽ habẽs corporeã caſtitatẽ. ſine dubio & propter ipſam ſenectã/& propter plurimũ quod habebat i deſertis locis tẽpꝰ/ & propter ipſã forſitã inanis glorie vanitatẽ: ꝗ cor eiꝰ ac ſenſus peruerſarũ (vt ſolet) rerũ cogitatione viciauerat/diuineqꝫ cõuerſationis fecerat alienum.

De Amata. Cap. XXXXVIII

f Vnt vero in eadẽ antinoenſiũ ciuitate duodecim monaſteria virginũ feminarũ/pfecta cõuerſatiõe viuẽtiũ: i qbꝰ Amatã quãdã noie/ãcillã Chriſti ſenẽ vidi octoginta iã in monaſterio ſuo ãnos habẽtẽ/ſicuti vicine ipſiꝰ/& ipſa referebãt. cum qua ſexaginta numero mulieres habitãtes/atqꝫ in abſtinentie puri- AMATA.

tate per eius doctrinā viuentes: intantū eandē oēs diligebāt/vt ne clauē qdē veſti bulo monaſterii ad ſimilitudinē ceterarū/neceſſe eſſet affigi. Sola enim illic omnes eas/immēſa dilectio anus ipſius/doctrineq̨ retinebat ad incorruptionis gloriam: corpora earum/mēteſq̨ cōſeruās.hec ipſa quā dixi ſenex/vſq̨ adeo pure mētis & corporis erat a cogitatione & paſſione peccati: vt cū ad ipſam ingreſſus fuiſſem/ atq̨ ſediſſem/iuxta me indifferēter ſederet/ manus etiā ſuas ſupra humeros meos poneret/ſtupēdaq̨ illic erat in chriſto immēſe fiducia caſtitatis.In hoc ipſo virgo

Taor virgo quedā Taor nomine diſcipula illius/triginta ānos in monaſterio habēs/nō tunica/nō maforte/nō calciamētis vnq̄ nouis vti voluit/hoc dicēs. nichil tale deſidero: ne propter hoc & foras progredi cogar. Alie qdē oēs dominico tātū die/cauſa diuine cōmunionis/ procedere ad eccleſiā ſolebant: ſancta vero illa extremis induta pānis: in monaſterio ſola reſidebat/opus iugiter ſuū faciēs. Tā elegātis autē forme erat: vt caſtiſſimū quēq̨ & cōſtātiſſimū virū/vultus ipſius ac pulchritudo poſſet illicere: niſi ita morib⁹ eſſet ornata/vt i ſemetipſa haberet ineſtimabilē quēdā cuſtodē proprie caſtitatis. q & oculos cuiuſq̄ turpiter cupiētis: ad imēſum pudorē cōpelleret/ac timorē. Alia quoq̨ in vicino cōmanebat: cui⁹ ego faciē qdem videre nō potui. nūq̄ eni ex quo huic mūdo renūciauit: de monaſterio fert egreſſa. in quo:ſexaginta ānos vna cū matre ſua habitās/impleſſe memorat. cui ad poſtremū cū receſſura eſſet e ſeculo/in viſione aſtitit Colothus vocabulo/martyr: q in eiſdē colebatur locis/hoc ei dicēs. hodie ad dominū tuū pges: vbi & ſanctos videbis oēs. veni igitur in baſilicā martyrii mei: vt illic prandeas mecū. Quo audito/ prima ſtatim luce ſurrexit: ac ſolito more veſtita/in ſportella ſua panē/& oliuas/ et olera cōminuta ſuſtulit ſecū. Et tūc primū/poſt tot annorū curricula procedēs; ad martyriū ſancti venit. Vbi orationib⁹ rite pfectis: opiri cepit tale tēp⁹/quo oēs penitus a memorato recederēt loco. Quod cū ita factū videret: cepit ſedere & inuocare ſanctū martyrē dicēs. Sancte Colothe benedic eſcā meā/atq̨ interuentibus tuis mecū proficiſci dignare. Sūpto igitur cibo & facta rurſus oratione: circa ſolis

Liber ſtromaton Clementis. occaſū ad monaſteriū ſuū rediit. vbi matri ſue/Clemētis qui Stromateus dicebat: libellum dedit/in Amos prophete dicta cōſcriptum: hoc ei dicēs. Iſtud epiſcopo qui exul extat/dabis; diceſq̨ ei/ vt pro me orare dignetur/proficiſcor enim ad dominū meum. Et in ipſa nocte defecit: & neq̨ aut dolorē vllum capitis/aut calorē corporis ſenſit/ſed ipſa/ſe vt erat ſepelienda/compoſuit: ſpiritum ſuū manib⁹ dei cōmendans.

De Melania iuniore. Cap. XXXXVIIII

MELANIA IVNIOR. T quoniā in ſuperioribus relaturū de iuniore Melania me ſpopondi: neceſſario nūc debitum reddā. nec eni iuſtū eſt veluti pretereūdo/trāſire tā laudabilē ipſius in corpore iuuētutē/ tātāq̨ eius ſine aliqua memoria litterarū/pterire virtutē. q ſenib⁹ ac ſtudioſiſſimis circa deū feminis: merito nūc pfert. Hāc igit parētes qdē ipſi⁹: vi magna nubere coegerūt: primo cuidā romani nois viro. Que tamē ſemp cū iugib⁹ auie ſue doctrinis ſtimularetur: eo vſq̨ ſpiritualiter in ciuitate proceſſit/vt nō diu in nuptiali propoſito pmaneret. nā cū ſuſcepiſſet filios duos/& vtriq̨ defuncti fuiſſent: venit ad tātū pro chriſti nomine odium nuptiarum/vt hoc Piniano marito ſuo Seueri exprefecti filio diceret. ſi diligis caſtitatē/& monachus vis eſſe mecū: te vite mee dominū cōfitebor. Si autem tibi graue hoc videtur vt iuueni: accipe quaſcūq̨ habeo facultates/& liberū michi meum corpus relinque/vt de cetero ſecundū volūtatē dei viuens/poſſim implere

quod cupio. & vti ſequuta eius virtutẽ / auie heredẽ me eſſe/cuiꝰ & nomẽ habeo
recognoſcã . nã ſi voluiſſet deus / vt hoc ſeculo frueremur: nũꝗ michi vtrũq; quẽ
peperi/imatura morte rapuiſſet. Cũ diu itaq; altercantiũ cõtẽtio/iugũ nuptiale ve
xaſſet:ad poſtremũ deus miſeratus eſt iuuenẽ/inſpirãs etiã ipſiꝰ anime/vt ſecularia
ac terrena deſideria cõtẽneret. vt in ipſis quoq; ſancta vox poſſet ipleri ꝑ apoſto-
lũ/dicẽs: Vnde ſcis mulier/ſi maritũ ſaluũ facies ? Vnde ſcis vir: ſi mulierẽ ſaluã fa-
cies? Nupta igitur viro eſt cũ tredecim eſſet ãnorũ: ſeptẽ vero ãnos cum eo vixit/
viceſimo renũciauit. Et primũ quidẽ quicqd veſtiũ ſericarũ in maforibus habuit:
ſanctis altaribus dedit. Quod & benedictã olimpiadẽ feciſſe cognouimꝰ. Reliquas
vero quas habebat ſericas veſtes: ꝑ varia eccleſiarũ diſtribuit ornamẽta . argẽtum
atq; aurũ ſuũ ꝑ paulũ quẽdã dalmatã ciuẽ/monachũ atq; preſbyterũ:nauigio ma
ris/ oriẽtẽ vſq; trãſmiſit. Et ita diuiſit cũcta: vt egypto atq; thebaidi delegaret decẽ
milia: antiochene ciuitati atq; illis que circa ipſam videntur eſſe regionibꝰ/ decẽ mi-
lia. prouicie quoq; paleſtine qndecim milia ſolidorũ/ eccleſiis que ꝑ ſingulas iſulas
ſunt/vna cũ iis qui erant exilii dãnati relegatione/decẽ milia. Illis autẽ eccleſiis atq;
monaſteriis/& xenodochiis ꝗ ſunt ſub occidẽtali plaga/cũctiſq; egẽtibus ꝑ ſemet-
ipſam oĩa que ſciret/hiſdẽ neceſſaria miniſtraret . hec autẽ & vniuerſa/& alia lõge
plura ꝗ diximꝰ: vt deus nouit ex manibꝰ Alarici/fide propria tãꝗ ex ore leonis eri- Alaricus
puit. Seruos vero promiſcui ſexus qcunq; manumitti volebãt: vſq; ad octo milia
liberos fecit. Nãq; reliquos q ſeruire fratri ipſiꝰ maluerũt/cõceſſit eidẽ: ternis ꝑ ſin-
gulos ſolidis diſtributis . Poſſeſſiones oẽs qualcũq; habuit in aquitania/gallia/ta
rachone/hiſpaniis/galliiſq; diſtraxit. Eos vero tãtũmodo agros quos itra ſiciliã/
cãpaniã/& africã poſſidebat: ſibimet reſeruauit. ex qbus monaſteria: deinceps ale
ret ac foueret. Hec huiꝰ femine ſapiẽtia: i diſtribuẽdo onere diuitiarũ fuit. Propo-
ſiti autẽ ipſiꝰ vita huiuſmodi erat. poſt alterũ diẽ ſemꝑ cibũ cape cõſueuerat. nam
inter ipſa principia qnto quoq; guſtabat die/idq; obſeruãs faciebat/& diurnas cũ
ancillulis ſuis miniſterii ſui vices/quas tãꝗ in monaſterio vt ſorores habebat. Erat
autẽ cum ipſa & mater eiꝰ Albina: parẽ vitã habẽs/ſimiliterq; proprias ſeparatim Albina.
opes/& ipſa diſꝑgẽs. Habitãt vero in poſſeſſionibꝰ ſemꝑ: & interdũ intra ſiciliã/
nõnũꝗ intra cãpaniã degũt cũ eunuchis qndeci/& ſexaginta virginibꝰ/& cũ aliis
ingenuis vel ãcillis. parẽ quoq; & Pimanus cõiũx ipſiꝰ : cũ triginta monachis agit Pimanus
vitã. qui aut lectiõi ſanctarũ ſcripturarũ vacat/aut hortorũ amenitatibꝰ delectaẽ/
aut cõſpectibꝰ atq; ſermonibꝰ fruiẽ honeſtiſſimorũ virorũ. ne nobis qdẽ/& certe
cũ plurimi ſimul eſſemꝰ (q romã propter beatũ epiſcopũ Iohãnẽ prexeramꝰ) exi-
gua ꝑſtiterũt. ſed dũ & illis ptibꝰ degeremꝰ: officioſiſſimo nos ſuſceperunt hoſpi-
cio/largiſſimiſq; ſumptibus cum exinde proficiſceremur honorauerunt.

¶ De Pammachio. Cap. L

Orum parẽs Pammachius noie/ vir procõſularis: ſimiliter ſecularibus pAMMA
h pompis renunciauit/multumq; laudabilibꝰ moribꝰ vixit. qui oẽs pro- CHIVS
prias facultates partim dum i ſeculo eſſet ipſe diſpſit: ptim fratribꝰ atq; Macarius.
pauperibus moriens migrãſq; ad dominũ/reliqt. hoc idẽ & alter Macarius noie/ Cõſtãtius.
ex vicariis fecit: & Cõſtãtiꝰ qdã qui cõſiliarius ꝓfectorum in italie fuit regionibꝰ /
nobiles valde & ſcholaſtici viri/ac plurimo dei amore ſublimes. quos adhuc cre-
do ſupereſſe: egregia monachorum inſtitutione viuentes.

¶ De Athanaſio & virgine alexandrina. Cap.LI

ATHANASIVS. V Irginē quandā/in alexādria nouerā ciuitate: quā ego ſeptuaginta ānos
agētē / vidiſſe me memini. cui teſtimoniū clerici illic oēs ferebāt : quod
tunc cū adhuc iuuenis videretur viginti fortaſſis ānorū/pulchritudinis
magne/cōſpectꝰ omniū vitare cōſueuiſſet/ ne qua propter miraculū vultus eiꝰ/ex
Arriani ſuſpitione quorūdā/macula notaretur. quo in tēpore accidit: vt Arriani ſub Cō-
Conſtātiuſ ſtātio impatore/ꝑ prepoſitū eiꝰ Euſebiū beato Athanaſio alexādrino epiſcopo fa
imperator cerēt factionē/& execrādas ei criminū calūnias excitarēt. Tunc igiẗ ille venerabilis/
Euſebius corruptū iudiciū pollutūq; declinās:nō amico/ſe nō clerico/nō parēti/ nō cuiq̄ a-
lii credidit atq; cōmiſit/ſed cū ſubito qdā prefecture apparitores/ ipſū iueſtigātes/
domū eiꝰ itraſſent/tunica ille tātū ſua/birroq; veſtitꝰ/medio noctis fugiēs: ad hāc
virginē venit. ad quā tā iopinatē rei nouitate ꝑterritā/his ſanctꝰ epiſcopꝰ loquutꝰ
eſt verbis. ab Arrianis inqt plurimū queror/& calūnioſis criminibꝰ icuſor: ne igiẗ
et ego irrationabili nota deformer/& propter me q ad meā penā inique parati ſūt
in peccatū ruāt/fugiēdū magis credidi. Deꝰ autē michi hac nocte reuelare dignatꝰ
eſt/dicēs: apud nullū ita vt apud illā/ ſcias te poſſe ſaluari . at illa tūc gaudio leticie
ſpiritualis erecta/proiectiſq; cogitationibꝰ vanis : cepit totis ſenſibꝰ eſſe cum deo/
ſanctūq; illū virū ꝑ ſex ānos intra celle ſue ſecreta celauit/quo ad memoratꝰ Cōſtā
tius vixit. ipſa illi abluēs pedes: ipſa ꝑ ſe oīa & quecunq; neceſſaria erāt preparans
ac miniſtrās/libros quoq; quos ille q̄rebat mutuo ſumēs/ atq; illi prebēs legēdos.
Nullus tamē hominū in alexādria ciuitate ꝑ ſexēniū totū/vbinā ſanctꝰ Athanaſiꝰ
degeret: potuit inuenire. vbi mors autē primū Cōſtātii nūciata eſt/ & hoc ad au-
res ipſius venit : nocte rurſus vt fecerat priꝰ/indutus bene propriis veſtibꝰ in eccle
ſia ſubito ſtupētibus cūctis & admirātibus inueniẗ. Quē oēs tūc veluti ex mortuis
ſuſcitatū: ſe videre credebāt. amicis autē intimis ſuis ſatiſfaciebat/ hoc dicens; pro-
pterea me ad veſtras nō cōtuli latebras/vt tuto iurare poſſetis/ vbinā degerē vos
neſcire dicētes. & propterea qa neceſſe erat vbiq; me queri : in cella vero illius vir-
ginis latui/ vbi me celari nulla poterat eſſe ſuſpitio/eo ꝙ & pulchra & iuuenis vi-
deretur. dupliciter hoc meo cōſilio gaudēs:quod & me lucrifacerē/& ſalutē ipſiꝰ.
Profui enim & ipſi: & fame vel glorie mee.

¶ De Iuliana. Cap.LII

IVLIANA Q Vedā iterū virgo noie Iuliana/ in ceſarienſi capodocie ciuitate ſchola-
Origenes. ſticiſſima eſſe/ac fideliſſima dicebaẗ : que Origenē illū qui multa cōſcri-
pſit/paganorū ſeditiones metuēdo fugiētē/ꝑ bienniū totū ſuſcepit atq;
celauit. propriis ei ſumptibꝰ neceſſaria cuncta ſufficiēs:ac miniſterio ſuo eundē re-
creās. Que ego in vetuſtiſſimo quodā codice ſcripta verſibꝰ legi: in hoc notatum
erat origenis ipſiꝰ manu/hūc inqt libellū inueni apud virginē quādā noie Iulianā
Symmachus in ceſarea ciuitate/dū apud ipſam laterē. que illū ab ipſo ſymmacho interprete iu-
deorū: ſe accepiſſe referebat.nō ſine cauſa autē virtutes quoq; harū poſui femina-
rū: vt ſciamꝰ quod multis proficere modis poſſumꝰ/ſi velimꝰ.In alio quoq; vetu-
Hippolitꝰ. ſto admodū codice/q ſcriptum nomē hippoliti/ eius (quē apoſtoli norant) habe
bat in titulo: relationem hiſtorie inueni huiuſmodi.

¶ De iuuene qui maluit mori q̄ virginē Chriſti ſtuprari. Cap.LIII

DE VIRGINE ET IVVENE N Obiliſſima quedā & pulcherrima (inquit) puella/propoſito virginita-
tis ac vita: i corinthiorū ciuitate degebat. quā eo tēpore cū apud iudicē

paganű quédá tűc pſecutio veſana flagraret: veluti diis ipſorű/ſacrilegiſqȝ impato-
ribus cóuiciantem/nonnulli criminibus impetebant. inſidiabátur autem pulchri-
tudini eius: volebantqȝ ex ea lucrum ti qui huiuſmodi mercium negociatores eſſe
conſueuerant. Iudex vero inſanus amore femineo/ votiuá a calűniatoribus occa-
ſionem veluti quadam alicuius aure quadrupedis: mox accepit. ſed poſteaq̃ ma-
chinamentis atqȝ artibus variis/non potuit eidem perſuadere quod voluit: nouo
contra eá furore deſeuiens/non aut pene eá alicui deſtinauit/aut morti/ſed quod
erat grauius atqȝ crudelius/in lupanari eandem proſtitui precepit. lenoniqȝ ipſarű
turpitudinű: vt ternos ad eum per ſingulos dies ex concubitu ipſius ſolidos exhi-
beret iniunxit. quam pecuniam cum a ſe leno/ſine dubio intelligeret flagitandam:
in omniű eam qui vellent dedit poteſtatem. Quod vbi prede talis accipitres/ verű
eſſe didicerunt: ibant/atqȝ obſeruabant perditionis officinam. datoqȝ infeliciſſime
ſpei precio: loquebantur cum ea optabilium ſibi principia voluptatum. Illa vero
precibus immenſis ſingulos rogans: vulnus quoddam in interiorbꝰ corporis ſui
ſe habere dicebat. cuius ſi venientes ad eam fetorem ſentirét: neceſſario ſemper ef-
fugerét/ipſiꝰ cótagióis horrore. Ob quod vniuerſos miſerabiliter precabatur: vt
paucos eidem cócederét dies/habituri poſtmodű ipſius prout cuperét/& ſine pe
cuniis poteſtaté. Interea dű & iſtis ſic loqtur/& orationes ad dominű ppetuas ac
maximas facit: illis ipſis diebus vidés caſtitaté ſancte virginis deꝰ/cuſtos ſalutis hu
mane/iuuené quédá agéte in rebus tá vultu q̃ moribus bonű/ ita méte cómouit/
vt ille diuino amore accéſus / pro ea cuperet interire. ſub ſpecie ergo turpitudinis
ppetrande: hora profunda noctis ad lenoné lupanaris ipſius venit/ qnqȝ ſolidos
offerés ei/peteſqȝ vt manere ipſi cű eadé nocte illa cócederet. Ingreſſus itaqȝ ad ſe-
cretioré domꝰ pte: ſic affatus eſt virginé. ſurge: ſalua te/ac libera. ſpoliauitqȝ ſe ve
ſtibꝰ ſuis(hoc eſt camiſia/chlamyde/& aliis virilibꝰ rebus cűctis)atqȝ induit puellá
dicés ei. ſűma pte chlamydis vela caput tuű: & velata recede. Que cű ſe ſignaſſet in
nomine domini: ita vt iuſſit egreſſa eſt. quá ſic dominꝰ intactá/icorruptáqȝ ſerua-
uit. Poſtero auté die/cognito oibus hoc facto: agés in rebus ille/ iudici traditꝰ/ac
beſtiarű feritate diſcerptus eſt/vt etiá in hac pte cófuſus erubeſceret demon/ vide-
retqȝ eű tá pro ſua ſalute/q̃ propter beate illius nomé/duplici martyrio coronatű.

¶ De Excomite & Boſphoria. Cap.LIIII

I N ancira galatie prouincie ciuitate: clariſſimű quédá nomine Excomitem
vna cű Boſphoria cóiuge ipſius vidi. quorűqȝ cóuerſatio tantű ſpe bona
fruitur: vt filiorű quoqȝ ſuorű lucra preſentia/futurarű opű pmeditatione ac pro
uiſione cóténát. ná poſſeſſionű omniű redditus/ paupibus & egétibus largiűtur
quattuor habétes filios/ac filias duas. Quibus ne vná quidé vnciá(exceptis iis qui
iá nupſerát) tradiderűt: dicétes/ quod poſt morté parétű futura neceſſario eſſent
oia filiorű. Ipſi auté agrorű ſuorű colligűt fructus: & p eccleſias/& monaſteria/&
xenodochia/cűctoſqȝ egétes ciuitatű/vicorűqȝ diſtribuűt. Hoc etiá ipſis egregiű
& admirandum ſcio. ná cű adeo illi fame quodam tempore laborarent/ vt homi-
nes ne affectibus quidem parcerent ſuis: proprio illi beneficio largitatis/ heretico-
rum gregem ad catholice fidei rectam viam/ & gloriam veram tranſire fecerunt/
plurima in poſſeſſionibus ſuis frumenta condentes/omniaqȝ ea pauperibus &
famen patientibus diuidétes. Ipſa autem ſpecies habitus atqȝ veſtitus memorato-

EXCO-MES. BOS-PHORIA

rum:tam honeſta videtur & parca:vt humiles quidam atq; deſpecti/etiam ex pro
priis veſtibus exiſtimētur . cibus vero eorum ſatis paruus ac tenuis: vitaq; omnis
ipſorum admodū caſta/ac deo probata eſt. In poſſeſſionibus maxime ſuis degūt/
fugientes conuerſationē & illecebras ciuitatū: timētesq; ne ex ipſarum rerū atq; ſer
monū cōmunicatione participata cū ipſis: quadā labe viciorū/a propoſiti ſui tra
mite/deuiare cogantur. ❡ De Magna. Cap.LV.

MAGNA

i N hac eadē galathie ciuitate/multe quidē & alie virgines vſq; ad duū mil
liū/vel eo amplius numerū: abſtinētia grandi/honeſtis valde atq; ornatis
moribus viuūt. inter quas Magna quedā vocabulo/videtur excellere merito ſan
ctitatis/femina multū probata . quā vtrū virginē an viduā vocem : neſcio . mater
enim illā maxima vi coegit:vt nuberet. illa vero ſemp variis modis egrotā ſe ſimu
lans: cōiugem ſuū fefellit/ac diſtulit/vt pura atq; intacta (vt dicitur) permaneret.
Que poſt breue admodū tēpus defuncto marito: cūctarū facultatū domina ſimul
effecta/totā ſe penitus ad deū cōtulit/ſub propoſito ac vita monachorū/honeſtā
proprie domus curā gerēs.Cuius quoties hoc ratio vel neceſſitatis poſtulaſſet cau
ſa: caſtus apud omnes/& ſermo/& conſpectus erat. vt eā propter immēſe meritū
ſanctitatis: epiſcopi quoq; reuereri atq; erubeſcere ſemper ſolerēt. Omnia hec pro
priarū ſuperflua facultatū in peregrinos & debiles atq; epiſcopos trāſeūtes/ diui
dere atq; erogare cōſueuit . neq; a tali vnq̄ opere deſtitit : tā per ſe hoc hilariter &
occulte/q̄ per eos (quos fideliſſimos nouit) ſeruulos faciēs . i nocturnis tamē ora
tionibus ab eccleſia nūq̄ recedēs : in oībus/ abſtinentie ſtudiū/ ſpe vite reſeruās &
exequens. ❡ De monacho miſericordi. Cap.LVI

MONACHVS MISERICORS.

i N hac eadē ſimiliter ciuitate monachū inuenimus quedā: qui ad tale pro
poſitū poſt militiam parui tēporis veniēs/preſbyter quidē fieri (cū ſepius
cogeretur) ſemp recuſauit . viceſimo tamē āno iā in monaſterio degit: huiuſmodi
cōſuetudinē habēs. a ſancto quidē viro ciuitatis eiuſdē epiſcopo/ nō recedit . tāte
autē humilitatis eſt ac tante miſericordie : vt etiā in noctibus totis loca cūcta circū
eat/ manum dādo petētibus . ipſe nō clauſis carcere/ nō egritudine fatigatis/non
pauperibus/nō diuitibus: vnq̄ ſuū in quo deberet aut poſſet/negauit auxiliū. ſed
omnibus conſuluit ſemper/ac profuit : quoſdā quidē duros atq; crudeles ad miſe
ricordiā prouocando/alios vero (ſi hoc debere fieri intelligeret) protegendo/non
nullos pacifica cōcordatiōe placādo/ ceteris quoq; ad corporales neceſſitates/q̄
cunq; paſtus eorum atq; veſtitus ratio exigit/etiam miniſtrando . Eſt autem illic
quod eſſe in maiorib⁹ ſemper ciuitatibus ſolet. in porticu nāq; eccleſie/multitudo
pauperum iacet atq; languentium : ex quibus alii quidem coniugati / alii vero ſi
ne coniugibus eſſe noſcūtur. Contigit itaq; vna dierum hiemis tēpore/ horis no
cturnis/vrgeri quādā mulierē ptus anguſtiis: hac vero pre nimia difficultate ſtimu
lata doloribus atq; vlulāte/memoratus vir beatiſſimus derelicta oratione quam
poſitus tunc in eccleſia ſolēniter celebrabat/egrediēs videnſq; quod miſerāde mu
lieri in huiuſmodi dolore nullus aſſiſteret/nimia pietate commotus (horrore illō
qui parturientium feminarum conſuetudinē ſequitur/pauliſper ſepoſito)ipſe mi
niſteriū obſtetricis aſſumpſit/ne miſericordie genus amitteret.Cui⁹ viri: veſtis qua
induitur / abiecta nimis & vilis eſt . eſca vero caſtigata vehementer & parca . qui
tanto humanitatis retinetur affectu : vt pre deſiderio huius operis / nullum ha

beat ſtudiũ lectionis. nã ſi quis ei ex fratribus donauerit codicẽ: cõtinuo hũc ven
dere cõſueuit. a quo dum quidã cauſam quare id faceret/poſtulaſſet: ita reſpõdit.
vnde probabo magiſtro meo/ꝙ eius artẽ diligẽter didicerim: niſi diſtractis ipſius
codicibus/artis neceſſaria michi prouidere feſtinẽ: hic ergo ſanctiſſimꝰ/huiuſmodi
hodieq; exequẽs actionẽ/ imarceſſibilẽ ſui memoriã nominis/ cũctis illis regionibꝰ
derelinqt. ipſe nimirũ gaudiorũ celeſtiũ pro his que ipẽdit egẽtibus: eterna retribu
tione ſecurꝰ. ❡ Tũc etiã ãcilla dei qdã/virgo cũ aliis virginibus duabꝰ cohabitãs/ DE LAPSIS VIRGINIBVS
abſtinẽtiãq; nouẽ vel decẽ ãnis cuſtodiẽs: a quodã cãtore ſollicitata atq; corrupta
eſt. Que ſtati cõcipiẽs partu explicito/in tãtũ prorupit odiũ corruptoris: vt nimia
cõpũctione peccati/vltra mẽſurã quoq; reſumẽs penitẽtie cõtinentiã/fame ſemet-
ipſam vellet occidere/lachrymoſis precibus iugiter dominũ interpellãs/& dicens.
Tu deus magne/ ꝗ peccata omniũ noſtrorũ/ totiuſq; mundi imoderatã maliciam
portare cõſueſti/qui nõ vis mortẽ peccãtiũ/nec ꝑditione delinquentiũ delectaris/
ſed vniuerſe creature tue probaris eſſe miſericors/ qa tua volũtas eſt cũcta ſaluari:
me quoq; ꝑditã in hoc oſtẽde ſi ſaluti reſtitues/vt quod ex mei peccati perditione
creatũ eſt (ſolitis tuis miraculis ſup me miſerã demõſtratis) ex hac celerius luce tol-
latur/ne minꝰ audita/aut laqueo/aut precipitio perire cõpellar. Cuiꝰ preces exau-
ditas: euẽtus oſtẽdit. ſtatim nãq; quod peperit: morte ſubſtractum eſt. Ex illo igit
die captiuatori quidẽ ſuo/nõ eſt viſa vlteriꝰ: attamẽ ſummis penitẽtie/cõtinẽtieq;
ſe tradidit anguſtiis. Ita vt diuinitatẽ ſibi propitiã cupiẽs reddere: elephãtioſis mu
lieribꝰ/per ãnos triginta ſeruiret. Cuius preces humiles: miſericors dominꝰ nõ fe-
fellit. Reuelauit nãq; cuidã ſancto preſbytero dicens: illa virgo plus michi in peni-
tẽtia/ꝙ in virginitate ſua placuit. hec autem nũc ego dico: vt nemo contemnẽdos
eos credat/qui vere penitentiam egerunt.

❡ De Euſtatio lectore. Cap. LVII

P Reſbyteri cuiuſdã filia/erat apud ceſareã paleſtine prouincie ciuitatem: que EVSTATIVS.
cum in virginitatis eſſe propoſito videretur/preceps ruit. Cui ille a quo in-
ducta eſt atq; corrupta/ perſuaſit: vt factũ propriũ/ in aliũ mẽtiendo trãſferret/&
vt lectori cuidã ciuitatis calũnioſum crimen imponeret. Cũq; iam grauida videre- Tempore
tur/patre vt proderet tãti ſceleris auctorẽ cogẽte: a memorato lectore viciatã eſſe Heraclidis
ſe dixit. Preſbyter vt putabat veritate comperta: ſuggeſſit epiſcopo. Epiſcopus in preſbyteri
conuentũ omniũ clericorũ/lectorẽ fecit acceſſiri. Agitabatur queſtio. Interrogante nubebant.
epiſcopo: lector nichil ſe feciſſe tale poterat confiteri. nam quomodo confeſſio ſe-
queretur: vbi non preceſſerat crimen? Epiſcopus lectori ſuo vehementer iratus/
quaſi qui impudẽter negaret: ei iſta dicebat. infelix & miſer atq; impuritate ſordiũ
plene/non confiteris? Reſpondit hoc lector. Ego quidem quod erat in cõſcientia
mea dixi: nichil me cum hac habere cõmune/neq; peccatum me aliquod quãtum
ad memoratã virginẽ ſpectat/ agnoſcere. Sed ſi vis audire quod non eſt: ego hoc
crimen admiſi. quem iſta dicentẽ/ gradu lectoris depoſuit epiſcopus ſtatim. at ille
tũc memoratũ adiit ſacerdotẽ. & cũ rogaret hoc dicẽs: quoniam qui me peccaſſe
cognoſco/iube ipſam michi in matrimoniũ dari. quia neq; illa iã virgo/ neq; ego
clericꝰ eſſe poſſũ. epiſcopus eã dedit poteſtati eius: putãs ꝙ illã iuuenis ipſe dilige
ret/ ꝙq; nõ poſſet vllo modo ab eadem ſepari. Acceptã igit iuuenis/& tã ab epi-
ſcopo ꝗ a patre traditã ſibi: cõmẽdauit monaſterio feminarũ, quarũ abbatiſſã de-
precatus eſt/vt haberet illic eã/ donec pareret ſuſtentandã. Ipſe vero/ ea derelicta

in monaſterio memorato/in ãguſtã cellula ſe cõcludẽs/arripiẽſq; abſtinẽtiã nimis
difficilẽ: adiit Chriſtũ corde cõtrito cũ lachrymis atq; gemitib⁹/dicẽs. Tu domine
cui nota ſunt oĩa: actus quoq; meos agnoſcis. nec eſt q̃ſq̃ locus: qui omnipotẽtie
tue oculis/ſit occultus/q̃ vniuerſa noſti anteq̃ fiãt. tu ſolus profunda proſpicis co
gitationũ: quarũ ſinceriſſimus atq; acutiſſim⁹ iudex eſſe cõſueſti. Tu auxiliator in
iuſta patiẽtiũ/tu calũniã ſubeũtiũ cõſolator: cui nichil placet iniquũ/ apud quem
mẽſura iuſtitie inacceſſibili ſemꝑ luce ꝑſpicua eſt/ & oẽ opus hominũ corã te eſt.
tue eſt igit̃ equitatis/incõmutabiliſq; iudicii cauſã quoq; meã diuina manifeſtare ſen
tẽtia. Itaq; cũ iuuenis infatigabiliter dominũ ꝓcaret̃/ieiuniiſq; vigilãter ac diligẽter
incũberet: intra breue tẽp⁹/ puella cũ proprios iplẽſſet dies/aduenerat ei hora pa
riẽdi/ſimulq; inſtabat iuſtũ dei iudiciũ. nã cũ eã vrgerẽt vehemẽter gemitus ac do
lores/atq; iã ipſa inferna/calũniatrix miſerãda conſpiceret/neq; expedire ſe partus
ipſius poſſet anguſtiis/tãtũq; cruciatũ a primo vſq; ad ſeptimũ diẽ mulier ſuſtine
ret: intolerabili dolore cõpulſa/cũ iã ſine dubio ſe videret eſſe morituram/ neq; vite
rius aut mãducare/aut bibere/aut ſomnũ oculi ei⁹ capere potuiſſent/hoc maxima
proclamãdo voce dicebat. Ve miſere michi/que ad hoc ꝑiculũ dupliciter veni: pri
mum/ q̃ virginitatem perdidi/ deinde q̃ falſum lectori illi crimen impoſui. quod
ſtatim defert̃ ad patrẽ ipſius. Pater autẽ veritus ne quaſi calũniatorẽ eũ reprehen
derẽt alii: velut incredulus geuit/& tacuit. Per aliud igit̃ biduũ/iminẽte ei diuino
iudicio: neq; moriebatur/neq; pariebat puella. Et quoniã clamores ipſius atq; ge
mitus/diutius circũſtãtes ſorores ferre nõ potuerũt: epiſcopo quod audierãt cele
riter retulerũt/cõfeſſam in dolore hoc etiã dudũ eſſe dicẽtes/ q̃ calũniata memora
to lectori fuiſſet/& iccirco parere nõ valeret. Tũc ad eũ diaconos epiſcopus mittit:
mãdatq; ei. ora inquit: vt calũniatrix tua pariat. quibus nullũ dedit reſpõſum ille:
neq; ap̃uit oſtiũ proprie mãſionis/in qua iugiter ex quo fuerat ingreſſus/ieiuniis/
vigiliiſq; dominũ ꝓcabatur. Pergit igit̃ pater ipſius ad epiſcopũ rurſus/orationes
in eccleſia maxime fiũt: nec ſic quidẽ illa aliquod remediũ ſentiebat. Tũc igitur epi
Euſtatius ſcopus ipſe ad lectorẽ venit. Pulſat oſtiũ / & ingreſſus: hoc dicit. Surge frater Eu
ſtati: & ſolue quod ligaſti. Ipſoq; momẽto: cũ lector vna cũ epiſcopo genua ſua
flexiſſet/mulier enixa eſt. Tãtũq;/iugis inocẽtie oratio valuit: vt & calũnia periret/
et calũniatrix emẽdaretur in penis. & vt poſſem⁹ agnoſcere/quẽadmodũ inſiſtere
SOCIVS orationibus deberemus: quarũ tãtam ſcimus eſſe virtutem.
HERACLIDIS

❡ De ſocio Heraclidis. Cap. LVIII

P Auca nũc de fratre loquar quodã: qui mecũ a principio iuuẽtutis vſq; in
hodiernũ diẽ vixit. atq; ita nunc ponã finẽ meo libello. hunc ego pluri
mũ tẽporis admodũ nouerã/nullo deſiderio mẽtis aut corporis victũ/vel ad ieiu
nãdũ noluiſſe placere hominib⁹/vel ad edẽdũ carnis illecebra ſuperatũ. vidiſſe aũt
eũ exiſtimo tã diuitiarũ q̃ vane glorie ex ꝑte maiore cupiditatẽ/ atq; id ſolũ ſuffice
re credẽtẽ/quod haberet in manibus. Nullo ornatu veſtiũ delectabat̃. pro cõtẽptu
etiã ſuo/ſemꝑ gratias agere cõſueuerat. & pro veris amicis: etiã ꝑiculũ ſubire cupi
ebat. expertus eſt etiã millies & forte ãplius/demonũ poteſtates: vſq; adeo vt qua
dã die paciſci cũ eo diabol⁹ vellet hoc dicẽs. Promitte michi vel ſemel te peccaturũ:
et feminã tibi quãcũq; de hoc mũdo deſideraueris/ exhibebo. Alio quodã tẽpo
re ꝑ quattuordecim noctes cõfligens cũ eo demon (ſicuti ipſe michi referebat) cum
pedibus eũ nocte de cella ſua traheret/humana ei voce dicebat. noli adorare chri

ſtum: & nūq̄ ad te vlterius accedā. cui hoc dabat ille reſpōſum. propterea ingens
magis & adoro eū/& iugiter adorabo: & in imenſum modū admirabor gloriam
ipſius ac ſtupebo. qui hoc ipſo quod facio angeris multū: atq3 cruciaris. centū &
ſex ciuitates ipſe cognouit: lōgo etiā tēpore in plurimis moratus eſt. fauore & mi
ſericordia Chriſti feminā expertus eſt nullā: neq3 inter ſomnia niſi in certaminis vi-
ſione/atq3 cōflictus. Scio & eū ter accepiſſe ab angelis cibū. vno autē die in vaſtiſſi
mis ſolitudinū locis: cū ne micā quidē panis haberet/tres calidos in pelle ſua rep-
perit Paximates. Alio quoq3 tēpore: vinū ac panes pariter inuenit. quodā die cū
alicui dixiſſe reminiſcor: quod angelo loquēte hec audierit. didici & quod alimē-
ta vite neceſſaria nō haberes: vade inquit/& ab illo frumētū atq3 oleū tibi datur.
Cūq3 ad eū ille ipſe veniſſet: is ad quē fuerat ipſe trāſmiſſ⁹/ait eidē. tu ille neſcio qs/
et ille ſe eſſe reſpōdit. ad quē dixit hoc ille: iuſſit aliquis vt tibi triginta frumēti mo
dios/& decē olei ſextarios darē. de hoc ergo maxime gloriabor qui talis fuit: quē
noui frequēter/ cū videret aliquos neceſſitate grauiſſima ac penuria laborare/mul
tū fleuiſſe/& dediſſe iiſdē preter corpus ſuū quecūq3 habere poſſet. noui etiā pro
aliquo monacho/qui inciderat in peccati ruinā: tātū in precib⁹ ſuis fudiſſe lachry-
marū/vt eū ad penitētiā magnā/orādo ac flēdo reuocaret. hic idē michi aliquādo
iurauit/hoc dicēs: deprecatus ſum dominū/ne vnq̄ aliq̄d maxime a peccatore vel
diuite ex iis que neceſſaria victui vel vſui meo viderētur/acciperē. ❡ Michi tamē
hoc ſufficit: quod merui tātorū meminiſſe ſanctorū/& quod tradidi eos memorie
litterarū. neq3 eni ſine inſtinctu dei ad hoc tuus ſenſus acceſus eſt: vt velles a me ti-
bi iſta cōſcribi/& vt iſtorū omniū vitas cōprehēdi preciperes hoc libello. Tu vero
feliciſſime chriſti famule Lauſe libēter hec recole: maximā in his imaginē reſurrectio
nis agnoſcēs. Beatas ſanctorū vitas virorū/ & intolerādos labores & admirādā
pacietiā lege: promotiſq3 ſenſib⁹ ſequere/& ſpe rerū bonarū/celeſtiūq3/nutri ſciēs
paucos fore q̄ ſequētur eos/qui hos preceſſerūt dies. Pro me autē orare dignare:
taleq3 te michi atq3 oībus prebe/qualem eſſe te noui acōſulatu Titiani vſq3 in pre-
ſentem diem/& qualem poſtea te preſulem cubiculi p̄te ſedis inueni. nanq3 opes/
dignitas/& poteſtas: in nullo minorem te erga amorem dei/timoremq3 fecerūt.
Totus ille iam Chriſti es illius: cui aliquando demon hoc dixit/ omnia tibi iſta da
bo: ſi pronus me volueris adorare.

❡ Peroratio libri ad Lauſum. Caput vltimū.

Vlti quidē multos/varioſq3 libros diuerſis tēporibus huic ſeculo reliq̄-
m rūt/in quorū alii ſupna inſpiratione/& gratia diuinitus data/ edificaue-
rūt ac munierūt eos: q̄ fideli propoſito inſtituta/atq3 veſtigia ſaluatoris
ſequūtur: alii vero ſolis hominibus placere cupiētes: corrupto atq3 viciato mētis
ingenio/veluti quadā aerū cōfuſione veſani/iolati ſunt eos/qui cupiditate glorie
laborāt. nōnulli autem furore neſcio quo & inſtinctu demonis (qui rebus bonis
inimicus eſt) rabida elatione cecati: in pnicię leuitatis humane & in diuine/atq3 ca
tholice eccleſie maculā / ſtolidorū animos occupauere mortaliū/ad euertādā mo-
rū laudabiliū/diſciplinā. Michi quoq3 homini humillimo placuit (dū magnitudi
nis tue / quē ſcio amatorē eſſe doctrine: erubui non obedire preceptis/quibus ad
meliora animi prouocātur) triceſimū quidē ac tertium agenti annū quaſi in nume
ro fratrū vitaq3 monachorū/viceſimū autē epiſcopatus/ quinquageſimū vero &
tertiū etatis vniuerſe tibi deſiderāti patrū noſtrorū geſta cognoſcere/nō virorū tā-

tum/ſed etiam feminarũ/quos ipſe viderim/quoſq; aliis referentibus nouerim/cũ
quibus deſerta egypti peragrauerim/lybie/thebaidis/ſyene/in quib⁹ & ii quos ta-
beneſiotas dicũt/morãtur. circa fines quoq; meſopotamie/ſyrie/ paleſtine/& ſub
occidentalibus plagis roma/ atq; campania/ & ceteris circa ipſa loca deſcribere/et
(vt ſuperius comprehendi) enarrare a principio omniũ vitas ex ſupradictis regio-
nibus hoc libello: vt honeſtũ/& anime profuturũ cõmonitoriũ gerens (id eſt pe-
renne meditamentũ veritatis) omnẽ quidem obliuionis ex irrationabili deſiderio
reſpuas ſomnũ/ omnẽq; duplicis dolum mentis/a fide rerũ neceſſariarũ ſecludas/
cum vniuerſa pigritudine morũ bonorũ/& deformi anime defectione/& vt iracũ
die quoq; motũ/conturbationẽ atq; triſticiam/& irrationabilẽ metũ per iſta decli-
nãs/etiam a vacatione ſeculi vana/amore perpetuo circa propoſitũ pie religionis
effulgeas/dux beate vite tibi & qui tecũ ſunt/& qui ſub te agunt/ & qui piiſſimo-
rum futuri ſunt imperatorũ . Talibus enim factis ſemper ac meritis/Chriſti amore
flagrantes: deo properãt copulari. per ſingulos tamen dies & redditũ anime qui
proculdubio debetur: expecta/ſecũdũ quod ſcriptũ eſt. Coartor ex duobus/deſi-
deriũ habẽs diſſolui/& eſſe cum Chriſto multo melius . Et iterum. prepara ad p-
fectionẽ opera tua:& eſto in agro operator. nam qui memor ſemper eſt mortis q̃
omnimodo ſine cũctatione & neceſſario ventura eſt: nũq̃ grauia ac magna pecca-
bit. iuxta quod ſcriptũ eſt. In omnibus operibus tuis memento nouiſſima tua:&
in ppetuũ nõ peccabis. Supra cetera vero omnia: neq; que cõmẽdata ſenſib⁹ tuis
fuerint ſalubri relatione/cõtẽnas: nec reſpuas elocutionũ humilitatẽ/ ruſticitatẽq;
verborum. non enim hoc opus diuine doctrine eſt/ vt quis facũde loquatur : ſed
vt omniũ ſenſus/intellectu veritatis inſtituat. ſecũdũ quod dictũ eſt. Aperi os tuũ
verbo dei. Et iterũ/ne pdideris narrationẽ ſenũ . nã & ipſi a ſuis patrib⁹ didicerũt.
Ego itaq;/ homo dei/& ſtupẽde amore diſcẽdi/que optas/vel ex pte quod diuini
tus iubetur imitari: plurimos ſanctos viros vidiſſe me memini/ nec tamẽ id veluti
per tranſitũ & perfunctorie faciẽs/ ſed per triginta & per alios totidẽ pgens dies/.
pedibus (quod ante deũ dicã) iter omne confeci/vniuerſum pene romanũ ſolum
ãbulãdo/cognoſcens itineris moleſtias/libẽter ãplectẽs/vt hominis ſancti & ama-
toris dei cõſpectibus fruerer: quod proculdubio aliter nõ haberẽ . Nam ſi ille qui
abſq; aliqua cõparatione/melior me eſt/quiq; lõge precedit ac vincit totũ mũdũ
De Paulo apoſtolo rerũ peritia/& tuta conſcientie fide Paulus apoſtolus/de tharſo vſq; ad patriã iu-
deorũ ambulando prexit: vt Petrũ & Iacobũ & Ioannẽ videret/& hoc ipſe quaſi
cum quadã iactantia referẽs / proprios diuulgat labores/dũ illos qui ocio atq; ſe-
gnitia torpeſcere videntur/ accẽdit: dicẽs/aſcẽdi hieroſolymã videre Petrum(non
enim illi ſufficiebat ſola fama virtutis: niſi etiam vultũ quoq; ac figuram ipſius vi-
ri cuperet intueri) quãto magis hoc ego decem miliũ debitor talentorũ/facere de-
bui. nõ vt illis ſanctis prodeſſem aliquid: ſed vt michi peccatori/per omnia proui
derem . nã & ii qui ſcripſerũt vitas patrũ ãte noſtrorũ/ſancti Abrahe/Iſaac/ iacob
et qui ipſos ſequũtur/Moyſi/Helie/Ioannis atq; reliquorũ : nõ vt ipſis adiecturi
glorie aliquid retulerũt/ſed vt legẽtibus profuturi. Quapropter hec ſciẽs fideliſſi-
me multũ/venerabilis ſerue Chriſti Lauſe per temetipſum ſuadẽdo melius tibi cõ-
ſulens: etiã noſtrã loquacitatẽ ad cuſtodiendũ in te propoſitũ pie volũtatis ãple-
ctere . que quidẽ variis viſibiliũ/inuiſibiliũq; viciorũ veluti fluctibus: verberatur.
Quã niſi frequẽti oratione & diligẽti anime ad deũ vacatione/ſedare nõ poſſum⁹.

Multi enim fratrũ & laboribus abſtinẽtie/& bonis circa pauperes factis exuberã
tes/alii caſta viduitate gaudẽtes/alii virginitate ſublimes/diuinarũ etiã lectionibꝰ/
et ſcriptionibꝰ litterarũ plurimũ gloriãtes: a recti propoſiti itinere deuiarũt indiffe
renter: quaſi ſub ſpecie cuiuſdã religionis/curioſitatis amore lãguẽtes/ ex qua mul Curioſitatis malum
tiplex animi ſolicitudo generatur. poſtq̃/alienorũ quoq; negociorum cura ſucce
dit: vnde calũnioſi etiã nomẽ incurritur/quo nomine a bonorũ actuũ adminiſtra
tione prohibentur. qua quidẽ nec qui ſolis proprie tãtum anime negociis vacãt:
fruũtur vt matre. Inſiſte igitur viriliter queſo/nõ augens opes (quas tamẽ magis
ſemper iminuis) ſufficiẽter diuidẽs eas omnibus/ quos egere cognoſcis: que profi
ciũt tibi ad miniſteria & fomẽta virtutũ. ne vel te impetus quidã irrationabili anti
cipatiõe preueniat: vt dũ hominibus placere feſtines/honeſti propoſiti volũtatẽ/ Ne quis ſe ſine diſcretione liget
ſacramẽti vinculis liges. quod ꝑpeſſos nouimꝰ plures: q vane glorie cõtẽtione in
cibis vel potibꝰ abſtinẽdis / in ſeruitutẽ quodãmodo redegerũt iuriſiurandi neceſ
ſitate liberã illã quã in ipſis deus fecerat volũtatẽ. quibus ſacramẽtis propriis obli
gati/dũ promiſſa implere nõ poſſunt/& deformiter amore viuendi ac voluptate
retinẽtur: ex neceſſitate (cui ſua ſubiacẽt culpa) piurii crimẽ incurrũt. Si igitur ſola
ratione his rebꝰ abſtineas/& ſola iterũ ratione eaſdẽ cũ velis ſumas:nũq̃ profecto
peccabis. deus enim q ratio eſt / ea que mouẽtur i nobis arcanis cõmẽdat auxiliis/
illa quidẽ dãnãs que ledũt/ãplectẽs vero atq; ſuſcipiẽs illa que proſunt. Nã iuſto
(inquit) poſita lex nõ eſt. melius eſt autẽ vinũ cũ ratione potarẽ: q̃ cum arrogan
tia & faſtu aqua. Et ſi videtur/aduerte eos quidẽ qui rationabiliter vinũ bibũt/eſſe
ſanctos viros: q autẽ ſine ratione aquã/vicioſos eſſe homines ac profanos. Neq;
ob hoc vnq̃ ipſam ſpeciẽ quã deus fecit/aut vituperãdã/ aut laudandã putes: ſed
illos aut beatos ſecũdum propoſitũ ſuũ arbitreris/ aut miſeros/qui bene vel male
ipſis rebus vtũtur. bibit aliquãdo Ioſeph apud egyptios vinũ: nec tamẽ ſapiẽtiã Ioſeph
ſuã leſit/eo quod propoſitũ mẽtis ſue ante muniuit. Pythagoras autẽ & Dioge- pythagoras
nes & Plato (inter quos manichei quoq;/omniſq; eorũ qui ſibi ſapiẽtes videbãtur Diogenes.
caterua) in tãtã vane glorie cupiditate progreſſi/inciderũt damnationẽ/vt ipſum plato
quoq; factorẽ omniũ ignorarẽt deũ. & idola ipſi q̃ fecerãt: adorarẽt. Vſus eſt et Manichei.
apoſtolus Petrus vino: cũ reliquo diſcipulorũ choro. Vnde & ipſe ſaluator eorũ petrus
dẽ magiſter: a iudeis videtur eſſe reprehenſus/dicẽtibus cur diſcipuli tui non ieiu Diſcipuli
nãt ſicut Ioannis. Qui rurſus inſultabãt: & ipſis diſcipulis dicebãt. Magiſter veſter domini.
cũ publicanis mãducat & bibit. Q: autẽ nũq̃ propter panẽ & aquã ſolã/reprehẽ-
ſi fuiſſent/niſi propter vinũ vel carnes: poteſt fieri manifeſtũ iis qui irrationabili-
ter eos quidẽ qui bibũt vina/deſpiciũt. eos autẽ qui aquã ſolẽt haurire: mirantur.
Saluator ergo dicebat. venit Ioannes in via iuſtitie/neq; edẽs/neq; bibens (carnẽ
ſine dubio dixit & vinũ. nã ſine aliis ſpeciebus: profecto nec viueret) & dicũt. de-
monẽ habet. Venit filius hominis mãducãs & bibẽs: & dicũt. Ecce homo vorax/
et potator vini/amicꝰ publicanorũ: eo quod cũ ipſis mãducaret & biberet. Quid
nos ergo faciemus? Neq; illos qui vituperãt neq; eos qui laudant ſequamur: ſed
aut ratione ieiunii cũ Ioanne teneamus / etiã ſi demonẽ habere dicamur/ aut cũ
Ieſu Chriſto/ſapiẽter vina bibamus/quãdo hoc requirit neceſſitas corporalis/etiã
ſi nos aliqui ob cibũ carnis/& vini potũ (vt illũ iudei) aliquãdo reprehendãt. neq;
vti ergo iſtis/neq; ab his abſtinere iuxta veritatem rei/aliquid eſſe arbitreris: ſed ſo

Iam fidem que dilectione & operibus extéditur/plurimũ valere cognoſcas. Igitur
cuius actibus ſemp inherere cernitur fides: propter ipſam inculpabilis erit/ſiue mã-
ducauerit memorata ſeu biberit. omne enim quod nõ eſt ex fide: peccatũ eſt. Sed
quoniã vnuſquiſq; delinquẽs/id quod agit ex fide ſe agere dicit: etiã cũ aliqd ſtul-
ta pſuaſione & corrupta atq; viciosa cõſciẽtia facit/ita hoc ſaluator noſter diſtin-
xit vt diceret/ex fructibus eorũ cognoſcetis eos. nã ꝙ eorũ q rationabiliter viuũt/
atq; ſapiẽter ſecũdũ apoſtolũ iſte ſit fructus/hoc eſt caritas/gaudiũ/pax/lõganimi-
tas/mãſuetudo/bonitas/fides/cõtinẽtia/atq; ſimplicitas: profecto manifeſtũ eſt.
Paulus eni dicebat: fructus autẽ ſpiritus eſt/hoc & hoc. quod vero is q huiuſmo-
di fructus habere feſtinat: nõ intẽpeſtiue/neq; ſine cõſideratione/aut carnẽ edat/
aut vinũ bibat/& quod neq; cũ eo habitet/ cuius cõſciẽtiã magis norit malignã.
Paulus iterũ ipſe dicebat: quia vnuſquiſq; q ſe ad agonẽ parat ab omnibus ſe ab-
ſtinet. ſed vt corpore videatur incolumis: abſtineat ſe ab iis que faciunt craſſiores.
cũ autẽ infirmitate aliqua/aut dolore vexatur/ aut triſtitia vel qbuſdã tẽtationib⁹
mordetur: vtatur quidem cibis aut potibus tãq̃ medicamẽtis / que poſſint curare
ſolicitos. Abigat autẽ a ſe ea: qbus anima vulneratur/hoc eſt iracũdiã/inuidiam/
amorẽ vane glorie/& recte volũtatis defectionẽ/inſuſurrationes quoq; & irratio-
nabiles ſuſpitiones/agens domino gratias ſempiternas. Sufficiẽti igitur ſuper hoc
diſputatione decurſa: aliã rurſus adiũgo docilitati tue monitionẽ. vt omni virtu-
te mẽtis diffugias cõſpectũ eorũ atq; colloquiũ: quorũ cõtrariũ eſt bone vite pro-
poſitũ. q penitus prodeſſe nõ poſſunt: & qbus cura eſt varia/cutẽ corporis expo-
lire/etiã ſi recte cultores fidei memorẽtur. ſed vita (vt ita dixerim) pverſe ſecte ho-
mines: q animas ſub ſpecie ſanctitatis euertũt/etiã ſi canitie/& colore & oſtẽtatõe
rugarũ/numerũ quodãmodo trahere videãtur annorũ. qa & ſi nulla eorũ leſio-
ne maculeris morũ probitate munitus: vel leuiter certe aut reſolueris vt ſecurior/
aut erigeris vt melior. & vitupabis tales atq; ridebis: quod nõ ſine noxa tui te fe-
ciſſe cognoſces. ſanctorũ autẽ virorũ ac feminarũ velut lumẽ ſplẽdẽtis feneſtre/ſe-
ctare cõſpectus: vt p illorũ venerãda colloqa tãq̃ minutis codicẽ litteris ſcriptum
poſſis diligẽter inſpicere/ act⁹ quoq; & cordis arcana ex ipſa cõparatione cogno-
ſcere/& ſiue diligentiã ſeu negligẽtiã tuã curioſius approbare. nã & ipſe hominũ
religioſorũ color (quo predicabiles mores vt flore velantur) & amictus veſtis/&
incõfuſa mens animi abſq; vllo ſupcilio ſermonis inflati/& verecũda/ipſarũ quo-
q; reuerẽtia ſyllabarũ/& grata digeſtio ſenſuũ atq; verborũ: ſufficiẽter animare te
poterũt/etiã ſi anxietatis alicui⁹ tedio fatigeris. amictus enim viri/ & mot⁹ pedũ/
et dentiũ riſus: ea que in ipſo vidẽtur eſſe ſignificat/ſicut ſanctarũ ſcripturarũ pro-
uerbialis ſermo teſtatur. habẽti igitur promiſſe narrationis libellũ: nullo tibi neq;
in ciuitatib⁹/neq; in vicis/neq; in ſolitudinib⁹ eſſe incognitos/relatione mea ſum
paſſus. Neq; enim locus queritur ſolus/ in quo tales habitauerint viri: ſed recte e-
tiam vite propoſitum/& predicabiles mores.

LIBRI HERACLIDIS EREMITE ByTHINIE EPISCOPI
de ſanctis Egypti & variorũ locorũ patribus / qui Pa-
radyſus (hoc eſt ortus) appellat: Pariſiis Ex offici-
na Bellouiſiana/ad laudẽ dñi
noſtri Ieſu Chriſti ſaluatoris oim/& ãno eiuſdẽ M diii.xdii Februarii

FINIS

¶ RVFINVS GAVDENTIO EPISCOPO. S. D.

O Pus quod olim venerãde memorie virgo ſiluia iniũxerat/vt Clemẽtẽ noſtre lingue redderem⁹/& tu deinceps iure hereditario depoſcebas: licet multas poſt moras/tamen aliquãdo reſtituimus. Predam/non paruam vt opinor/grecorũ bibliothecis direptã/ noſtrorũ vſibus & vtilitatibus cõuectamus: vt quos propriis non poſſumus/ peregrinis nutriamus alimoniis. nã ſolent ſuauiora videri peregrina: interdũ vero & vtiliora. Deinde peregrinũ eſt pene omne/quod medelã corporibus confert: quod morbis occurrit/quod venena diſcutit. Iudea balſami lachrimam: creta comam dictami mittit. Arabia flores aromatũ: & ſpicarũ nardi india ſegetem metit. que ad nos etiã ſi aliquantulo ꝙ proprius ager attulit/fractiora perueniũt: odoris tamẽ gratiã/vimqꝫ medẽdi integrã ſeruant. Suſcipe igitur anime mi redeuntẽ ad te Clementẽ noſtrũ: ſuſcipe iam romanũ. Nec mireris: ſi forte tibi in eo minus ſolito/ floridus eloquẽtie vultus appereat. nichil intereſt: dũmodo ſenſus eadẽ ſapiat. Peregrinas ergo merces multo in patriã ſudore tranſuehimus: & neſcio ꝙ gratus me ciuiũ vultus accipiat/magne ſibi gratie ſpolia deferentẽ/& occultos ſapientie theſauros noſtre lingue claue/reſerantẽ. Sed votis tuis faueat deus: vt nullus nobis ſiniſter oculus/ nec cuiuſꝙ liuidus occurrat aſpectus. ne extremo prodigii genere/cum nichil inuideant illi quibus aufertur: liueſcant tamen iſti quibus cõfertur. Equũ eſt ſane tibi/ qui hec iam grece legeris: ne forte in aliquibus minus a nobis ſeruatũ tranſlationis ordinẽ putes/interpretationis noſtre indicare cõſiliũ. Puto quod nõ te lateat Clemẽtis hui⁹ in greco eiuſdẽ opis anagnoſeon (hoc eſt recognitionũ) duas editiões haberi: & duo corpora eſſe librorum. in aliquãtis quidẽ diuerſe/in multis tamen eiuſdẽ narrationis. Deniqꝫ pars vltima huius operis/in qua de trãſformatione Simonis refertur: in vno corpore habetur/in alio penitus non habetur. Sũt autẽ & quedam in vtroqꝫ corpore de ingenito deo/genitoqꝫ differta/& de aliis nõnullis: que vt nichil amplius dicam/ exceſſerũt intelligentiã noſtram. Hec ergo ego tanꝙ que ſupra vires meas eſſent: aliis reſeruare malui/ꝙ minus plena proferre. in ceteris autẽ quantũ potuimus operã dedimus: nõ ſolũ a ſententiis/ ſed ne a ſermonibus quidẽ ſatis/elocutionibuſqꝫ diſcedere. Que res ꝙuis minus ornatũ: magis tamen fidele narrationis reddet eloquiũ. ¶ Epiſtolã tanc idem Clemens ad Iacobũ fratrem domini ſcribẽs/de obitu nũciat Petri: & ꝙ eũ reliquerit ſucceſſorẽ cathedre & doctrine ſue/in qua etiã de omni ordine eccleſiaſtico cõtinetur.ꝙ a me interpretata/atqꝫ edita eſt. ſed quod in ea nõnullis fortaſſe videtur incõſequens: ſi hic explanetur/nõ puto abſurdũ videri. quidã enim requirẽt: quomodo cum Linus et Cletus in vrbe roma ante Clementem hunc/fuerint epiſcopi/ipſe Clemẽs ad Iacobum ſcribens ſibi dicat a Petro docendi cathedram traditam. Cuius rei hanc eſſe accepimus rationem: quod Linus/& Cletus fuerint quidem ante Clementem epiſcopi in vrbe roma/ſed ſuperſtite Petro videlicet. vt illi epiſcopatus curam gererent: ipſe vero apoſtolatus impleret officium/ſicut inuenitur etiam apud ceſaream feciſſe. vbi cum ipſe eſſet preſens: ʒacheũ/tñ a ſe ordinatũ habebat epiſcopũ. Et hoc modo vtrũqꝫ verũ videtur: vt & illi ante Clementem numerẽtur/& Clemens tamen poſt obitum Petri docendi ſuſceperit ſedem. Sed videamus quonã ipſe Clemens Iacobo fratri domini ſcribens: opis ſui ſumat narrationis initium.

SILVIA VIRGO

Iudea. Creta. Arabia. India.

Greci hũc librum: Recognitiones Clemẽtis appellant parſilla de igenito genitoqꝫdeo: cognoſcetur ab Eunomio/aut ab iis q Eunomiu ſeqbãtur erro rẽ/viciata. vt & epiſto la pauli ad Chorithios a Martione corrupta fuerat. merito igitur illud Eunomiũ i terptandũ nõ fuit: vt neqꝫ Martion i paulo.

EPISTOLA CLEMENTIS AD IACOBVM EPISCOPVM HIEROSOLYMITANVM.

c

Lemens Iacobo /epiſcopo epiſcoporum ſanctam hebreorum hiero-
ſolymis moderanti eccleſiá/ſed & omnib⁹ eccleſiis que vbiq; dei pro
uidentia fundate ſunt/cum preſbyteris & diaconibus/& ceteris om-
nibus fratribus: pax ſemper. Notũ tibi domine facio: quia Simon petrus/qui ve-
re fidei merito & integre predicationis obtentu fundamentum eccleſie definitus
eſt/qua de cauſa etiam domini ore diuino/cognominatus eſt Petrus: qui fuit pri-
mitie electionis domini/apoſtolorum primus. cui & primo deus patrem & filiũ
reuelauit: cui & chriſtus competenter beatitudinem contulit. quia & vocat⁹ ele-
ctus: & cõuiua domini/ & comes effectus tãquam bonus & probatiſſimus diſci-
pulus. qui occidentis obſcuriorem mũdi plagam/velut omniũ potentior: illumi-
nare preceptus eſt. quiq; integre potuit implere preceptum. Sed quouſq; ſermo-
nem protraho: fugiens indicare quod triſte eſt/quod quidẽ neceſſe eſt licet tarde/
proferre: Hic deniq; ipſe Petrus qui pro immenſa caritate quã erga omnes homi
nes gerebat: palam cũ omni fiducia (aduerſante etiam totius mũdi tyrãno) bonũ
predicare non deſtitit. & regem omniũ ſeculorũ per orbem terre/& ad vrbẽ vſq;
romam (huius notitia/vt etiam ipſa ſaluaretur) inuexit. Hic inquam pro pietate
patiendo: volens preſentem vitã finiuit. ¶ Ipſis autẽ diebus quibus vite finem ſi
bi imminentẽ preſenſit: in cõuentu fratrũ poſitus/ apprehenſa manu mea repẽte
verba petri Clemẽtem ad cetũ cõmẽdãtis
conſurgens/in auribus totius eccleſie hec protulit verba. Audite me fratres & cõ-
ſerui mei: quoniã ſicut edoctus ſum ab eo qui miſit me/domino & magiſtro meo
Ieſu chriſto/dies mortis mee inſtat. Clementem hunc vobis epiſcopũ ordino: cui
ſoli mee predicationis & doctrine cathedram credo. qui michi ab initio vſq; ad fi-
nem comes in omnibus fuit: & per hoc virtutẽ totius mee predicationis agnouit.
qui in omnibus tẽtationibus meis ſocius extitit/fideliter perſeuerans. quẽ pre cete
ris expertus ſum deũ colentem/homines diligentem/caſtum/diſcendi ſtudiis dedi
tum/ſobrium/benignum/iuſtum/patientem/ & ſciẽtem ferre nõnullorum etiam
ex iis (qui in verbo dei inſtruũtur) iniurias. Propter quod ipſi trado a domino mi
chi datam poteſtatem ligandi & ſoluendi: vt de omnibus quibuſcũq; decreuerit
in terris/hoc decretum ſit & in celis. Ligabit enim quod oportet ligari: & ſoluet
quod expedit ſolui / tanq̃ qui ad liquidum eccleſie regulam nouerit. Ipſum
ergo audite: ſcientes quia quicũq; contriſtauerit doctorẽ veritatis/ peccat in Chri-
ſtum/& patrem omniũ exacerbat deum. propter quod & vita carebit. Ipſum au-
tem qui preeſt ceteris: oportet medici vicem agere/& non fere beſtie furore com-
Clemẽs ſe excuſans
moueri eũ/qui ſibi voluit nomen paſtoris vendicare. ¶ Hec Petro dicente. ego
Clemens procidens ad pedes eius: rogabam/excuſans me/& declinans honorem
cathedre vel poteſtatem. At ille reſpondẽs. Pro hoc inquit: ne me rogaueris. hoc
enim fieri ſtatutum eſt michi: & eo magis quo excuſas. quia hec cathedra/eũ qui
cupit eam & audacter expetit/non requirit: ſed ornatum moribus/ & verbo dei
eruditũ. Quod ſi eſſet aliquis melior/ſi quis michi adiutor tam ſedulus extitiſſet/
ſi quis tam plene doctrine mee rationem cepiſſet/ ſed & eccleſiaſticas diſpoſitiões
a me tam plene didiciſſet: habens alium talem/nõ te eligerem/bonum opus ſuſci-

pete nolentem. Superfluum eſt ergo alium querere: cum primitias eorum qui de
gentibus per me ſaluantur/& precipue huius vrbis/ te primũ obtulerim deo. Sed
et illud intuere. quia ſi periculum peccati times/ ſuſcipere refugiens eccleſie guber-
nacula: certus eſto quia amplius peccas/ qui populum dei velut in fluctibus poſi-
tum & periclitanté (cum poſſis) iuuare ſubterfugis/tui tantũmodo habens conſi-
derationé/& non quod in cõmune omnibus expedit prouidens. Sed certus eſto:
quod neceſſe eſt te ſuſcipere omne periculum. quia nec ego pro ſalute omniũ ab
obſecratione ceſſabo. quanto ergo citius michi acquieueris: tanto me citius labo-
ris & triſticie mee merore leuabis. noui etiam o Clemens ꝙ tibi tedia/ moleſtias/
pericula/etiam & opprobria ineruditi vulgi/ indociliſq́ʒ cociliem. que tota men-
te (ſcio) quod conſtanter & fortiter feres / reſpiciens ad illam ſpem que tibi apud
deum/patiétie preparat coronam. ſed & illud te cupio mecum/ iuſta ratione pro-
ſpicere. quando maxime opera tua indiget Chriſtus / nunc cum inimicus aduer-
ſus ſponſam eius cõmouet bellũ/ an in futuro tempore quãdo iam Chriſtus poſt
victoriam triumphabit/nec vltra vllius opera indigebit? Quis non etiã paruũ ſen-
ſus intelligat: quod iſtud eſt tempus/in quo operam tuã Chriſtus requirit? Tota
igitur mẽte in preſenti neceſſitate prebe operã tuam: & auxilium in preliis exhibe
regi optimo/remunerationes magnificas poſt victoriam reddituro. Libẽter ergo
ſuſcipe epiſcopatus officiũ. eo maxime quo eccleſiaſticas diſpẽſationes a me pro-
babiliter didiciſti: vt ſalus eorum qui per nos confugerunt ad deũ/nequaquã va-
cillet. ¶ Verũtamen & breuiter te de ipſius diſpenſationis ordine: coram omni-
bus cõmonere neceſſariũ duco. Te quidem opportet probabiliter & irreprehenſi- **Ammoni-**
biliter viuere: atq́ʒ ſummo ſtudio niti/ vt omnes vite huius occaſiones abiicias. ne **tione & p̃-**
fideiuſſor exiſtas. ne aduocatus litium fias. neue in vlla aliqua occupatione pro- **cepta petri**
ſus inueniaris/ mundialis negocii occaſione perplexus. Neq́ʒ enim iudicem aut co- **ad Clemẽ-**
gnitorem ſecularium negociorũ hodie te ordinare vult Chriſtus. vti ne prefocatus **tem**
preſentibus hominũ curis: non poſſis verbo dei vacare/& ſecundũ veritatis regu-
lam/ſecernere bonos a malis. Iſta náq́ʒ opera que tibi minus congruere ſuperius
expoſuimus: exhibeãt ſibi inuicem diſcentes. id eſt laici. & te nemo occupet ab iis
ſtudiis: per que ſalus omnibus datur. Sicut enim tibi impietatis crimen eſt/ negle-
ctis verbi dei ſtudiis/ſolicitudines ſuſcipere ſeculares: ita & vnicuiq́ʒ laicorũ pecca-
tum eſt/niſi inuicẽ ſibi etiã in iis que ad cõmunis vite vſum pertinent/ operã fide-
liter dederint. te vero ſecurũ facere/& iis quibus debes vacãte: omnes cõmuniter
elaborent. Quod ſi forte a ſemetipſis hoc laici non intelligũt: per diacones edocẽ-
di ſunt/ vt tibi/ſolius eccleſie ſolicitudines derelinquãt. quo ipſa vt dignũ eſt/diſpẽ-
ſare ſufficias: & veritatis verbo abũdantius/& ſtudioſius deſeruire. ſi enim mũdia-
libus curis fueris occupatus: & teipſum decipies/& eos qui te audiũt. nõ enim po-
teris que ad ſaluté pertinent/plenius ſingulis quibuſq́ʒ diſtinguere. & ex eo fiet vt
et tu tanq̃ qui nõ docueris que ad ſaluté hominũ pertinent/ puniaris: & diſcipuli
per ignorãtiã pereant. idcirco igitur tu quidẽ ad hoc ſolũ vacato: vt opportune
et ſine intermiſſione doceas verbũ dei/per quod ſaluté cõſequi poſſint. Illi vero cũ
tanta reuerẽtia verbũ ſuſcipiant: vt qui ſciãt legatũ te & preconé eſſe veritatis/ &
quodcũq́ʒ ligaueris ſuper terrã eſſe ligatũ & in celis/ & quodcunq́ʒ ſolueris ſuper
terrã etiã illic eſſe ſoluendum. quãdoquidẽ & tu (vt dixi) que opportet ligabis: &

Monita petri ad preſbyteros

que expedit ſolues. Et ad te quidem qui prees iſta ſunt monita / & his ſimilia. Ad preſbyteros vero iſta ſunt. Ante omnia vt pudicitie ſtudẽtes: adoleſcẽtes nuptiis ſungant/quo calorẽ feruẽtis etatis/coniugii lege preueniant. ſed ne in prouectioribus quidẽ curã habere huiuſmodi negligant: quia in multis etiã cũ ſenuerit corpus/cõcupiſcentia viget. Ne forte ergo fornicationis labes/occaſione accepta tãq̃ venenũ peſſimũ ſerpat in vobis: cauere & preuenire neceſſariũ eſt/ne quod in vobis adulterii occultũ caleat incendium. Et quid in omnibus peccatis adulterio grauius? ſecundũ nãq; in penis obtinet locũ. quandoquidem primũ illi habent: qui aberrant a deo/etiã ſi ſobrie vixerint. Propter quod & vos o preſbyteri eccleſiam excolite: & adornate ſponſam Chriſti ad pudicitiam. ſponſam autẽ dico/omnem eccleſie congregationem: que ſi pudica fuerit inuenta a ſponſo/ ingentibus ab eo donis & honoribus honorabitur. & vos velut miniſtri ſponſe/ & amici ſponſi: ingenti gaudio & letitia perfruemini. Si vero ſponſa hec reperta fuerit cõmaculata peccatis: ipſa tãq̃ indigna extrudetur a regalib⁹ thoris. vos autẽ penas dabitis: ſi forte per veſtram negligentiã vel deſidiã irrepſerit contagio ſeua peccati. Quapropter igitur ãte oĩa/ſobrietatis & pudicitie ſolicitudinẽ gerite. valde enim apud deũ graue crimen ducitur fornicatio: cuius ſpecies ſunt quidẽ plures/ ſicut & ipſe vobis Clemens diligenter exponet. Verũtamen prima ſpecies adulterii eſt: virum propria ſolũmodo vxore nõ eſſe contentũ/ & mulierẽ non proprio tantũ ſeruare ſe viro. Si ergo caſtus fuerit qs: poteſt & humanus & miſericors fieri/per quod et ipſe eternã a deo miſericordiã conſequatur. Sane ſicut adulterii venenũ/cunctis malis pernicioſius eſt: ita & amor fraternus & caritas/toti⁹ boni faſtigium tenet. Et ideo omnes/diligite fratres veſtros: & cũ religione ac miſericordia reſpicite ad omnes. orphanis exhibete voſmetipſos parẽtes. viduis/ virorũ curã impendite: cũ omni caſtitate que neceſſaria ſunt prebẽtes. iuniores tantũ viduas: nuptiis copulate. iis qui ignorãt artificia: exqrite aliquas honeſtas occaſiones/ quibus victũ neceſſariũ querãt. Artificibus operã prouidete. Debilibus miſericordiã facite. Scio autẽ omnia hec facturos vos: ſi caritatẽ pre ceteris & ante omnia/ in veſtro corde defigatis. cuius caritatis ſuſcipiẽde/maximũ erit fomentũ: ſi frequẽter adinuicẽ cõmunẽ cibũ veſtrũ/mẽſamq; faciatis/& quantũ vnuſquiſq; valet crebrius panes ac ſales ſuos cũ ſuis fratribus ſumat. Per hec enim precipue caritas cõparatur: & cauſa totius boni in huiuſcemodi cõmunione cõſtitit. vbi autẽ pax & bonitas: ibi & ſalus. Propter quod cõmunes facite cibos veſtros: cum iis qui ſecũdũ deũ fratres ſunt/quia ex caritatis fructibus gaudia eterna mercamini. Multo autẽ ſollicitius: eſuriẽtes reficite/& ſitiẽtibus potũ date/nudis veſtimentũ. egrotos viſitate. & eos qui in carcere ſunt: prout poſſibile eſt/iuuate. peregrinos ſatis prõpte: in domib⁹ veſtris ſuſcipite. Et ne omnia nũc ſigillatim dicã: omne bonũ ipſa per ſe ſi in vobis fuerit caritas/facere vos docebit. ſicut ecõtrario eos q a ſalute alieni ſunt: oẽ malũ facere/ odiũ docet. ſi qs ex fratribus negocia habẽt inter ſe: apud cognitores ſeculi nõ iudicẽtur/ſed apud preſbyteros eccleſie/quicquid illud eſt dirimatur/& omni modo obaudiãt inſtitutis eorũ. Sup oĩa autẽ auariciã fugite: que homines occaſione preſentis lucri ab eternitatis ſeparat bonis. põdera/mẽſuras/ſtateras: pro locis qbuſq; equiſſima cuſtodite. depoſita fideliter reſtituite. Que oĩa & ſiqua ſunt his ſimilia /tũ demũ ſolicite & diligẽter implebitis; ſi futurum dei iudiciũ ſine inter

miſſione in veſtro corde voluatis. quis enim peccare poterit: ſi ſemꝑ ante oculos
ſuos dei iudiciū ponat/quod in fine mūdi certū eſt agitādū. vt tādē qui in hac vi-
ta bene egerint/cōſequātur repoſita bona: peccatores autē vt cōſequātur prepa-
ratas penas/de quib⁹ ita futuris dubitare omnino nō poſſum/ ſiqdē cū ita eſſe vē
tura/verus nobis propheta predixerit. vnde & vos qui eſtis veri prophete diſci-
puli/abiicite a cordibus veſtris ante omnia diſcordias/& animorū diſſenſiones: ex
quibus omne opus malū procedit. benignitatē & ſimplicitatē: tota mēte ſeruate.
Quod ſi forte alicui⁹ cor vel liuor/vel infidelitas/vel aliquod malū ex iis que ſupe
rius memorauimus latēter irrepſerit: nō erubeſcat (q anime ſue curā gerit) cōfiteri
hec ei qui preeſt/vt ab ipſo per verbū dei & cōſiliū ſalubre curetur. quo poſſit fi-
de integra & operibus bonis: penas eterni ignis effugere/ & ad ꝑpetue vite ꝑmia
ꝑuenire. ❡ Diacones vero eccleſie tāq̄ oculi ſint epiſcopi/oberrātes/& circūluſtrā
tes cū verecūdia: actus totius eccleſie ꝑſcrutātes diligētius/ ſi quē videāt vicinū fer
ri precipitio & proximū eſſe/peccato/vt referāt hec ad epiſcopū. vt cōmoneri ab
eo poſſit is qui in precipitiū lapſus eſt: vt reuocetur & nō corruat in peccatū. Ne-
gligētiores quoſq; & eos qui rarius ad audiēdū verbū dei accedūt / nec ſolicite ad
epiſcopi tractatū cōueniūt: ipſi cōmoneantur & hortētur. Si enim aſſidui ſint ad
audiendū: nō ſolū vite eterne ex ſalubri cōmunione capiēt lucra/verū & quecūq;
ille ſunt triſtitie vel merores qui ex preſentis vite neceſſitatibus & cladibus tēporū
veniūt/queq; malorū ſermonibus in corde ſuo velut iacula defixa circūferūt/abii-
cientur omnia predicationis veritate/& vite eterne doctrina & eruditione purga-
ta. alioqui ſi multo tēpore auditū ſubtrahant a verbo dei/ & remaneant in cultu
viciorū: ſine dubio deū amiſerūt/ſpinis ac ſentibus occupati. & quid aliud niſi ad
ignem talis hec terra preparabitur: de his ergo (vt dixi) diaconibus cura ſit. ſed &
eos qui ſecūdū carnem egrotāt: ſolicite pergrant. & plebi (ſi forte plebs ignorat)
indicēt de his: vt & ipſi viſitēt eos/& que neceſſaria ſunt prebeāt eis/cū conſciētia
eius qui preeſt. quod tamē etiā ſi clam fecerint: nō peccabūt. ſed & de peregrinis
ſimiliter epiſcopo ſuggerāt refouēdis. & cetera his ſimilia: que ad cultū eccleſie &
ad diſciplinā eius pertinēt diaconib⁹ cure ſint. ❡ Qui catechizant hoc eſt q verbo
inſtruūt incipiētes: primo oportet vt ipſi inſtructi ſint. de anima enim agitur. et
oportet eū qui docet & inſtruit animas rudes: eſſe talē/ vt pro ingenio diſcentiū
ſemetipſum poſſit aptare/ & verbi ordinē pro audiētis capacitate dirigere. debet
ergo ipſe apprime eſſe eruditus & doctus/ irreprehenſibilis/maturus/impauidus:
ſicut ipſi probabitis fore Clementē hūc poſt me. Multū eſt autē ſi ego nūc de ſin-
gulis que vnuſquiſq; habere debeat proſequar: verūtamen illud eſt quod pre ce-
teris ab omnibus vobis cupio in cōmune ſeruari nūc. cōcordiā teneatis: ꝑ quam
ſolū poſſitis portū qetis intrare/& ciuitatē regis ſummi (que pax nominatur) ha-
bitare. Similis nāq; eſt omnis eccleſie ſtatus naui magne: que ꝑ vndoſum pelagus
diuerſis e locis & regionibus viros portat/ad vnā potentis regni vrbē properare
cupiētes. ſit ergo vrbis portus ipſe omnipotēs deus/nauis eccleſia: gubernator ve
ro ſit chriſtus. Tū deinde pro reti: officiū epiſcopus impleat/ preſbyteri nautarū/
diacones diſpenſatorū teneāt locū. qui catechizant/ nautologis cōferātur: epiba-
tis autē/totius fraternitatis multitudo ſit ſimilis. ipſum quoq; mare: hic mūdus ha-
beatur. vētorū vero varietates & turbinū: aduerſis tētationibus cōferātur. perſe-
cutiones & tētationes ac pericula: fluctibus exequātur. terreni vero ſpiritus/q vel

De confeſſione

precepta petri pro diaconib⁹.

De catechizātibus id eſt inſtruētibus i fide

Que pax nomiatur: hec eſt que in eloquiis celeſtis hieruſalē vrbs pacis & paradyſus appellatur

Nautologi: q nauigatōis ratiōnē ponūt

Epibate: q nauē conſcendūt.

de torrẽtibus/vel de cõuallibus ſpirant: pſeudo prophetarũ & ſeductorũ impro
ba doctrine verba ducãtur. Promontoria vero & loca cõfragoſa: ii q in poteſtati
bus ſeculi ſunt iudices/& picula minãtur & mortes. bimaria vero loca que dupli
cibus vnde fallacis eſtibus verberãtur: dubiis mẽte & de promiſſionis veritate nu
tantibus conferantur/ atq ii q irrationabiles fidẽ noſtrã ratione diſcutiunt/ hipo
crite autẽ & doloſi: pyratis ſimiles habeantur. iam vero rapidus vortex & tartarea
charybdis ſaxis illiſa/naufragia/ac mortifere ſubmerſiões: qd aliud exiſtimẽda ſunt
q̃ peccata ? reſtat igitur/vt hec curſu proſpero tuta poſſit portum deſiderate vrbis
intrare/ita deo poſſint precẽ fundere nauigãtes: vt mereãtur audiri. Audiri autẽ a
deo ita demũ merebitur qs: ſi orationes ipſe bonis moribus/& bonis opib[9] ad
iuuẽtur. ſed ante hec/cũ gete & ſilẽtio epibate/id eſt laici in ſuis vnuſqſq reſideãt
locis: ne forte dũ per ingetudinẽ & icõditos/inutileſq decurſus/ſi paſſim vagari
ceperit: vel ab officio ſuo nautas impediãt/vel in alterũ latus p ingetudinẽ eorũ/
nauis pſſa depereat. nautologi autẽ de mercedib[9] cõmoneãt. & nichil oino quod
ad diligẽtiã vel ad diſciplinã ptinet: diaconi negligãt. preſbyteri velut naute: aptẽt
ſingula ad inſtructionẽ nauis/diligẽterq iſtruãt que in ſuo tẽpore gerẽda ſunt. Et
epiſcopus tãq̃ per retia vigilãter & ſolicite gubernatos verbo: cuſtodiat. Chriſtus
ſaluator dominus/gubernator eccleſie: diligatur ab omnibus/ & ipſius ſolius pce
ptis ac iuſſis credat & obaudiat omnis eccleſia. deo quoq indeſinẽter ſupplicẽt a
cũcti pro proſperitate ventorũ: vt nauigãtes omnẽ tribulationẽ/ & omne piculũ
ſuperent/tãq̃ immane profundum iſtius vite humane pelago nauigãtes/ in quo
eſuriendũ ſit & ſitiendũ/nuditatẽ quoq ferendũ/morbos etiã corporis & egritu
dines tolerandũ/inſuper hominũ inſidias ac dolos/ſepe laborandũ. nãq & diſp
gendos ſe nonnũq̃ nouerint: ſed aliquando etiam congregãdos. vomitus quoq

De confeſſione. Suggillationes: concuſſiones/agitatõeſq & excitatiões ad vomitus electionem. Verba petri ad Clementem

et ſuggillationes ferendas: cum ex cõfeſſione peccatorũ/ & relectione criminũ ve
lut male cõgregati in viſceribus fellis/ electio facienda eſt / & abiicienda prorſus a
corde intrinſecus latẽs amaritudo peccati/ſi qua forte ex deſideriis iniquis velut ex
cibis noxiis cõgregata eſt. quam vtiq cũ euomuerit quis/& abiecerit: ingẽtis egri
tudinis liberabitur morbo/ſi tamen poſt vomitũ/que ad ſanitatẽ pertinẽt ſumat.
Verũtamen ſcitote cũcti/quod ſupra omnes vos/laboret epiſcopus: qa vnuſqſq
veſtrũ/ſuũ propriũ feret laborẽ/ ille vero & ſuũ & ſingulorũ. propter quod Cle
mens tãq̃ qui omnibus preeſſe te noueris: ſingulos prout potueris/iuua/& ſingu
los releua. qui & ſingulorũ onus & ſolicitudines portas. vnde & ego nũc tibi in
iũgens diſpenſationẽ: ſcio quia accipio gratiã magis q̃ preſto. ſed eſto confidens/
et fortiter ferens: certus quia laboris tui meritum recipies/cũ ad portũ quietis inco
lumen hanc perduxeris nauẽ. Ibi mercedes & premia pro omniũ ſalute ſuſcipies:
ſi hic pro omniũ incolumitate vigilaueris. Itaq ſi te multi ex fratrib[9]/propter rigo
rem iuſticie odio habuerint: ex hoc quidẽ non lederis/ ſed ex huiuſcemodi odiis/
amor tibi cõciliabitur dei. Et ideo ſatage magis/& refuge ne lauderis ab iniquis: &
ne paſſim a male agẽtib[9] diligaris. ſed potius tu propter iuſtam diſpenſationẽ/ &
equiſſimã regulã diſcipline: a Chriſto collaudari merearis. ¶ Hec cum dixiſſet &
his ſimilia complura: rurſum reſpiciens ad populum dixit. Sed & vos cariſſimi fra

Verba petri ad populum

tres & conſerui mei/huic qui preſidet vobis ad veritatem docendam: in omnibus
obedite/ſcientes quod ſi quis hũc contriſtauerit/Chriſtum qui ei docendi credidit
cathedram non recipit/& tãq̃ qui Chriſtum non ſuſceperit: nec deũ patrẽ ſuſce

piſſe iudicabitur/& ideo nec ipſe ſuſcipietur in regno celorū. Propter quod operā date ad omnem collectam ſemper cōuenire: vt nō velut negligentes & deſides a Chriſto iudice condemnemini. Conuenietes vero ſemper ad Clemente: omnes date operam pro ipſo ſentire/& ſummo ſtudio fauorē veſtrū erga eū dependere. Scientes quia propter ſingulos veſtrum/ipſi magis ſoli infeſtus eſt inimicus: & in ipſum maiora ſuſcitat bella. Oportet ergo vos ſummo ſtudio niti: vt omni erga illū vinculo amoris innexi/pleniſſimo erga eū inhereatis affectu. ſed & vos quoqꝫ ipſi vnanimes in omni cōcordia perdurate: quo facilius eū illi obedire omnes pariter in conſenſu & vnanimitate poſſitis. propter quod & vos ſalutē conſequi: & ille poſſit obtēperantibus ſibi vobis/ promptius impoſiti oneris pondus vehere, quedā autem ex vobiſipſis intelligere debetis: ſi qua ſunt que ipſe propter inſidias hominū malorū nō poteſt euidentius & manifeſtius proloqui. verbigratia. ſi inimicus eſt alicui pro malis actibus eius: vos nolite expectare/vt ipſe vobis dicat/cū illo nolite amici eſſe. ſed prudēter obſeruare debetis: & volūtati eius abſqꝫ cōmonitione obedire/& auertere vos ab eo cui ipſum ſentitis auerſum. ſed nec loqui iis quibus ipſe nō loquitur: vt vnuſquiſqꝫ qui in culpa eſt/ dū cupit omniū veſtrum amicitiā recipere/feſtinet cōciliari ei qui omnibus preeſt. & per hoc redeat ad ſalutem: cū obedire ceperit monitis eius qui preeſt. Si quis vero amicus fuerit iis quibus ipſe amicus nō eſt/& locutus fuerit cū iis quibus ipſe nō loquitur: vnus eſt & ipſe ex illis qui exterminare dei eccleſiā volunt. & cū corpore vobiſcum eſſe videatur: mente & animo cōtra vos eſt. & eſt multo nequior hoſtis: ꝗ illi qui foris ſunt/& euidenter inimici ſunt. hic enim per amicitie ſpeciē que inimici ſunt gerit/ & eccleſiam diſpergit/ac vaſtat. & cū hec dixiſſet in medio corā omnibus manū michi impoſuit: & in cathedra ſua ingenti verecūdia fractū/ſedere me compulit. cūqꝫ ſediſſem: hec ad me rurſus locutus eſt. ❡ Precor te o Clemens corā omnibus qui preſentes ſunt: vt poſteaꝗ ſicut nature debitū eſt/vite preſentis finem fecero/ Iacobo fratri domini deſcripta breuiter/vel que ad initiū fidei tue ſpectant/vel etiam quos ante fidē annos geſſeris/ ſed & qualiter michi ab initio vſqꝫ ad finē comes itineris et actuū fueris/queqꝫ per ſingulas ciuitates me diſputante ſolicitus auditor exceperis/quodqꝫ in predicationibus meis vel verborū fuerit officiū vel actus/ſed & ſi quis me finis in hac vrbe reppererit/omnia ꝗ potes breuiſſime cōprehenſa/ad ipſum te deſtinare non pigeat. nec verearis ne forte multum de meo exitu cōtriſtandus ſit: cū me pro pietate ſubſtinere nō ambigat. Erit autem ei grande ſolaciū: ſi didicerit ꝙ poſt me non imperitus aliquis/aut indoctus atqꝫ ignorans diuini verbi/myſterium & eccleſiaſtici ordinis diſciplinam vel doctrinalem regulam neſciens: ſuſceperit cathedram meam. ſcit enim quia ſi indoctus & neſcius/doctoris officiū acciperet ſine dubio diſcipuli & auditores/ignorantie tenebris obuoluti/in interitū demergentur. vnde & ego domine mi/cum hec ab eo precepta ſuſceperim: neceſſe habui implere quod iuſſerat. Indicans tibi & de his ipſis ſimul/& de illis breuiter cōprehendens que per ſingulas quaſqꝫ vrbes ingrediens/aut in predicatione ſermoneue protulerit/aut in geſtorum virtute perfecerit. quāuis tibi de his plura iā plenius ante deſcripta (ipſo iubēte) trāſmiſerim: & ſub eo titulo quē ipſe precepit affigi/id eſt Clementis itinerariū in predicatione Petri. ſed & nunc exponere iam que precepit Incipiam.

PETRVS ad Clementem

Qꝫ hic liber itinerarii etiā Clementis appelletur

Go Clemẽs in vrbe rhoma natꝰ: ex prima etate pudicitie ſtudiũ geſſi/dũ
e me animi intẽtio velut qbuſdã vinculis ſolicitudinis & meroris/ a puero
innexũ teneret. inerat eñi michi cogitatio (incertũ ſane vnde initiũ ſum-
pſerit) crebro ad memoriã meã cõditionẽ mortalitatis adducẽs/ ſimulq; diſcutiẽs
vtrũ ne ſit michi aliqua vita poſt mortẽ/an nichil oĩno poſtea futurus ſim. ſi non
fuerim ãtea q̃ naſcerer: vel ſi nulla prorſus vite huiꝰ erit poſt obitũ recordatio/&
ita imẽſitas tẽporis cũcta obliuioni ac ſilentio dabit/vt nõ ſolũ nõ ſimus/ſed neq;
quod fuerimꝰ habeatur in memoria. Sed & illud verſabaẽ in pectore. quãdo factꝰ
eſſet mũdus: aut ſi oĩno factꝰ ſit. vel anteq̃ fieret/qd erat: an vero ſemp fuerit. Nã
certũ videbaẽ/quod ſi eſſet factꝰ: eſſet profecto ſoluẽdus. Et ſi ſoluaẽ: qd iterũ erit/
niſi forte obliuio cũcta & ſilentium teget. aut forte aliquid erit: quod nũc ſentire
mortaliũ non poteſt mens. Hec et his ſimilia neſcio vnde indeſinẽter animo re-
uoluens: nimietate meroris incredibiliter tabeſcebam. et quod eſt grauiꝰ: ſi quan-
do reſpuere a me huiuſcemodi curas velut minus vtiles cogitabã/validiores in me
fluctus ſolicitudinũ cõſurgebant. inerat eñi michi comes optima: que me qeſcere
nõ fineret/imortalitatis cupido. Vt eñi poſt/rerũ exitus docuit/ & gratia oĩpotẽ-
tis dei oſtẽdit: hec me animi intẽtio ad inq̃ſitionẽ veritatis/& agnitionẽ vere lucis
adduxit. Ex quo factũ eſt: vt lugerẽ poſt modum eos/quos prius ignorãs/beatos
credebam. Igitur cũ a prima etate in huiuſcemodi animorũ intẽtione verſarer: cu-
piẽs aliqd diſcere/philoſophorũ frequẽtabã ſcholas. vbi nichil aliud q̃ dogmatũ
aſſertiones & ipugnationes videbã agi: ſine fine certamina/arte ſillogiſmorũ con-
cluſionũq; agitari verſutias. & ſi aliquãdo qdẽ optinebat hic ſermo/ quod imor-
talis eſſet anima: gratulabar. ſi quãdo vero arguebaẽ quaſi mortalis: cũ triſtitia di-
ſcedebã. Neutrũ tamẽ in corde meo firmitudinẽ veritatis tenebat: ſed hoc tãtũ itel-
ligebã quod ſentẽtie ac diffinitiões rerũ/nõ pro natura ſui ac veritate cauſarũ: ſed
pro ingeniis defendẽtiũ falſe imaginarẽtur aut vere. eoq; magis in profũdo pecto-
ris cruciabar: ꝙ neq; aliqd ex iis q̃ dicebãtur tãq̃ firmũ tenere poterã/neq; abiicere
deſideriũ regrẽdi: ſed quãto magis negligere conabar/ac ſpnere/tãto ardẽtiꝰ (vt ſu-
pra dixi) velut cũ quadã mole/latẽter ſe iſerẽs huiuſcemodi cogitatio/mẽtẽ atq; a-
nimũ poſſidebat. Coanguſtatꝰ igiẽ inuẽtiõe rerũ: aiebã apud memet ipſum. qd in-
aniter laboramus: cũ manifeſtus ſit terminus rerũ: ſi eñi poſt mortẽ nõ ero: nunc
ſupfluo crucior. ſi vero michi erit vita poſt obitũ: ſeruemꝰ illi vite ſui tẽporis mo-
tus/ne forte iis q̃ nũc patior / aliqua me ibi triſtiora ſuſcipiãt/ niſi pie ac ſobrie vi-
pyriphle- xero. & ſecũdũ nõnullorũ ſentẽtias philoſophorũ: ne Pyriphlegetonti fluuio/vel
geton tartaro (vt ſiſyphus & tityus/ſed & vt iſion ac tãtalꝰ) eternis in iferno ſupplictis
Tartarus tradar. & rurſus michimetipſi reſpõdebã: ſed hec/fabule ſunt. aut ſi ita eſt: in rebꝰ
Siſyphus dubiis preſtat pie viuere. Sed iterũ reputabã mecũ/ quomodo poſſim ſub incerto
Tityus iuſticie premio: a peccati me libidine continereẽ maxime cũ etiã que ſit ipſa iuſticia
Iſion que deo placeat/apud me habetur incertũ. & neq; ſi immortalis eſt anima: an ſit
Tantalus aliquid que ſperare poſſit agnoſcam/nec quid certi ſit futurũ nouerim. nec tamen
Hierophã- quieſcere ab huiuſmodi cogitationibus poſſum. quid igitur agam. hoc faciã. Egy-
te: ſunt ſa- ptum petam: atq; ibi hierophantis vel prophetis qui adytis preſunt amicus effi-
cerdotes ciar/ & pecunia ab eis inuitatũ magũ precabor. vt educat michi animã de infernis

per eam quam necromantiã vocant: tanq̃ de aliquo negocio conſulere cupiẽs. Michi vero hec erit cõſolatio: ſi imortalis eſt anima. probatio autẽ anime quod immortalis ſit: nõ ex eo quod loquitur erit michi certa/ vel ex eo quod audio/ ſed ex eo quod video. vt oculis meis cernens eã: certiſſimã de reliquo immortalitatis eius ſententiã teneã. neq; enim vltra poterit veritatẽ viſus: verborũ fallacia/ & auditio incerta turbare. Verũtamẽ hãc ipſam deliberationẽ meã retuli ad quendã familiarẽ meũ philoſophũ: qui michi cõſiliũ dedit/ ne hoc facere auderẽ. ſi enĩ inq̃t euocãti mago non obediat anima: tu poſt hec tanq̃ nichil eſſe putãs poſt mortẽ/ deſperabilius viues/ quippe qui & illicita tentaueris. ſi vero & aliq̃d ibi videre tibi viſus fueris: que tibi religio/ aut que pietas/ ex illicitis tradetur & impiis? exoſum nãq; diuinitati huiuſcemodi negociũ ferunt: & aduerſari deũ iis qui animas poſt abſolutionẽ corporũ/ vexãt. Ego vero his auditis/ pigrior quidem ſum redditus ad hoc quod parabam/ nec tamen vſquequaq; aut deſiderium ponere poteram/ aut moleſtiam cogitationis abiicere. Cap. II.

Et ne lõga vtar narratione. Cũ his ergo cogitationis mee eſtibus agitarer: fama quedã ſenſim in imperio Tiberii ceſaris (initio ex oriẽtis regionibus ſumpto) peruenit ad nos: & per ſingula cõualeſcẽs velut a deo quidã bonus nũcius miſſus/ vniuerſum orbẽ replebat/ nec patiebatur diuinã maieſtatẽ ſilẽtio tegi. Diffundebatur ergo fama per ſingula loca annũciãs quod eſſet quidã in iudea: q̃ ſumpto a tẽpore veris exordio/ regnũ dei euãgelizaret iudeis/ idq; percepturos diceret eos/ qui mandatorũ ſuorũ & doctrine inſtituta ſeruaſſent. vt autẽ ſermo ei⁹ fide dignus ac diuinitatis plenus eſſe crederetur: virtutes multas & ſigna & prodigia mira efficere iuſſione ſola dicebatur/ ita vt tanq̃ a deo poteſtatẽ habẽs ſurdos faceret audire/ cecos videre. debiles & claudos erigeret: atq; omnẽ infirmitatẽ/ cũctoſq; demones effugaret/ ſed & oblatos ſibi mortuos ſuſcitaret. leproſos quoq; eminus vidẽs curaret: & nichil omnino eſſet/ quod ei impoſſibile videretur. Hec et horũ ſimilia/ proceſſu tẽporis crebris iã nõ rumoribus: ſed manifeſtis quodam modo aduẽtantiũ ex illis regionibus nũciis/ firmabãtur/ & ipſa iam per dies ſingulos rei veritas pateſcebat. Deniq; in vrbe per loca conuẽtus fieri/ & de hoc ſermone tractari ſolebat: atq; in admirationẽ res haberi cepit/ quiſnã hic eſſet qui apparuit/ vel quid nũcii a deo hominibus detuliſſet. donec ſub eodẽ anno vir quidam aſtans in vrbis loco celeberrimo: clamaret ad populũ dicẽs. Audite me o ciues romani: Filius dei in partibus adeſt iudee: promittẽs oĩbus volẽtibus ſe audire vitã eternã. ſi qui tamẽ ſecundũ voluntatẽ eius (a quo miſſus eſt) dei patris: actus ſuos direxerit. Propter quod cõuertimini a malis ad bona/ a tẽporalibus ad eterna: & agnoſcite vnũ deũ celi terreq; rectorẽ/ in cuius iuſtis cõſpectibus/ vos iniuſte mũdũ eius habitatis. ſed ſi cõuertamini & ſecũdũ voluntatẽ eius agatis: ad futurũ ei⁹ ſeculũ veniẽtes/ & eterni effecti/ ineffabilib⁹ eius bonis ac premiis pfruemini. Erat autẽ vir iſte qui hec loquebatur ad populũ/ ex oriẽtalibus locis/ natione hebreus/ noĩe Barnabas: q̃ ſe etiã vnũ diceret ex eius eſſe diſcipulis/ miſſũq; ob hoc/ vt hec volẽtibus indicaret. Quib⁹ ego auditis: cũ reliqua multitudine ſeq̃ eũ cepi & audire quid diceret. intelligebam ſane quod nichil dialectice artis eſſet in homine: ſed ſimpliciter & abſq; vllo dicendi fuco que audiſſet a filio dei/ vel vidiſſet exponeret. aſſertiones enim ſuas non argumentorum virtute muniebat: ſed verborum

Tyberius

Hec fama de domino ſaluatore noſtro agitabatur rhome: qui natus ſub Auguſto/ miracula diuinitatis ſue patefecit ſub Tiberio

Barnabe verba ad romanũ populũ.

Barnabas.

et mirabiliũ que annũciabat/ teſtes multos ex ipſo etiam circũſtante populo producebat. Verũ quoniam ad ea que ſincere dicebãtur: libẽter annuere populus & amplecti ſermonẽ ſimplicẽ cepit: ii qui ſibi eruditi videbãtur & philoſophi/ deridere hominẽ ac ſpernere cepere/ & ſyllogiſmorũ in eũ tendiculas velut validiſſima arma proferre.

Barnabas/ generoſe argutias ſophiſtarum cõtemnit

At ille interritus/ & velut deliramentũ argutias eorũ ducẽs: nec reſponſione quidẽ dignos eos iudicabat / ſed ea que propoſuerat exſequebatur intrepidus.

Queſtio ſtulta ꝓpoſita Barnabe de culice & elephante.

Deniqȝ cũ loquenti ei quidã propoſuiſſet: cur ita factus eſſet culex/ vt cũ ſit animal exiguũ/ & ſex habeat pedes/ inſuper ei addite ſint & ale. elephas vero cũ ſit immane animal/ neqȝ alas habeat: quatuor tantũmodo pedes habet: ad hec ille nec reſpiciens quidẽ: ſermonẽ ſuũ quẽ importuna propoſitione interruperat / continuata intẽtione peragebat. ac ſola ãmonitione per ſingulas quaſqȝ interruptiones addita: nos eius qui miſit nos/ verba facta qȝ mirabilia annũciare vobis in mandatis habemus: fidẽqȝ eorũ que dicimus non ex argumẽtis arte queſitis/ ſed e vobis ipſis/ productis teſtibus/ confirmare. Agnoſco enim plurimos aſtare in medio veſtrum/ ex iis: quos vna nobiſcum memini audiſſe que audiuimus/ & vidiſſe que vidimus. ſit autem in veſtra poteſtate: vel recipere que annũciamus/ vel ſpernere. nos enim quod vobis expedire nouimus: tacere non poſſumus. quia nobis ſi taceamus damnũ: vobis vero que dicimus ſi non recipiatis/ pernicies. Sed & ſtultis propoſitionibus veſtris reſpondere perfacile poſſem: ſi veritatis diſcende quereretis cauſa. de culicis dico atqȝ elefantis differẽtia. ſed nũc de creaturis dicere vobis aliquid abſurdũ eſt: cũ a vobis ipſe omniũ creator & cõditor/ ignoretur. Hec autẽ cum dixiſſet: velut ex vno cõſenſu/ indiſciplinato ore omnes riſum dederũt/ incutere ei verecũdiã/ & ſilentiũ imponere cupiẽtes/ barbarũqȝ ac minus ſane mentis eũ acclamantes.

Clemens

Ego vero cũ hec ita fieri cernerẽ/ zelo quodã neſcio vnde repletus ac religioſo furore ſuccenſus: ſilere non potui. ſed cum omni libertate proclamans: rectiſſime (inquã) deus omnipotẽs abſcondit a vobis voluntatẽ ſuã/ quos agnitione ſui preuidit indignos. ſicut ex iis que nũc agitis: ſane ſapiẽtibus palã eſt. nã cũ videatis predicatorẽ volũtatis dei adueniſſe (quia nullã ſermo eius grãmatice artis ſcientiã profitetur: ſed ſimplicibus & impolitis ſermonibus profert ad vos diuina mãdata/ ita vt oẽs qui audiũt/ ſequi poſſint/ & intelligere que dicũtur) ridetis ſalutis veſtre miniſtros & nũcios/ ignorãtes quia veſtra (qui vobis periti & eloquẽtes videmini) cõdẽpnatio eſt/ quod apud agreſtes & barbaros habeatur veritatis agnitio. que cũ ad vos venerit: nec quaſi hoſpita ſuſcipitur. que (niſi intẽperantia veſtra & libido obſiſteret) ciuis eſſe & vernacula debuiſſet. vt ex his arguamini: quod nõ veritatis amici & philoſophi/ ſed iactantie ſectatores & vaniloqui eſtis. qui veritatẽ non in ſimplicibus verbis: ſed in verſutis & callidis creditis habitare. & innumerabilia verborũ profertis: vnius verbi nequaq̃ precio penſitanda. Quid ergo de vobis futurum putatis vos/ o omnis turba grecorum: ſi erit iudicium dei ſicut iſte dicit? ſed nunc omittentes ridere in perniciem veſtri virum hũc: reſpondeat mihi qui vult ex vobis. quoniãquidem ſolo latratu veſtro obturbatis etiam aures eorum: qui ſalui eſſe volũt. & mentes que ad fidẽ parate ſunt: ad infidelitatis lapſum/ veſtris obturbationibus declinatis. Que vobis erit vnq̃ venia: qui veritatis nũcium/ promittentẽ vobis agnitionẽ dei ridetis/ & iniuriis afficitis? Quẽ vtiqȝ etiã ſi nichil veritatis afferret: ꝑ ipſo tamẽ benignitatis erga vos ꝓpo

ſito/gratum acceptumqꝫ habere deberetis. Hec & his ſimilia cum proſequerer:
plurimus aſtãtis populi fremitus concitabatur. dum alii velut erga hoſpitem mi-
ſeratione mouerentur/meumqꝫ ſermonem/conſequenter habitum probarẽt: alii
petulantes & ſtolidi in me quoqꝫ pariter vt in Barnabam effrenati/animi iracun-
diam concitarent. Sed cum ad veſperam iam declinaret dies: apprehenſa Barnabe
dextera/obluctantem licet/eum ad meam tamen adduxi domũ/ atqꝫ inibi manere
feci/ne quis forte ex indocili vulgo iniiceret ei manus. Cap. III.

a Liquantis igitur diebus vna poſiti: differente eo paucis ſermonem verita
tis/libenter audiebam. Vrgebat tamen profectionem: dicens ſe diem fe-
ſtum religionis ſue qui immineret/omnimodis apud iudeam celebraturum/ ibiqꝫ
de reliquo cum ſuis ciuibus ac fratribus permanſurum/euidenter indicans iniurie
ſe horrore perculſum. Deniqꝫ cum ego dicerem: tu michi tantum eius viri quem
apparuiſſe dicis expone doctrinam/ & ego meis ſermonibus tua dicta cõponẽs/
omnipotentis dei regnum iuſtitiamqꝫ predicabo. & poſt hec ſi volueris: etiã na-
uigabo tecum. valde enim cupio videre iudeam: vobiſcum fortaſſis perpetuo p-
manſurus. Ad hec ille. Tu inquit ſi quidem videre vis patriam noſtram/& diſce-
re que deſideras: iam nunc mecum pariter nauiga. ſi vero aliquid te tenet: ſigna ti
bi habitationis noſtre derelinquã/vt cum venire volueris/ inuenire nos facile poſ Barnabas
ſis. ego enim craſtino aggrediar iter. Quem vbi immobilem vidi: deſcendi cũ ipſo repetit ex
vſqꝫ ad portum/ ac diligenter ab eo ſigna que dixerat habitationis accepi / dicens vrbe iudeã
ei. quia niſi aliquantulum pecunie/ neceſſario michi eſſet a debitoribus repoſcen-
dum: nichil omnino differrem/ velociter tamen inſequar iter tuum. Cum hec di-
xiſſem/commendato eo attentius iis qui naui preerant: regreſſus ſum triſtis. Ha-
bebat enim me recordatio conſuetudinis boni hoſpitis/ & optimi amici. diebus
autem paucis remoratus & iis que debebantur ex parte aliqua profligatis (pluri-
ma enim feſtinãdi ſtudio / neglexi: ne a propoſito impedirer) enauigaui cõtinuo Clemẽs na
in iudeam. & poſt dies quindecim: ceſaream ſtratonis que eſt paleſtine vrbs ma- uigat in iu-
xima/appulſus ſum. cumqꝫ naui egreſſus/ hoſpitium quererem: rumore populi deam
comperi/quod Petrus quidam illius qui in iudea apparuit/ſigna multa ac prodi-
gia diuinitus geſta inter homines oſtẽdit diſcipulus probatiſſimus/ craſtino cum Simon ma
Simone quodam ſamaritano/ex caſtello gettonũ habiturus eſſet verborum que- gus.
ſtionumqꝫ certamen. Quibus ego auditis: rogabam demonſtrari michi eius ho-
ſpitium. quod cum comperiſſem/ atqꝫ ante fores conſtitiſſem: ingerebam me ia-
nitori quiſnam eſſem/atqꝫ vnde aduentarem. & ecce Barnabas procedens ſtatim Barnabas.
vt me vidit in complexus meos cucurrit/gaudio illachrimans: atqꝫ apprehenſum
me manu introducebat ad Petrum. Quem cum michi eminus oſtendiſſet. Hic
inquit Petrus/ quem tibi maximum in dei ſapientia dicebam / cuiqꝫ de te rurſus
ſine ceſſatione locutus ſum. Ingredere igitur tanquam ei bene cognitus: omnia
enim que in te ſunt bona / veriſſime comperit: & religioſum propoſitum tuum
diligenter agnouit / ex quo & ſummo deſiderio agitur videndi te. vnde ma-
gnum ei hodie munus: meis te manibus offero. Simulqꝫ oblato me: ait.
hic eſt Clemens Petre. At benigniſſimus Petrus audito nomine: accurrens PETRVS
protinus inheſit oſculis meis. & poſt hec cum ſedere me feciſſet: ait. Benefe- Clemẽtem
ciſti / predicatorem veritatis hoſpicio recipere Barnabam / nichil veritus populi ſuſcipit.

inſanientis furorē. beatꝰ eris. ſicut enim tu legatū veritatis / omni honore dignū duxiſti: ita te quoqꝫ peregrinantem & hoſpitantem veritas ipſa ſuſcipiet / & ciuē proprie vrbis aſcribet. & tūc tibi erit gaudiū magnū: quod exiguam nūc impartiens gratiā / eternorum bonorū heres aſcriberis. Nūc ergo ne labores michi exponere animum tuū. cuncta enim de te ac de moribus tuis: Barnabas fideli ſermone perdocuit / quotidie pene & indeſinenter / bonorum tuorū memoriā repetens. & vt tibi breuiter tanq̄ vnanimi iam amico / quod in re eſt diffiniā: ſi nichil eſt quod te impediat / iter age nobiſcum / & audi ſermonē veritatis quem habituri ſumus p̱ loca ſingula / vſquequo ad ipſam nobis perueniendū ſit vrbem romā. Nunc & tu ſi quid deſideras: dicito. Cūqꝫ ei expoſuiſſem quid in initio propoſiti geſſerim / & quomodo p̱ inanes effuſus ſum queſtiones / & illa omnia que tibi deo dilecte Iacobe in principiis indicaui (vt ne eadē repetā) libenter promiſi cū ipſo me iter acturū. hoc eſt enim aio: quod cupidiſſime expetebam. Verūtamen prius michi cupio rationē veritatis exponi: & vt ſciam ſi mortalis an immortalis eſt anima. & ſi immortalis: vtrū pro iis que hic agit ducatur ad iudicium. ſed & que ſit iuſticia que deo placeat: ſcire deſidero. Tum preterea ſi factus eſt mūdus: vel quare factus eſt. aut ſi ſoluendus eſt: an in melius renouandus / aut ſi omnino poſt hec nō erit mūdus. Et ne per ſingula progrediar: hec atqꝫ horum ſimilia vt ſe habeāt / diſcere me velle reſpondi.

¶ Collocutio Petri & Clementis. Cap. IIII.

PETRVS

Inſtitutio mala

Sodalitie male

Aſſuetudo mala

Colloquia praua

preſūptiones non recte

a

Ad hec Petrus. Breuiter (inq̄t) tibi o Clemens rerū ſcientiam tradam: & auſculta iam nūc. Volūtas & conſiliū dei latuit homines: multis ex cauſis. Primo quidē pro inſtitutione mala / pro ſodalitatibus peſſimis / pro conſuetudine nequā / pro colloquiis non bonis / pro preſumptionibus minꝰ rectis. Pro his inquā omnibus: primo error / deinde contemptus / tum infidelitas & malicia / auaricia quoqꝫ & vana iactantia / aliaqꝫ his ſimilia mala: velut fumus quidā immēſus vniuerſam domū huius mūdi repleuit / & habitantibus intrinſecus / intuēdi conditorē ſuū / aſpectum liberum nō dedit / neqꝫ que ei eſſent placita perſpiciendi. Quid igitur iis qui ſunt intrinſecus conuenit: niſi vt ex intimis precordiis clamore prolato / auxiliū inuocent eius / quē ſolū domus fumo repleta nō claudit / & accedens aperiat ianuam domus / quo poſſit fumus quidē qui intrinſecus habetur excludi / lux vero ſolis qui extrinſecus ſplendet induci? Hunc ergo qui ad auxiliū domus caligine ignorātie & viciorū fumo replete perquiritur: illū eſſe dicimus / qui appellatur verꝰ propheta. qui ſolꝰ illuminare animas hominū poteſt: ita vt oculis ſuis viā ſalutis euidēter inſpiciāt. Aliter enim impoſſibile eſt de rebus diuinis / eterniſqꝫ cognoſcere: niſi quis ab iſto vero propheta didicerit. Quia ſicut ipſe paulo ante memorabas: fides rerū cauſarūqꝫ ſententie / pro ingeniis magis defendētiū pōderātur. Vnde & eadem cauſa nūc iuſta / nūc putatur iniuſta: & quod modo verū videbatur / alterꝰ aſſertione falſum videtur. Iſta de cauſa religionis ac pietatis fides: veri prophete preſentiā poſtulauit. vt ipſe nobis diceret de ſingulis / prout ſe ipſa veritas habet: & doceret quomodo oporteat de ſingulis credi. Et ideo ante omnia: fidem prophete / omni cū examinatione oportet probari. quē cū cognoueris vere eſſe prophetā: de reliquo cūcta ei credas oportet / nec vltra diſcutere eum per ſingula que docuerit / ſed habere firma & ſancta que dicit. queqꝫ quāuis fide ſuſcipi

videantur: ante habita tamẽ probatione creduntur. Cũ enim ſemel ex initio pro-
phetie veritas examinata cõſtiterit: reliqua ea demũ fide audiẽda ſunt/& tenẽda/
qua eũ doctorem veritatis eſſe iam cõſtitit. Et ſicut certũ eſt cuncta ſecũdũ veritatis
regulã teneri oportere / que ad diuinã ſciẽtiã ſpectant: ita indubitatũ/a nullo alio
niſi ab ipſo ſolo ſciri poſſe quod verũ eſt. ❡ Et his dictis: tam michi aperte & tam
dilucide quis eſſet ver⁹ propheta/ & quomodo iueniretur expoſuit/ vt ego michi
ante oculos habere & manu cõtrectare viderer probationes/ quas de prophetica
veritate protulerat/ingentiq; ſtupore cõſternarer / quomodo ea que omnes que-
rũt/ante oculos poſita nullus videt. Vnde & (iubẽte ipſo) ea que ad me locutus
eſt in ordinem redigens/librum de vero propheta cõſcripſi: eũq; de ceſarea ad te
(ipſo iubente) tranſmiſi. dicebat enim mandatum accepiſſe abs te: vt per ſingulos
annos ſi qua a ſe eſſent dicta geſtaq;/ad te deſcripta trãſmitteret. interea initio ſer-
monis ſui quẽ prima die habuit ad me de vero propheta & de aliis plurimis/ cum
me inſtruxiſſet pleniſſime: addidit etiã hec. vide inquit de reliquo & intereſto di-
ſceptationibus meis. quia ſi quando neceſſitas attulerit: habiturus ſum cũ iis (qui
contradicũt) conflictũ. aduerſum quos diſputans etiã ſi forte inferior viſus fuero:
non formidabo/ne forte de iis que tibi a me ſunt tradita tu in dubiũ venias. quia
etiã ſi ego viſus fuero ſuperari: nõ tamen iccirco & ea que nobis verus propheta
tradidit/infirma videbũtur. ſpero tamẽ ꝙ in diſputationibus ſuperemus: ſi tamẽ
rationabiles ſint auditores & amici veritatis / qui diſcernere valeãt vim ſpeciemq;
verborũ/& agnoſcere quis ſermo ex arte ſophiſtica veniat/non veritatẽ cõtinẽs/
ſed imaginẽ veritatis. & quis ſit qui ſimpliciter ac ſine fuco prolatus: omnem vim
non in ſpecie & ornatu/ ſed in veritate & ratione poſſideat. ad hec ego omnipo-
tenti (inquã) deo gratias ago: quia vt optaui vt deſideraui inſtructus ſum. verũ
tamen de me in tantũ debes eſſe ſecurus: ꝙ de iis que didici abs te in dubiũ venire
non poſſim. vt ſi tuipſe velis aliquãdo fidẽ meã/a vero propheta tranſferre/om-
nino non poſſis: ita pleno ſpiritu hauſi que tradidiſti. & ne putes magnũ tibi me
aliquid polliceri/quod ab hac fide negem me poſſe tranſferri: certũ eſt apud me/
quia quicũq; hominũ hanc de vero propheta acceperit rationẽ/dubitare vltra de
veritate nullatenus poterit. & ideo cõfido de hoc diuino dogmate/celitus defini-
to: in quo omnis ars malitie ſuperatur aduerſus prophetã. etenim neq; argumẽ-
ta neq; ars vlla ſtare ſufficiet/neq; ſophiſmatum/ſillogiſmorũq; verſutie: ſed om-
nis q audierit de vero propheta/neceſſe eſt vt ſtatim deſideriũ capiat ipſius verita-
tis/nec vltra ſub occaſione veri querẽdi/diuerſos patiatur errores. propter quod
domine mi o Petre: nolo ſis vltra ſolicit⁹/tãq̃ de eo qui neſciat quid acceperit/&
quantũ ſibi cõmiſſum ſit muneris. certus eſto ꝙ ſcienti & intelligenti: gratiã con-
tuliſti. nec facile poſſum decipi: propterea ꝙ que diu deſiderabã/cito videor ade-
ptus. poteſt enim fieri vt alius deſiderans/cito adipiſcatur: alius nec tarde ad de-
ſiderata perueniat. ❡ Et Petrus his a me auditis: gratias (inq̃t) ago deo meo/&
pro ſalute tua/ & pro requie mea. valde enim delector: quia intellexiſſe te video
quanta ſit virtutis prophetice magnitudo. & q̃a vt ais nec ſi ego ipſe cupiã (quod
abſit) potero te tranſuertere in aliã partem. ex hoc iam incipe eſſe nobiſcũ: & cra-
ſtina die intereſto diſputationibus noſtris. erit enim michi certamen cũ Simone
mago. cũq; hec dixiſſet/ſeceſſit vt cibũ caperet cum ſuis: me autem ſeorſum veſci

Liber de vero propheta: quẽ miſit ad Iacobũ fratrem domini nõ habetur.

PETRVS ſeorſum veſcebatur a gentibus

iuſſit. & poſt cibũ cum laudẽ dediſſet deo/ & gratias egiſſet: etiam huius ipſius fa-
cti michi redidit rationẽ/ & addidit dicens. det tibi deus exequari nobis in omnibꝰ:
vt percepto baptiſmate / poſſis ad eandem nobiſcum conuenire menſam. & his
dictis: quieſcere me iuſſit. iam enim ſomnum: natura corporis/ & ratio temporis
inuitabat.

Cap. V.

zacheus P Oſtera vero die: matutinus ad nos ingrediebatur Zacheus. & cum ſalu-
taſſet: ait ad Petrum. differt Simon certaminis diem/ in vndecimã menſis
preſentis: que eſt poſt ſeptem dies. tũc enim magis vacuũ ſibi tempus diſceptandi
affirmat. ſed & michi videtur cõperendinatio eius/ etiam nobis eſſe neceſſaria: vt
plures cõueniant/ qui diſputationis noſtre vel auditores vel iudices fiant. veruta-
men ſi probabile tibi videtur: inter moras/ ea que in cõtrouerſiã venire poſſe opi-
namur/ inter noſmetipſos prius diſcutiamus. vt vnuſquiſq; noſtrũ cũ que propo
nenda ſint/ & que reſpondenda cognouerit: apud ſemetipſum pertractet ſi recte ſe
habeãt/ aut ſi iuenire poterit aliquid aduerſarius quod obiiciat/ aut quod obiecta
fruſtretur. ſi vero ex omni latere que a nobis dicẽda ſunt/ claruerit eſſe munita: ita
demũ confidẽter queſtionis ineatur exordiũ. & quidẽ mea hec eſt ſententia: quod
ante omnia requiri oporteat/ quid ſit omniũ primũ/ quidue immediatũ/ quid etiã
cauſam eſſe omniũ que ſunt dicendũ. deinde cũcta que ſunt/ ſi facta ſunt: & a quo/
et per quem/ vel propter quem/ vtrum ab vno/ an a duobus/ an a multis accepere
ſubſtantiam: & vtrũ ex nullis ſubſtantibus/ an ex aliquibus ſumpta ſint & exorta.
tum ſi eſt aliqua virtus in altiſſimis aut in infernis: ſi eſt aliqd melius omnibus/ aut
cũctis inferius. ſi ſint aliqui motus/ an nulli. ſi hec que videntur/ erant ſemper aut
erũt. ſi extiterint nullo operãte: & nullo ſoluente delabẽtur. ſi inquã ex his initiũ
acceperit diſputatio: puto quod ea que querũtur diligenti examinatione diſcuſſa/
facile clareſcãt. cũ autẽ hec claruerint: eorum que ſequũtur in promptu reperietur
agnitio. ego quid ſenſerim protuli: quid etiam tibi videatur indicare ne pigeat.

PETRVS ¶ Ad hec Petrus. dic inqt interim Simoni: faciat vt libet. certus quod diuina pro
uidẽtia largiente: ſemper nos inueniet paratos. & Zacheus quidem/ que audierat
egreſſus eſt/ Simoni nũciare. Petrus vero reſpiciens ad nos & intelligens contriſta-
tũ me eſſe pro dilatione certaminis/ ait. q credit ſummi dei prouidentia diſpenſari
mũdũ: non debet o amice Clemens de ſingulis que quoquomodo accidũt/ cõſter
nanter accipere. certus quod iuſticia dei etiã ea que ſuperflua videntur aut cõtraria
in vnoquoq; negocio: oportuno exitu/ cõpetentiq; diſpenſat/ precipue tamẽ er-
ga eos qui eũ familiarius colunt. & ideo q de his (vt dixi) certus eſt: ſi quid eueniat
cõtra ſententiã/ nouit pro eo merorem de animis expellere/ meliori ſententia mani
feſtum habens/ quod diſpenſatione boni dei etiã quod cõtrariũ putatur/ vertatur
in melius. propter quod o Clemens: etiã nunc/ non te cõtriſtet magi Simonis iſta
dilatio. credo enim quod per dei prouidẽtiã geſtũ ſit/ ad vtilitatẽ tuam: vt poſſim
tibi rationẽ fidei noſtre/ in hac ſeptem dierũ cõperendinatione/ abſq; aliquo ſtre-
pitu/ per ordinẽ cõſequẽter exponere/ ſecũdũ traditionẽ veri prophete. qui ſolus
ſcit que facta ſunt / vt facta ſint & que fiunt vt fiãt/ queque erũt vt erũt. que tamẽ
manifeſte quidẽ dicta/ nõ tamẽ manifeſte ſcripta ſunt: in tantũ vt cũ legũtur intel-
ligi ſine expoſitore nõ poſſint/ propter peccatũ quod coadoleuit hominibꝰ/ ſicut
ſuperius diximꝰ. Iccirco igitur explanabũtur tibi p me/ omnia: vt in iis que ſcripta

ſunt/dilucide que ſit ſentētia legiſlatoris/agnoſcas. cūq; hec dixiſſet/exponere michi ſingula de iis que in q̄ſtione eſſe videbātur legis capitulis/cepit: ab initio creature vſq; ad id tēporis/quo ad eū ceſareā deuolutus ſum/hec michi dicens. dillatio Simonis cōtulit/vt per ordinē cūcta cognoſceres (alias inquit ſecūdum ea que oportunitas ſermonis attuleit) de ſingulis quibuſq; que nūc cōpēdioſius diximus/ latius diſſereimus: vt ſecūdū ea que pollicitus ſum tibi: plenius de omnibus/perfectiuſq; cognoſcas. quia ergo hodierna adhuc nobis ſupereſt dies ex iis qui dillati ſunt: volo tibi rurſus/ea que dicta ſunt breuiter iterare/ vt magis tibi ad memoriā reuocētur. exin cepit hoc modo/mentibus meis innouare que dixerat. meminiſti o amice Clemens que michi fuerat de ſeculo eterno ac finē neſciēte/narratio. Tū ego nichil inquā o Petre aliquādo retinebo: ſi hoc omittere aut obliuiſci potero. Et Petrus (libēter hac mea reſpōſione ſuſcepta) gratulor tibi inquit q̄ ita reſpōderis: & nō q̄ hec ipſa facile dicas/ſed te meminiſſe protuleris. que enim ſumma ſunt: ſilētio honorari volūt. ad finē tamē eorū que de ineffabilibus meminiſti: dic que retinēs ex iis que ſecūdo in loco a nobis dicta ſunt/que proferri facile queūt. vt peruidēs tenacitatē memorie tue: de quibus volo promptius tibi indicē/& libēter aperiā. Tū ego vbi aduerti eū auditorū memoria gaudere: nō ſolū inquam diffinitionis tue memor ſum/ſed & prefinitionis illius que ante diffinitionē poſita eſt/& omniū pene q̄ expoſuiſti/ſenſum integrū ſeruo/etiā ſi verba nō omnia. quia tāq̄ vernaculā anime mee & ingenita/effecta ſunt que dixiſti. nimiū enim ſitienti michi: dulciſſimū poculū porrexiſti. & ne putes q̄ rerū immemor/verbis te occupē: iā nūc que dicta ſunt in memoriā reuocabo/ in quod me plurimū iuuat ordo diſputationis tue. etenim quia cōſequenter directa ſunt & librate ordinata que dicis: iccirco & facile ad memoriā ordinis ſui lineis reuocātur. multū nāq; ad recordandū: prodeſt ordo dictorū. cū enim recolere ſingula p̄ cōſequentiā ceperis: vt aliq̄d deeſt/ſtatim ſenſus inq̄rit/& cum inuenerit ſeruat. aut certe ſi inueſtigare nequiuerit: a magiſtro requirere nō pigebit. ſed ne moram faciā in reddendis iis que poſcis a me: retexā breuiter que de veritatis diffinitiōe tradidiſti. Erat ſemp̄ & eſt & erit illud a quo prima volūtas genita genitā eſſe ſempiternitate conſtet: & ex prima volūtate iterum voluntas. poſt hec mūdus. ex mundo tempus. ex hoc/hominū multitudo. ex multitudine electio amicorum. ex quorū vnanimitate: pacificū cōſtruitur dei regnū. reliqua vero que hec cōſequi deberent: alias te michi dicturū promiſeras. poſt hec cū de creatura mundi expoſuiſſes: definitionē dei quā in conſpectu omniū primorū angelorū de ſuo conſilio promiſit quamq; eternā legē cūctis ſtatuit intimaſti: & q̄ duo regna poſuit: preſentis dico tēporis et futuri. & tēpora vtriq; cōſtituit/ ſtatuitq; expectare iudicii diē/ quā ipſe definiuit/in qua habēda ſunt rerū/animarūq; diſcretio. vt impii quidē pro peccatis ſuis igni tradātur eterno: ii vero qui ſecūdū volūtatē conditoris ſui vixerint/pro bonis operibus benedictione ſuſcepta/& clariſſima luce fulgētes/introducti ad eternū ſeculū & in incorruptione durantes/ ineffabiliū bonorū munera eterna p̄cipiant. hec me proſequēte gaudio pfuſus eſt Petrus/ & tāq̄ ſup filio trepidās/ne forte in reliquorū memoria titubās erubeſcerē/propter eos qui aderāt: ſufficit inq̄t o Clemens. euidētius enim hec q̄ a me ipſo expoſita fuerāt/ reddidiſti. Et ego aio: narrādi ordinē/& lucidius que res expetit proferēdi/eruditio nobis cōtulit liberalis: qua

Clemens

Diuinas/eternaſq; voluntates filiū paraclitū appellat

ſi vtamur in antiquitatis erroribus in perniciem vite verborū decore ac ſuauitate
decidimus. ſi vero ad afferendā veritatē/eruditionē ſermonis & gratiā cōferam':
puto ex hoc nō parū vtilitatis acqri. veſtamē mi domine o Petre quāta me arbi
tratis gratulatione ſublatū/cū in ceteris omnib'/tū precipue in illius doctrine ſen
tētia qua ais. vnus eſt deus/cuius opus mūdus eſt: qq; quia iuſtus eſt omnimodis
vnicuiq; pro actibus ſuis reddet. & poſt hec addiſti dicēs. pro cui' aſſertione dog
matis/innumera verborū milia mouebuntur: ſed iis quibus veri prophete cōceſſa
ſciētia eſt/omnis iſta verborū ſilua ſuccīſa eſt. & propter hoc cū michi traderes de
vero propheta ſermonē: omni me aſſertionū firmitate roboraſti. Inde ego deniq;
cum aduertiſſem in hoc ſummam totius religionis / pietatiſq; conſiſtere: ilico re
ſpondi optime proſecutus es Petre. propter quod de reliquo iam tanq̄ ſciēti que
ſint fundamēta fidei & pietatis: veri prophete rationes incūctanter expone/cui ſo
li credendū eſſe euidēter probatū eſt. illam vero expoſitionē que aſſertionibus &
argumētis indiget: infidelibus ſerua/qbus nondū cōmittere prophetice gratie in
dubitabilē iudicaueris fidē. & cū hec dixiſſem: tu vtrūq; inq̄ pollicitus es/ & hanc
te michi ſimplicem expoſitionē ac totius erroris exptem/& illam que per ſingulas
quaſq; q̄ſtiones explicatur (que qdē a te mouebūtur) in tēpore traditurū. & poſt
hec expoſuiſti per ordinē: a principio mūdi vſq; ad preſens tempus continētiam
rerum. & ſi placet poſſum memoriter: vniuerſa recenſere. Cap. VI.

PETRVS a D hec Petrus. Magnifice inquit delector o Clemēs: q tam tuto cordi ver
ba cōmittā. memorē nāq; te eſſe eorū que dicūtur: indiciū eſt in promptu
habere operū fidem. cui vero malus demon ſalutis verba furatur/& de memoria
rapit: etiā ſi velit/ſaluari non poterit. perdit enim viā: qua puenitur ad vitā. pro
pter quod eo magis repetamus que dicta ſunt: & cōfirmemus ea in corde tuo. id
eſt quomodo vel a quo factus ſit mūdus: vt tēdamus ad amicitiā cōditoris. ami
cicia autē efficitur bene viuēdo/& volūtati eius obediēdo: que volūtas/viuentiū
omniū lex eſt. breuiter ergo tibi hec eadē: firmioris cauſa memorie/retexemus. In
principio cū feciſſet deus celū & terrā tanq̄ domū vnam: ipſa que ex corporibus
mundi reddita eſt vmbra/iis que intrinſecus clauſa fuerāt/tenebras ex ſe dedit. ſed
cū volūtas introduxiſſet: tenebre ille que ex vmbra corporū facte fuerāt/ cōtinuo
deuorate ſunt. tū deinde lux in diē: tenebre deputātur in noctē. iam vero aqua q̄
erat in mūdo in medio primi illius celi terreq; ſpacio quaſi gelu cōcreta/ & chriſtal
lo ſolidata: diſtēditur. & huiuſmodi firmamēto intercludūtur velut media celi ac
terre ſpacia. idq; firmamētū: celū cōditor appellauit/antiquioris illius vocabulo/
nuncupatū. & ita totius mūdi machina cū vna domus eſſet: in duas diuiſit regio
nes. diuiſionis autē hec fuit cauſa: vt ſupna regio angelis habitaculū/inferior vero
pberetur hominibus. poſt hec quod reliquū fuit in inferioribus aquarū: iuſſu vo
lūtatis eterne locus maris & chaos effectū recepit/ eiſq; ad demerſa & concaua de
fluētibus: aridā quidem appellauit terrā. cōgregationes autē aquarū: effecta ſunt
maria. & poſt hec terra que apparuerat: herbarum virgultoriq; diuerſa genera
produxit/fontes quoq; & fluuios nō ſolū in planis ſed & in mōtibus protulit. &
ſic cūcta preparata ſunt: vt hominibus qui habitarent in ea / eſſet facultas his om
nibus pro arbitrio vti. id eſt ſiue ad bona velint: ſiue etiā ad mala. poſt hec ſtellis
adornat celū iſtud viſibile: ſolē quoq; & lunā ponit in eo. vt alterius lumine dies

nox: vteretur alterius/ſimulq̧ vt eſſent indicio rerũ preteritarũ/preſentium & fu⸗
turarũ. pro ſignis enim temporũ facta ſunt ac dierũ: que vidẽtur quidem ab ho⸗
minibus/intelligũturautẽ ab eruditis & intelligentibꝰ ſolis. cũq̧ poſt hec de terra
et aquis produci iuſſiſſet animantia: paradyſum fecit/ quem & deliciarum locum
nominauit. poſt hec autẽ omnia: hominẽ fecit/ propter quem cuncta preparaue⸗
rat/ cuiꝰ interna ſpecies eſt antiquior. & ob cuius cauſam/omnia que ſunt/ facta
ſunt/ miniſterio eius conceſſa/ & habitationis eius vſibus data. Igitur cõſumatis
oibꝰ que in celo & in terris ſunt atq̧ in aquis/multiplicato etiam hominum gene
re: octaua generatione homines iuſti qui angelorum vixerant vita/ illecti pulchri
tudine mulierum/ad promiſcuos & illicitos concubitus declinauerunt. & inde iã
indiſcrete & contra ordinem cuncta agentes: ſtatim rerum humanarum/& diui⸗
nitus traditum vite ordinem/ permutarunt. Ita vt omnes homines vel perſuaſio
ne vel vi/peccare in creatorem ſuum cogerent/deum. & in nona generatione na⸗
ſcuntur gigantes illi: qui a ſeculo nominatur/ non Dracontopodas vt grecorum
fabule ferunt: ſed immenſis corporibus editi/ quorũ adhuc ad indicium in non⸗
nullis locis oſſa immenſe magnitudinis oſtenduntur. ſed aduerſum hos iuſta dei
prouidentia/ diluuium mundo introduxit: vt orbis quidem terrarum ab eorum
cõtagione dilueretur. omnis vero locus: ob impiorum necem verteretur in pela
gus. vnus tamen tunc inuentus eſt iuſtus nomine Noe: qui in arca cum tribus fi⸗
liis/ eorumq̧ vxoribus liberatus/poſt aquarum decurſus cum iis animalibus que
ſecum clauſerat & ſeminibus/ mundi habitator effectꝰ eſt. Duodecima generatio
ne cum Deus benedixiſſet homines & multiplicari cepiſſent: ac ceperunt preceptũ
ne ſanguinem deguſtarent. propter hoc enim etiam diluuium factum eſt. Tertia
decima generatione/cũ ex tribus filiis Noe vnus qui erat medius/ patri feciſſet in⸗
iuriam: poſteritati ſue ex maledicto conditionẽ ſeruitutis induxit. cuius interim ſe
nior frater/habitationẽ eam que eſt ĩ medio terre/ ſuſcepit: in qua eſt regio iudee.
iunior vero orientis plagam ſortitus eſt/ ipſe autem occidentis accepit. Quartade
cima vero generatione ex maledicta progenie quidam: propter artem magicam
primus aram ſtatuit demonibus/ honorem ſanguinis litans. Quintadecima gene
ratione primo omnium homines idolum ſtatuentes adorauerũt: & vſq̧ ad illud
tempus diuinitus humano generi data hebreorum lingua tenuit monarchiam.
Sextadecima generatione mouerunt ſe ab oriente filii hominum: & venientes ad
terras patrum ſuorum vnuſquiſq̧ ſortis ſue locum/ proprii vocabuli appellatiõe
ſignauit. ſeptimadecima generatiõe apud babyloniam Nemroth primꝰ regnauit
vrbemq̧ conſtruxit: & inde migrauit ad perſas/ eoſq̧ ignem colere docuit. Octa
uadecima generatione murate vrbes facte ſunt: & exercitus conſtituti/ armaq̧ &
iudices legeſq̧ ſancite/ & templa conſtructa/ principes gentium/ tanquã dii ado
rati ſunt. Nonadecima generatione: poſteri illius q poſt diluuium maledictus eſt
proprios terminos excedentes quos in occidentalibus partibus ſorte ſuſceperãt:
eos qui medium terre fuerant ſortiti locum/ in terras orientis expulerunt/ & vſq̧
ad perſidam fugarunt. ipſiq̧ in expulſorum loca/ iniqua ſorte ſuccedunt. Viceſi⸗
ma generatione ob inceſti crimen/ primus morte propria filius ante patrẽ defun⸗
ctus eſt. Viceſima prima generatiõe extitit vir quidam ſapiens ex genere eorũ qui
fuerant expulſi/ex ſemine primogeniti filiorum Noe/ nomine abrahã: a quo nos

Abſit vt hoc in lo⸗co diuinatoriã a⸗ſtrologiã intelligamꝰ: quã dãnat nonus: ſed iſta idicia ſũt rerũ preteritarũ diuinarũ / oſtenſionũq̧ mirabiliũ/ vt tẽpore Ioſue / tẽpore ezechie / tẽp̃e aduẽtus & paſſiõis domini tũc p̃ſen⸗tiũ diuinarũ rerum rãt indicia / nobis autẽ nũc preteritarũ & futurũ adhuc nobis eſt: vt diuini iudicii (ſecũdũ q̧ ſcriptũ eſt erunt ſi⸗gna in ſole & luna) ſint indicia.

Dracõtopodas draconipedes

Nemroth perſe

ſtrũ hebreorũ deducitur genus.hic cũ vniuerſus/iterũ mũdus diuerſis eſſet errori-
bus oppreſſus/ & pro immanitate ſcelerũ/ maturum ei pararetur excidiũ/ non iã
per aquã ſed per ignem/ cumq; iã plaga(initio a ſodomis ſumpto) immineret vni
uerſo orbi terrarũ: pro amicicijs quib⁹ erat ei familiaritas cũ deo/cui bene placuerat
vniuerſum mundũ ne pariter periret eripuit. ab initio tamẽ ceteris omnibus erran
tibus/ ipſe cũ arte eſſet aſtrologus/ ex ratione & ordine ſtellarũ/agnoſcere potuit
cõditorẽ/eiuſq; prouidẽtia intellexit cuncta moderari. vnde & angelus aſſiſtẽs ei
per viſum plenius eũ de iis que ſentire cepit edocuit. ſed & quid generi eius ac po
ſteritati deberetur: oſtendit.& non tã eis dãda hec loca: q̃ reddanda promiſit. igi
tur abrahã cũ rerum cauſas deſideraret agnoſcere / idq; ſecum intenta mente per-
uolueret: apparuit ei verus propheta/ qui ſolus hominũ corda & propoſitũ no
uit. & omnia que deſiderabat: ei apperuit. diuinitatis ſcientia docuit/ mundi ori-
ginẽ finẽq; pariter indicauit/ anime immortalitatem/ viuẽdi inſtituta quibus deo
placeretur: oſtẽdit. reſurrecturos quoq; mortuos / ac iudiciũ futurũ/ bonorũ re-
munerationem/ malorũ penas/iuſto cuncta moderanda iudicio:declarauit.omni-
buſq; rite ac ſufficienter edoctis : ad ſedes rurſus inuiſibiles receſſit. Cap. VII.

Aſtrologi idẽ et ſapiẽtes di cebãtur apud caldeos: q ex celeſtiũ cotẽ-platõe ad deũ cognoſcẽdũ aſſurgebãt ſa cerdoteſeorũ i quorũ pitia inſtructum fe runt fuiſſe A-braham.

v erũ cũ adhuc abrahã in ignorantia verſaretur(ſicut tibi & ante iam dixim⁹)
nati ſunt ei filii duo: quorũ vnus iſmael/ alius helieſdrus appellati ſunt. &
ex alio barbare gentes/ex alio perſarũ populi deſendunt: e quibus nonnulli brag
manorũ vitã/& vicina inſtitura ſectati ſunt.alii apud arabiã conſederunt: ex quo-
rum poſteris nõnulli etiã in egyptũ diſperſi ſunt. inde deniq; & indorũ quidã &
egyptiorũ circũcidi didicerũt: ac purioris obſeruantie eſſe q̃ ceteri. licet proceſſu tẽ-
poris q̃plurimi eorũ ad impietatẽ verterit argumentũ & indiciũ caſtitatis. verum-
tamen cũ hos duos filios tẽpore quo adhuc in ignorãtia rerum vixerat/ ſuſcepiſ-
ſet: dei agnitione percepta/ petiit ab eo (quia erat iuſtus) vt ex Sara/que erat con-
iunx legitima/cũ eſſet ſterilis habere progeniem mereretur.& accepit : quem & Iſa
ac nominauit.ex quo natus eſt Iacob. de Iacob autem duodecim patriarche.& ex
ipſis duodecim ſeptuagintaduo . hi fame exorta i egyptũ venit cũ omni domo
ſua/ & intra quadrigentos annos benedictione & promiſſione dei multiplicati: af
fligebantur ab egyptiis.cumq; affligerentur : apparuit verus propheta Moſi. &
egyptios quidem reſiſtentes/ne hebreorũ populus exiret ab eis/& redirẽt in patri
am terrã: decem plagis celeſtibus affecit. populũ vero dei eduxit ex egypto.ſed q
ſuperfuerunt ex egyptiis/ cõſpirati cum animoſitate regis ſui: inſecuti ſunt hebre-
os. quos cũ repeniſſent ſupra littus maris/ & interimere omnes ac delere cogita-
rent Moſes oratione ad deum fuſa: mare in duas partes diuiſit/ita vt aqua dextra
leuaq; quaſi gelu concreta teneretur.& populus quidẽ dei tranſiret/velut iter ari
dũ. inſequẽtes vero eos egyptii temere ingreſſi/ necarẽt. vbi enim vltim⁹ex hebre
orũ populo aſcẽdit: egyptiorũ quoq; vltim⁹deſcẽdit i mare.primo aq̃ maris q̃ vt
gelu cõſtricte tenebãtur/p̃cepto ei⁹ q cõſtrixerat relaxate (pena de ipſorũ populo
recepta)nature ſue libertatẽ ſumpſerũt.poſt hec Moſes/dei oĩa prouidẽtis p̃cepto
hebreũ populũ eduxit in deſertũ. & iter breuiſſimũ quod fert de egypto ad iudeã
reliquẽs p lõgos eremi plebẽ ducit ãfractus. vt quadraginta annorũ exercitiis: ma-
la q̃ eis ex egyptiorũ moribus vſu longi inoleuerãt/ immutatio mutate cõſuetudi-
nis aboleret. interea venitur ad montem ſina:& inde lex eis/vocibus & viſionibus

PETRVS Abraham. Iſmael Helieſdrus

Iſaac. Iacob

celeſtibꝰ traditur/ decem conſcripta preceptis. quorũ primũ & maximũ fuit:vt ipſum colerent deum/ nec vllã illi aliã ſpeciẽ vel formã ſtatuerẽt ad colendũ. ſed cũ Moſes ad montem aſcendiſſet/ ibiqꝫ dies quadraginta moraretur: populus qui decem plagis percuſſam viderat egyptũ/& diſruptũ mare/ac pedibus ingreſſum/ mãna quoqꝫ ſibi pro pane celitus datũ / & ex ſequẽti petra poculũ miniſtratum/ que ſpecies cibi per virtutẽ dei in quẽ quiſqꝫ deſideraſſet verteretur ſaporẽ/cumqꝫ ſub plaga celi ardentiore poſiti/in ea eſtibus coquerentur/nube obumbrabãtur i die / noctu vero columna ignis illuminabantur / ne ad eremi vaſtitatem horror quoqꝫ accederet tenebrarum/cũ inquã moraretur Moſes ipſi ſecundum ſpeciem apidis quẽ coli in egypto viderãt/aureũ caput vituli facientes adorauerũt.& poſt tot ac tãta que viderãt mirabilia:veteris cõſuetudinis ſordes eliminare a ſe/atqꝫ abſtergere nequerũt. & ob hoc breuis ſpacii iter/quod ex egypto ducit ad iudeã relinquens: imenſo eremi ambitu egit eos Moſes/ſi forte poſſet(vt ſuperius memorauimus)vetuſte cõſuetudinis mala nouelle inſtitutionis permutatione diſcutere. cũ interim fidelis & prudens diſpenſator Moſes/peruidens populo ex egyptiorũ cõſortio/altius inoleuiſſe vicia idolis immolãdi/ nec poſſe de eis radicem mali huius excidi: immolare quidem eis conceſſit/ ſed deo ſoli hoc fieri permiſit. vt mediã quodãmodo ptẽ vicii altius inoliti/ reſecaret: aliã vero mediã p aliud & aliud tẽpus reſeruaret emendandã/per alium ſcilicet de quo ipſe dixit. prophetã vobis ſuſcitabit dominꝰ deꝰ veſter: ſicut me ipſum audite ſecũdum omnia que dixerit vobis. quicunqꝫ enim nõ audierit prophetam illum: exterminabitur anima eius de populo ſuo. ad hec autem etiam: locũ ſtatuit i quo ſolo liceret eis immolare deo. hoc autẽ totũ eo proſpectu gerebatur: vt cũ tẽpus oportunũ veniſſet/& didiciſſẽt p prophetã qa deus miſericordiã vult & non ſacrificiũ: viderẽt eum qui eos doceret locũ dei electũ eſſe ſapiẽtiã eius: in qua cõueniret offerri hoſtias deo/cũqꝫ locũ q ad tẽpus videbatur electus/incurſionibus hoſtium & excidiis ſepe vexatũ/& ad vltimum quoqꝫ audirent penitus excidendum. ad cuius rei fidem etiã ante aduentũ veri prophete / qui eſſet hoſtias cum loco pariter repudiaturus: ſepe ab hoſtibus populatus eſt / & igni incenſus/ atqꝫ in captiuitatem populus abductus in exteras nationes. & inde cum ad miſericordiam dei confugeret: reuocatus eſt. vt per hec doceretur: quia ſacrificia offerens expellitur/ & in manus hoſtium traditur/ miſericordiam vero faciens & iuſticiam/ ſine ſacrificiis de captiuitate liberatur/ & in terrã patriam ſtatuitur. ſed hoc intelligere: paucos admodũ accidit. plures enim etiã ſi ſentire hec & aduertere poterãt: vulgi tamen irrationabili opinione tenebãtur. paucorũ namqꝫ eſt: recta cum libertate ſententia. Igitur Moſes his adminiſtratis Anſen quendã nomine preponẽs populo q eos reuocaret in patriã terrã: ipſe ad montẽ quẽdã precepto dei viuẽtis aſcẽdens/illic defunctꝰ eſt. cuiꝰ tamẽ talis fuit mors: vt vſqꝫ in hodiernũ diẽ ſepulturã eius nullus inuenerit vt ergo populus patriũ cõtigit ſolum: per prouidẽtiã dei/primo ſtatim ingreſſu/ iniquarum gẽtiũ habitatores fugantur/& ipſi hereditatẽ paternã iudices ſorte ſuſcipiũt. tum deinde per aliqtũ temporis iudicibus nõ regibꝰ gubernati: ſtatu tranquilliore durarũt. vbi vero tyrannos ſibi magis queſiuere q̃ reges: tunc etiã in loco q eis orationis cauſa fuerat predeſtinatus/ templũ pro ambitione regia conſtruxere. & ſic per ordinẽ regibꝰ impiis ſibi inuicẽ ſuccedẽtibꝰ: ad maiores ipietates etiã populꝰ

Apis egyptiorum idolum

Chriſtꝰ dei ſapientiã & dei tẽplũ in quo hoſtie viue & immortales deo offeruntur.

Anſes qui & Ioſue

declinauit. vt autẽ tẽp⁹ adeſſe cepit/quo id qđ deeſſet Moſeos iſtitutis (vt diximꝰ) impleret/ & propheta quẽ pmiſerat appareret q eos primũ per miſericordiá dei moneret ceſſare a ſacrificiis / ne forte putarẽt ceſſantib⁹ hoſtiis remiſſionẽ ſibi nõ fieri peccatorũ: baptiſma eis p aquá ſtatuit/ in quo ab omnib⁹ peccatis inuocato eius nomine ſoluerẽtur/& de reliquo pfectá vitá ſequẽtes/i imortalitáte durarẽt/ nõ pecudũ ſanguine/ ſed ſapiẽtie dei purificatione purgati. deniq3 hoc ponitur euidẽs magni myſterii huius indiciũ: vt omnis q credẽs prophete huic/q a Moſe predictus eſt baptizat in nomine ipſi⁹: ab excidio belli quod incredule gẽti iminet ac loco ipſi/ſeruetur illeſus/nõ credẽtes vero extorres loco & regno fiant. vt vel inuiti intelligãt: & obediãt volũtati dei. his igit ita preordinatis/adeſt q expectabat: indicia ſui qbus fieret manifeſtus/ſigna & prodigia deferẽs. ſed nec ſic qdem populus credidit: q ad hec credẽda tot ſeculis eruditus eſt. & nõ ſolũ nõ credidit: ſed & addidit ifidelitati blaſphemiá/ voracẽ hominẽ & vẽtri ſeruiẽtẽ/ac demone agi eũ qui ob ſalutẽ ſuá venerat dicẽs. intantũ neqtia/malorum miniſteriis valet: quod niſi ſapiẽtia dei affuiſſet iis q diligũt veritatẽ/omnes pene ſimul/impius error inuolueret. Nos ergo primos elegit duodecim ſibi credẽtes: quos apoſtolos nominauit. poſtmodũ alios ſeptuaginta duos probatiſſimos diſcipulos: vt vel hoc modo recognita imagine Moſis/crederet multitudo/ qa hic eſt quẽ predixit Moſes vẽturũ prophetá. ſed fortaſſis dicat aliqs qa imitari numerũ cuiq3 poſſibile eſt. & qd de ſignis & virtutib⁹ dicet: que ipſe faciebat: eteni Moſes virtutes/& ſanitates fecerat in egypto. Is quoq3 quẽ ipſe pdixit ſicut ſeipſum/ſurrecturũ prophetá: cũ oẽm lãgorẽ & oẽm infirmitatẽ curaret/in plebe virtutes faceret innumeras/vitá euãgelizaret eterná/ab ipſis act⁹ eſt in crucẽ. quod tamẽ factũ: virtute ei⁹ cõuerſũ eſt in bonũ. Deniq3 cũ pateretur: omnis ei cõpaſſus eſt mũdus. Nam & ſol obſcuratus eſt: & aſtra turbata ſunt. mare cõmotum eſt: mõteſq3 diſrupti. ſepulcra patefacta ſunt: velũ templi diſciſſum eſt/veluti lamentás excidiũ imminẽs loco. & tamen cũ omnis mũdus cõmotus ſit: ipſi etiam nũc ad inquiſitionẽ tantarũ rerũ nullatenus cõmouentur. verũ quoniá neceſſariũ erat vt in locum eorũ qui increduli permanebát vocarentur gentes/ vt impleretur ille numerus qui demonſtratus fuerat Abrahe: emittitur in vniuerſum mũdũ ſalutaris dei regni predicatio. perturbátur ob hoc mũdani ſpiritus: qui libertatem querentibus ſemper obſiſtũt. & ad deſtruendam dei edificationẽ errorum machinas querũt: quibus ii qui ad ſalutis & libertatis gloriá tendũt obſiſtẽtes/ & agones aduerſus eos nõ minimos deſudantes fortiores effecti ad ſalutis coronam veniunt/nõ ſine palma victorie. Interim cũ paſſus eſt & ab hora ſexta vſq3 ad noná mũdũ tenebre preſſiſſent: ſole reddito ac rebus in ordinẽ reſtitutis/etiam homines nequá/ad ſe atq3 ad mores ſuos metu ceſſante regreſſi ſunt. ná quidá eorũ eũ omni cuſtodia ſeruátes locum: quem non potuerũt reſurgentem tenere/ magum dicebant/alii finxerunt furatum. verũtamen veritas vbiq3 vincebat. ad indicium enim quod hec diuina virtute agerẽtur: nos qui fueramus pauciſſimi/ in proceſſu dierũ aſtipulante deo multo plures ꝙ illi efficiebamur. ita vt aliquando pertimeſcerent ſacerdotes: ne forte per dei prouidentiam ad confuſionem ipſorum/in fidem noſtrá vniuerſus populus conueniret. frequenter mittentes ad nos: rogabant vt eis de Ieſu diſſeremus/ſi ipſe eſſet propheta/quem Moſes predixit/qui eſt chriſtus eternus. de hoc

enim ſolo nobis qui credidimus in Ieſum: aduerſum non credentes iudeos vide-
tur eſſe differentia. Verum cum frrquenter ſuper hoc rogarent/nos autem opor-
tunũ tempus requireremus: ſeptimana iam vna ex paſſione domini cõplebatur
annorum/& eccleſia dei in hieruſalem conſtituta/copioſiſſime multiplicata creſce-
bat per Iacobum/qui a domino ordinatus eſt in ea epiſcopus/rectiſſimis diſpen-
ſationibus gubernata. Cap. VIII.

Et hic aliꝰ eſſe videt Iacobus epiſcopus hieroſolymorũ a duodeci apoſtolis.

Cum autem nos duodecim apoſtoli ad diẽ paſche cum ingẽti multitudine
cõueniſſemus ingreſſi eccleſiam fratrũ: vnuſquiſq; noſtrũ Iacobo interro-
ganti que a nobis per loca ſingula geſta ſint/audiẽte populo breuiter exponimꝰ.
in quibus caiphas pontifex miſſis ad nos ſacerdotibus/rogat ire ad ſe: vt aut ra-
tione doceamus eũ quia Ieſus eſt ipſe eternus chriſtus/aut ipſe nos doceat q̃a nõ
eſt/quo in vtrãlibet fidẽ vniuerſus populus cõueniret. & hoc facere nos frequen-
ter poſtulat: nos vero ſepe diſtulimus/ tempus ſemper oportunũ requirenres.

Clemens

¶ Et ego clemens reſpondi ad hec. puto quod & hoc ipſum quod querit vtrũ
ipſe ſit chriſtus: multum proſit ad fidei rationẽ. alioqui nunq̃ pontifex/pro hoc
tam frequẽter rogaret: vt de Chriſto vel diſceret/vel doceret.

PETRVS

¶ Et Petrus. recte
reſpondiſti inquit o Clemens. ſicut enim ſine oculis nemo cernere poteſt/nec ſine
auribus capere auditũ/vel abſq; naribus odoratũ/neq; ſine lingua guſtũ ſumere/
aut abſq; manibꝰ aliquid cõtrectare: ita impoſſibile eſt abſq; vero propheta/que
deo placent agnoſcere.

Clemens

¶ Et ego reſpõdi. Quod ipſe ſit verus propheta te docẽ-
te iam didici. ſed quid ſit hoc ipſum Chriſtus/aut cur ita appellatur/velim diſce-
re/ ne vaga michi ſit & incerta tante rei notitia.

PETRVS

¶ Tum Petrus docere me hoc
modo cepit. deus cũ feciſſet mũdum: tãq̃ vniuerſitatis dominus ſingulis q̃buſq;
creaturis principes ſtatuit/ipſis quoq; arboribus/ mõtibuſq; & fontibꝰ ac fluuiis
et vniuerſis vt diximus que fecerat. multũ enim eſt ire per ſingula. ſtatuit ergo an-
gelis angelũ principẽ/& ſpiritibus ſpiritũ: ſideribus ſidus/ & demonibus demo-
nem/auibus auem/beſtiis beſtiam/ſerpentibus ſerpentem/piſcem piſcibus/homi-
nibus hominẽ qui eſt Chriſtus Ieſus. Chriſtus autem dicitur eximio quodam re-
ligionis ritu. nam ſicut regũ ſunt quedã cõmunia nomina / vt apud perſas arſa-
ces/apud romanos Ceſar/apud egyptios Pharao: ita apud iudeos Chriſtus cõ-
muni nomine rex appellatur. cauſa autẽ appellationis huius hec eſt. quoniã q̃dẽ
cũ eſſet filius dei & initiũ omniũ/ homo factus eſt: hunc primũ pater oleo punxit
quod ex ligno vite fuerat ſumptum. Ex illo ergo vnguento Chriſtus appellatur.
Inde deniq; etiam ipſe ſecundum predeſtinationem patris: pios quoſq; cũ ad re-
gnum eius peruenerint velut qui aſperã ſuperauerint viã / pro laborũ refectione
ſimili oleo perunget. vt & ipſorũ lux luceat: & ſpiritu ſancto repleti imortalitate
donẽtur. Virgulti vero huiꝰ ex quo ſũptũ eſt illud vnguẽtũ: vniuerſã naturã ti-
bi ſufficiẽter expoſuiſſe me memini. Sed & nunc breuiſſima ſerie: de oĩbꝰ te in me-
moriã reuocabo. In p̃ſenti vita primꝰ põtifex Aaron chriſmatis cõpoſitiõe pun-
ctus/quod ad imaginẽ illiꝰ/de quo ſupradiximꝰ ſpiritualis vnguenti factũ eſt: pri-
ceps populi fuit/& tãq̃ rex primitias & tributũ ꝑ capita accepit a populo/& iudi-
cãdi plebẽ ſorte ſuſcepta/de mundis imundiſq; iudicabat. ſed & ſi q̃s aliꝰ ex ipſo
vnguento perunctus eſt/tanq̃ virtute inde concepta: iam ipſe rex/aut propheta
fiebat / aut pontifex. quod ſi temporalis hec gratia ab hominibus compoſita /

tantum potuit: intellige iam tu quantum ſit illud vnguentum / quod a deo de
virgulto vite prolatũ eſt/ cũ hoc quod ab hominibus factũ eſt/tam eximias inter
homines conferat dignitates. quid enim in preſenti ſeculo propheta glorioſius /
Clemens pontifice clarius/rege ſublimius? ¶ Et ego ad hec reſpondi. memini Petre dixiſſe
te de primo homine/quia propheta fuit: quod autẽ vnctus fuerit/nõ dixiſti. Si er-
go ſine vnguento propheta nullus eſt: quomodo primus homo cũ nõ eſſet vn-
PETRVS ctus/fuit prropheta? ¶ Tũ ſubridẽs Petrus. Si primus(inquit)prophetauit: certũ
eſt quod & vnctus ſit. Licet enim vnctionẽ eius ſiluerit ille/q legẽ in paginis cõdi-
dit: nobis tamẽ intelligendã euidẽter reliqt. Sicut enim ſi eũ vnctũ dixiſſet/nõ du-
bitaretur/& prophetã eũ fuiſſe etiã ſi ſcriptũ nõ eſſet in lege: ita cũ certũ ſit eũ pro
phetã fuiſſe/ſimiliter certũ eſt & quod vnctus ſit. quia ſine vnguẽto: prophetare
nõ potuerat. Verũ hoc magis te dicere oportuit. ſi chriſma arte vnguentaria cõ
Clemens poſitũ eſt ab Aaron: quomodo primus homo perungi potuit vnguẽto arte cõ
poſito/talibus nondũ repertis? Et ego reſpõdi: nõ me traducas Petre. non enim
de vnguẽto cõpoſito & tẽporali oleo loquor: ſed de illo ſimplici & eterno quod
a deo factũ eſſe docuiſti. ad cuius ſimilitudinẽ: iſtud ab hominibus cõpoſitũ eſſe
PETRVS dicis. Et Petrus ad hec vt videbatur indignãs. quid putas(ingt)o Clemens/quia
omnes omnia ante tẽpus ſcire poſſumus? ſed nũc vt ne a propoſito ſermone re-
cedamus/alias tibi cũ profectus tuus manifeſtior fuerit/de iis apertius exponem⁹.
tũc autẽ vnguento cõpoſito perunctus põtifex vel propheta dei altare ſuccẽdẽs/
in omni mundo clarus habebatur: ſed poſt Aaron qui pontifex fuit/alius ex aqs
aſſumitur (non Moſen dico) ſed illũ qui in aquis baptiſmi/filius a deo appellatus
eſt. Ieſus nãq eſt: qui ignẽ illũ quẽ accendebat pontifex pro peccatis/reſtinxit per
Duplex domini aduentus baptiſmi gratiã. Ex quo enim hic apparuit/ceſſauit chriſma per quod põtificatus
prebebatur/vel prophetia/vel regnũ. hunc igitur affuturũ predixit Moſes: q le-
Abraham gem dei hominibus tradidit. ſed & alius ante ipſum: ſicut ante iã tibi tradidi. ipſe
ergo indicauit eũ venturũ/primo quidẽ aduẽtu humilẽ/ſecũdo vero glorioſum.
Et primus quidẽ iam impletus eſt: cũ venit & docuit/ & iudex omniũ / iudicatus
eſt ac peremptus. ſecũdo vero aduẽtu/iudicaturus adueniet: & impios quidẽ cõ-
dẽnabit/ pios vero in conſortiũ regni/ ſocietatẽq ſuſcipiet. fides igitur ſecũdi ad-
uentus: cõſtat ex primo. prophete enim de primo locuti ſunt: & precipue Iacob
et Moſes. nõnulli tamen etiã de ſecũdo. Sed magnificentia prophetie in hoc ma-
xime comprobatur: q nichil ſecũdum conſequentiam rerum de futuris dixerunt.
alioqui exiſtimaſſe potius ſapientes viri/quod rerum conſequentia dictauerat: vi-
derentur. quod autem dico: tale eſt Chriſtum ſuſcipi a iudeis ad quos venerat/
et credi ei qui expectabatur ad ſalutem populi ſecũdum traditiones patrum con-
ſequens erat: gentes vero alienas ab eo fore / quibus neq promiſſum quicquam
de eo neq annunciatum fuerat/imo quibus ne nomine quidem ipſo/ aliquando
innotuerat. & tamen prophete contra ordinem & conſequentiam rerum: dixe-
runt eum/expectationem gentium & non iudeorũ futurum. ita deniq & geſtũ.
cum enim veniſſet ab iis qui eum expectare videbantur ex traditione maiorũ: om
nino agnitus non eſt. ii vero qui nichil de ipſo penitus audierant: & veniſſe cre-
dunt/ & venturum ſperant. & ita in omnibus prophetia fidelis apparuit: que
dixit ipſum eſſe expectationem gentium. Errauerunt ergo iudei de primo do-

mini aduentu: & inter nos atqꝫ ipſos de hoc eſt ſolum diſcidium . nam ꝙ ventu
ros ſit Chriſtus/norunt etiã ipſi & expectant: ꝙ autem iam venerit in humilitate
hic qui dicitur Ieſus/ ignorãt.& in hoc maxime eius cõfirmatur aduentus: quod
ei non omnes credunt . hunc ergo deus deſtinauit in fine mundi : quia impoſſi-
bile erat mortalium mala purgari per aliũ/ integra dũtaxat permanente humani
generis creatura/hoc eſt ſalua arbitrii libertate.hoc igitur ſtatu incolumi reſerua
to: inuitare venit ad regnũ iuſtos quoſqꝫ : & eos qui placere ſtuduerint ei/qui-
bus bona ineffabilia preparauit/& hieruſalẽ ciuitatẽ celeſtẽ/que ſuper ſplendo-
rem ſolis fulgebit in habitatione ſanctorũ . iniuſtos vero & impios/ & qui pro
nichilo habuerunt deũ / cõmiſſamqꝫ ſibi vitam ad diuerſa flagitia contulerunt /
ac tẽpus operis iuſti/excercitium fecere malicie :competentibus/ ipſiſqꝫ dignis vl-
tionibus tradet. cetera vero que ibi gerentur: proferri & loqui/neqꝫ angelis neqꝫ
hominibus fas eſt . ſed hoc tantum ſcire nos ſufficit: quod bonis eternã bonorũ
poſſeſſionem conferet deus. ¶ His ab eo dictis ego reſpondi . Si Chriſti regno Clemens
fruentur ii quos iuſtos inuenerit eius aduentus:ergo qui ante aduentum eius de
functi ſunt/regno penitus carebũt . ¶ Tum Petrus. cogis me inquit o Clemens PETRVS
aliqua de ineffabilibus publicare: verũtamen quouſqꝫ proferri licet/ facere nõ pi
gebit.Chriſtus q ab initio & ſemp erat:p ſingulas quaſqꝫ generationes piis(laten
ter licet)ſemper tamen aderat/ iis precipue a quibus expectabatur/ quibuſqꝫ fre-
quenter apparuit. ſed non erat tempus vt tunc reſolutis corporibus fieret reſur-
rectio: ſed hec magis remuneratio videbatur a deo/vt qui iueniretur iuſtus diu-
tius permaneret in corpore . aut certe ſicut de quodã iuſto euidenter refertur in
litteris legis : quod tranſtulerit eũ deus. ſimili exemplo etiam cum ceteris geſtum
eſt/qui eius volũtati placuerunt : vt ad paradyſum tranſlati ſeruentur ad regnũ .
Eorum vero qui non ad integrum potuerunt explere normam iuſticie / ſed ali-
quas in ſua carne malicie reliquias habuere : corpora quidem reſoluerentur/ani-
me vero ſeruarentur in bonis/letiſqꝫ regionibus. vt in reſurrectione mortuorũ/
cum corpora ſua receperint: ipſa iam reſolutione purgati/pro iis que bene geſſe
runt/eterna hereditate potiantur . Et ideo beati ſunt omnes: qui regnum Chri-
ſti fuerint adepti . quia non ſolum inferni penas effugient/ſed & incorruptibiles
manebunt: & primi deum patrem videbunt/atqꝫ inter primos/ honoris ordinẽ
conſequẽtur. propter quod de nomine Chriſti q̃ſtio habetur : & infideles quiqꝫ
ex iudeis imẽſa aduerſus nos inſania cõmouẽtur/ verẽtes ne forte ipſe ſit/in quẽ
peccauerũt. & eo magis metus increſcit: quod ſciũt ſtatim vt eum crucifixerunt/
vniuerſum et compaſſum eſſe mũdum/ corpuſqꝫ eius diligenti cuſtodia cõſerua-
tum/nuſq̃ comparuiſſe.atqꝫ ad fidem nominis eius: innumeras multitudines con
uenire. vnde & compulſi ſunt vna cum pontifice Caipha: ſepius mittere ad nos/
vt de nominis hui⁹ veritate quereretur . Cũqꝫ crebro depoſcerent/vt de Ieſu aut
diſcerent aut docerẽt ſi ipſe eſſet Chriſtus: viſum nobis eſt aſcẽdere ad tẽplũ & co
rã omni populo proteſtari ſimul / & arguere iudeos de multis/ q̃ ab eis abſurde
gerebantur/ in multas cteni iã ptes populus ſcindebaẽ: initio ſũpto a Ioãne bap-
tiſta.Cũ eni iã immineret ortus Chriſti ad ſacrificia qdẽ repriméda/baptiſmi vero
gratiã largiẽdã:inimic⁹ ex iis q̃ pdicta fuerãt/adeſſe tẽp⁹ intelligẽs/diuerſa ſciſmata
operaẽ in populo. vt ſi forte prius peccatũ potuiſſet aboleri:ſecũda corrigi culpa

non poſſet. Erat ergo primũ ſciſma eorum qui dicebantur ſaducei: initio Ioannis
iã pene temporibus ſumpto. hiq; vt ceteris iuſtiores/ſegregare ſe cepere a populi
cetu/& mortuorũ reſurrectioné negare/ idq; arguméto infidelitatis aſſerere/dicé-
tes non eſſe dignũ/vt quaſi ſub mercede propoſita colatur deus. auctor vero ſen

Doſitheus auctor hereſeos ſaduceorum

tentie huius/prim⁹ Doſitheus: ſecũdus Simon fuit. Aliud ſamareum ſciſma eſt. &
ipſi enim reſurrectioné mortuorũ negãtes: aſſerunt nõ in hieroſolymis ſed in mõ
te garizim adorandũ eſſe deũ. qui tamé vnũ verũ prophetã ex Moſis vaticinatio

Simon magus Samaritani.

nibus recte expectãtes: prauitate Doſithei impediti ſunt/ne hunc qué expectabãt
crederét eſſe Ieſum. ſcribe quoq; & phariſei/in aliud ſciſma deducũtur: ſed ii bapti

phariſei

zati a Ioãne & velut clauẽ regni celorũ verbũ veritatis tenẽtes ex Moſis traditióe
ſuſceptũ: occultarũt ab auribus populi. ſed ex diſcipulis Ioannis qui videbantur
eſſe magni/ſegregarũt ſe a populo: & magiſtrũ ſuũ velut Chriſtũ predicarũt. hec
autem omnia preparata ſunt ſciſmata: vt & fides Chriſti per hec impediretur/&
baptiſma. Verũtamen vt dicere ceperamus: cũ frequẽter nos põtifex per ſacerdo-
tes rogaſſet/vt de Ieſu ſermo nobis haberetur ad alterutrũ/ vbi oportunũ viſum
eſt & omni eccleſie placuit/aſcẽdimus ad téplũ. Cap. VIIII

Sermo duodeci apoſtolorũ cũ iudeis.

E T ſtantes in gradibus vna cum fidelibus fratribus noſtris / facto populi
ſummo ſilẽtio: prior pontifex cepit adhortari populum/vt patienter &
cum quiete audiant / ſimulq; eorum (que dicenda ſunt) teſtes et iudices
fiant. Tum deinde multis laudibus efferens ſacrificiorum ritum/ qui ad remiſſio-
nem peccatorum humano generi diuinitus eſſet indultus: cauſabatur Ieſu noſtri
baptiſma/velut cõtra hec nuper inductũ. ¶ Sed proſecutionibus eius occurrens

Mattheus.

Mattheus: euidẽter oſtendit ꝙ ſi quis Ieſu baptiſma non fuerit cõſecutus/hic nõ
ſolũ celorũ regno fraudabitur/ verũetiam in reſurrectione mortuorum nõ abſq;
periculo erit/etiã ſi bone vite & recte mẽtis prerogatiua muniatur. hec & his ſimi

Saduceus quidam

lia proſecutus: ſiluit Mattheus. ¶ Sed ſaduceorũ pars/que negat eſſe reſurrectio
nẽ mortuorũ/indignata eſt: ita vt quidã ex ipſis de medio populi exclamaret di-
cens/multũ errare eos qui putent mortuos aliquando reſurgere. ¶ Contra hũc/

Andreas.

Andreas meus frater reſpondẽs: docuit errorem non eſſe/ ſed certiſſimã fidem ꝙ
mortui reſurgant/ ſecũdum ea que docuit is quem Moſes predixit venturũ pro-
phetam. aut ſi nõ videretur eis ipſe eſſe quem predixit Moſes: de hoc inquit pri-
mo requiratur. vt cum euidenter ipſe fuerit probatus: nichil de reliquo ſuper iis
que docuit/ambigatur. hec autẽ & his ſimilia plura proteſtatus: ſiluit Andreas.

Samareus quidam

¶ Samareus vero quidã contraria populo & deo/ loquẽs/& neq; mortuos aſ-
ſerens reſurrecturos/neq; eum qui eſt in hieruſalem cultum dei tenendũ/ſed mõ-
tem garizim venerãdum: addidit contra nos etiam hec/ ꝙ Ieſus noſter non eſſet
ipſe/quem Moſes prophetam venturũ predixerat. ¶ Aduerſum hũc/& alium
qui cum ipſo hec eadẽ proſequebatur: Zebedei filii Iacobus & Ioannes vehemẽ-

Iacobus & Ioannes zebedei filii

ter obniſi ſunt. & quãuis haberent mandatũ ne ingrederẽtur ciuitates eorũ/neq;
verbũ eis predicationis inferrent: tamen ne ſermo eorũ ſi confutatus non eſſet /
aliorum lederet fidem/ita prudenter & fortiter reſponderunt/ vt perpetuũ eis ſi-
lentium darent. nam Iacobus de reſurrectione mortuorũ: cũ totius populi fauo
re perorauit. Ioannes vero oſtendit: quia ſi ceſſarent ab errore mõtis garizim/cõ-
ſequẽter ipſum eſſe agnoſcerẽt Ieſum/qui ſecũdũ prophetiã Moſis expectabatur

eſſe venturus. quoniã quidẽ ſigna & prodigia vt fecit Moſes/fecit Ieſus: & dubiũ non eſt quin ſimilitudo ſignorum/ipſum eſſe teſtetur/quem ſicut ſe/dixit eſſe venturũ. hec & alia ſimilia proteſtati: ſiluere. ¶ Et ecce quidã e ſcribis de medio populi exclamans ait: Ieſus veſter ſigna & prodigia que fecit/vt magus non vt propheta fecit. ¶ Huic Philippus vehemẽter occurrit: oſtẽdẽs/quia hac ratione accuſaret etiam Moſen. cum enim Moſes ſigna & prodigia in egypto fecerit/ ſimiliter autẽ & Ieſus in iudea: dubitari non poſſe/ꝙ quicqd de Ieſu diceretur/hoc etiã de Moſe dici videretur. hec & ſimilia plura proteſtatus: ſiluit Philippus. ¶ Phariſeus autẽ quidam audiens hec/ inſimulabat Philippũ: ꝙ Moſi equalem diceret Ieſum. ¶ Cui Bartholomeus reſpõdens cõſtanter edocuit: qa nõ dicimus Ieſum equalem Moſi/ ſed maiorem. qa Moſes quidẽ propheta fuit/quod fuit & Ieſus: quod autem fuit Ieſus/ Moſes nõ fuit/hoc eſt Chriſtus. & ideo maior ille ſine dubio: qui & propheta & Chriſtus eſt/ꝗ ille qui ſolũ propheta eſt. hec & his ſimilia proſecutus: ſiluit. ¶ Poſt hũc Iacobus alphei ſermonẽ fecit ad populũ: quo oſtẽderet nõ ideo credẽdũ eſſe Ieſum/quia de eo prophete predixerũt. ſed ideo magis credendũ eſſe prophetis/ꝙ vere prophete ſunt: quia eis Ieſus teſtimoniũ reddat. nã preſentia & aduẽtus Chriſti: illos vere prophetas fuiſſe deſignat. decebat enim nõ ab inferioribus maiori/ ſed a maiore inferioribus fidei teſtimoniũ dari. hec & multa ſimilia proſecutus: etiã Iacobus ſiluit. ¶ Poſt hunc Lebbeus populũ cepit vehemẽter arguere: cur non crederẽt Ieſum/qui eis tantũ profecerit/docendo que dei ſunt/ſolando afflictos/medendo infirmis/pauperes conſolando. ſed pro his omnibus bonis: odia/mortẽq; reddiderint. hec & his ſimilia cũ eſſet plura populo proteſtatus: ſiluit. ¶ Et ecce vnus ex diſcipulis Ioannis affirmabat/ Chriſtum Ioannẽ fuiſſe & nõ Ieſum. Intantũ (inquit) vt & ipſe Ieſus/omnibus hominibus et prophetis maiorẽ eſſe pronũciauerit Ioannẽ. ſi ergo (inquit) maior eſt omnibꝰ: ſine dubio & Moſe & ipſo Ieſu/ maior habendus eſt. quod ſi omniũ maior eſt: ipſe eſt Chriſtus. ¶ Ad hec Simon chananeus reſpondẽs: aſſeruit Ioannẽ quidẽ maiorẽ fuiſſe omnibus prophetis/& omnibꝰ qui ſunt filii mulierũ/nõ tamen maiorem eſſe filio hominis. & ideo Ieſus quidẽ & Chriſtus eſt: Ioannes vero ſolum maior prophetis eſt. & tantũ intereſt inter ipſum & Ieſum: quãtũ inter precurſorẽ/ & eũ cui precurritur. & quãtũ intereſt inter eũ qui legẽ dat: & eũ qui legẽ ſeruat. hec autẽ & his ſimilia proſecutus: ſiluit etiã chananeus. ¶ Poſt quẽ Barſabas qui & Matthias/qui in loco Iude ſubrogatꝰ eſt apoſtolꝰ: monere populũ cepit/ ne odio haberẽt Ieſum/neq; blaſphemarent eũ. multo enim eſſe rectius/etiã ignoranti vel dubitanti de Ieſu: amare eum ꝗ odiſſe. charitati enim deꝰ premiũ poſuit: odiis penam. hoc ipſum enim inquit quod iudaicũ corpus aſſumpſit/ & inter iudeos natus eſt: quomodo non omnibus vobis incentiua ſui amoris incuſſit? hec et his ſimilia cum peroraſſet: dicendi finem fecit. ¶ Tunc Caiphas doctrinã Ieſu culpare tentabat: dicẽs eũ res vanas locutũ. Beatos enim paupes dixit/& terrenas fore remunerationes promiſit/ ac ſummã muneris in terrenã hereditatẽ cõſtituit/ cibiſq; ac potu eos qui iuſticiã ſeruauerint promiſit eſſe ſaturandos/ & his ſimilia multa docuiſſe deprehenditur. ¶ Cui Thomas reſpondens: arguit eum fruſtra cauſantem. oſtendens/ quia prophete magis quibus etiam ipſe credit/ita docuerint. nec tamen quomodo erunt hec / aut quomodo percipientur oſtenderint.

Scriba quidã

philippus

phariſeus qdã

Bartholomeus.

Iacobus alphei,

Lebbeus. & ille eſt qui Iudas & thadeus dicitur

Diſcipulus qdã Ioannis,

Simon cananeꝰ

Matthias

Caiphas.

Erroris ſui cauſam de terrenis remunerationibus & hereditatibꝰ cepit Caiphas ex hoc. beati mites: quoniã ipſi poſſidebunt terrã. de cibis & potibꝰ: ex hoc. beati qeſuriũt & ſitiũt iuſticiã quoniã ipſi ſaturabũt. ꝗ ſpũaliter vt 4. ca. ſeqñtis libri et nõ carnaliter vt īfelix Caiphas cauſat/ſũt intelligẽda.

Thomas

Ieſus vero qualiter accepi hec debeant: demonſtrauerit. & cũ hec atq; his ſimilia
plura dixiſſet: ſiluit etiã Thomas. ¶ Poſt hec rurſus Cayphas me intuens/& nũc
Caiphas. vt monens/nunc vero vt culpans: dicebat ceſſare me debere de reliquo a predica
tione Chriſti Ieſu/ne in perniciem mei hoc agerẽ/ neue ipſe errore deceptus/alios
quoq; meo errore deciperẽ. tum preterea arguebat me temeritatis: ꝙ cũ eſſem ipſe
PETRVS imperitus piſcator & ruſticus: officiũ ſubire doctoris auderem. ¶ Hec & alia plu
ra his ſimilia dicenti: ego quoq; ad illa verba/reſpondi. Michi quidẽ minus eſſe
periculi ſi ſicut ipſe ait/iſte non ſit Chriſtus quia doctorẽ legis recepernn: ipſi vero
ingẽs eſſe detrimẽtũ/ſi hic ipſe ſit Chriſtus/ſicut & certe eſt. ego enim credo huic
qui apparuit: ipſe autẽ cui alii fidẽ ſeruare ſe credit/qui nullus apparuit. Si vero &
idiota (vt ais) & imperitus ac piſcator & ruſticus/preſbyteros ſapiẽtes intelligam:
hoc tibi (inquã) magis metũ debet incutere. Nã ſi ex eruditione aliqua diſputãs/
obtinere vos ſapiẽtes & eruditos: videretur vtiq; doctrina hoc michi longi tem-
poris/& non diuine virtutis gratia cõtuliſſe. nũc autẽ cũ (vt dixi) nos impiti/ vos
ſapientes cõuincimus & ſuperamus: cui ſenſum habenti non palam eſt/quia hoc
non humane argutie opus eſt/ſed diuine volũtatis & muneris: hec igitur & alia
huiuſmodi proſequẽtes: cõſequẽter proteſtati ſumꝰ/ac docuimus nos imperiti &
piſcatores ſacerdotes quidẽ de vno ſolo deo celi/ ſaduceos de reſurrectione mor-
tuorũ/ſamaritas de conſecratione hieruſalẽ/ nõ tamẽ ingreſſi ciuitatẽ ipſorũ / ſed
publice diſputantes/ſcribas vero & phariſeos de regno celorũ/ diſcipulos Ioãnis
ne ſcandalũ paterẽtur in Ioanne/omnẽ vero populũ qa Ieſus eſt Chriſtus eternꝰ.
Ad vltimũ autem monui eos: priuſq̃ progrederemur ad gẽtes predicare eis agni-
tionẽ dei patris: vt ipſi recõciliarẽtur deo/ſuſcipiẽtes filiũ eius. Aliter enĩ nullomo-
do eos oſtendi poſſe ſaluari: niſi per ſancti ſpiritus gratiã / trine inuocationis dilui
baptiſmate properarẽt/ & euchariſtiã Chriſti domini ſumerẽt. Cui ſoli de iis que
docuit/credere deberẽt: vt ſic eternã ſalutẽ cõſequi mererẽtur. Aliter vero impoſſi
bile prorſus eſſe recõciliari eos deo: etiã ſi mille ei aras/ & altaria mille ſuccẽdant.
nos enim inquã pro certo comperimus: ꝙ ſuper ſacrificiis que offertis/multomagis
predictio exaſperatur deus/ſacrificiorũ tẽpore etiã nũc expleto. Et quia vos nõ vultis agno
a petro de ſcere emẽſum iã eſſe tẽpus hoſtias offerendi: ob hoc deſtruetur tẽplũ/& abbomi-
ſtructionis natio deſolationis ſtatuetur in loco ſancto/ & tũc gẽtibus euangeliũ predicabitur
templi. ad teſtimoniũ veſtri. vt ex illorum fide: veſtra infidelitas iudicetur. omnis etenim
mũdus/diuerſis tẽporibus diuerſas malicie egritudines patitur/ vel p oẽs genera-
liter/ vel p ſingulos quoſq; ſpecialiter: & ideo indiget medico/q cũ viſitet ad ſalu-
tẽ. nos ergo proteſtamur vobis/& (quod vnũquẽq; veſtrũ latuit) nũciamus. ve-
ſtrũ eſt deliberare quid expediat vobis. ¶ His a me dictis: ingemuit omnis multi
Gamaliel. tudo ſacerdotũ/ꝙ eis de tẽpli ſubuerſione predixerim. quod cũ vidiſſet Gamaliel
princeps populi (qui latẽter frater noſter erat in fide/ ſed cõſilio noſtro inter eos
erat) qa valde fremerẽt/& ingẽti aduerſum nos furore mouerẽtur: aſſurgens ait.
quieſcite pauliſper viri iſraelite. non enĩ aduertitis tentationẽ que imminet vobis:
propter quod deſinite ab hominibus iſtis. & ſi qdẽ humani cõſilii eſt quod agũt:
cito ceſſabit. ſi autẽ a deo eſt: cur ſine deo peccatis/nec proficitis qcq̃. dei enĩ volũ
tatẽ qs poteſt ſuperare? nũc ergo quoniã qdẽ in veſperã iã vertiẽ dies: hoc ipſo in
loco cras audiẽtibꝰ vobis/ ego ipſe cũ iſtis diſputabo/vt oẽm errorẽ palã arguã/

dilucideqꝫ confutem. & his dictis: repreſſus eſt eorum aliquatenus furor/ea preci-
pue ſpe/quod die craſtino erroris nos pub[illegible]e arguendis ſperarent. & ſic cū pace
populum dimiſit.

Cap.X.

> Ex loco tres videntur fuiſſe Iacobi Iacobus zebedei/Iacobus alphei/& Iacobꝰ epiſcopꝰ hieroſolymorū qui & dicebaꝛ frater domini.

n Os vero cū veniſſemus ad Iacobū noſtrū/ omnia que dicta geſtaqꝫ fuerāt
exponētes: cibo ſumpto apud eū manſimus/omnipotenti deo per totam
noctē ſupplicātes/vt future diſputationis ſermo/ indubitatam fidei noſtre oſten-
deret veritatē. Igitur poſtera die Iacobus epiſcopus nobiſcū ſimul/ & cū omni ec-
cleſia aſcēdit ad templū: vbi ingentē repperimus multitudinē a medio noctis ex-
pectantem nos. ſtetimus ergo in locis quibus & prius: vt eminentius ſtantes ab
vniuerſo populo cerneremur. cūqꝫ eſſet ſummū ſilētiū factū: Gamaliel (qui vt ſu-
pra diximus noſtre fidei erat) diſpēſatione vero manebat inter ipſos/vt ſi quādo
iniquū aliqd aduerſum nos aut impiū molirētur/vel ipſos cōſilio reprimeret pru-
dēter aptato/vel nos cōmoneret/vt aut curare aut declinare poſſemꝰ. Is ergo tāꝗ
aduerſum nos agēs: prior omniū epiſcopū Iacobū intuēs/hoc modo allocutꝰ eſt.

> Gamaliel.

ſi ego Gamaliel neqꝫ eruditionis mee/neqꝫ ſenectutis opprobriū duco/diſcere ali-
quid a paruulis & ab imperitis/ ſi qd forte eſt vtilitatis aut ſalutis acqrere (q enim
rationabiliter viuit: ſcit qa nichil eſt anima precioſius) quomodo nō omnibꝰ hoc
amabile eſt/cūctiſqꝫ exoptatū: vt que ignorat diſcat/que didicerit doceat? certiſſi-
mū nāqꝫ eſt quod neqꝫ amicitia/neqꝫ propinqtas generis/neqꝫ regni nobilitas ho-
mini debet eſſe precioſior veritate. & vos ergo fratres/ſi qd amplius noſtis: popu-
lo dei id fratribus noſtris proferre nō pigeat/omni populo libēter & tota cū gete
(que dicitis) audiēte. quomodo enim nō hoc faciat populꝰ: cū me ipſum videat/
ſecū pariter velle a vobis diſcere/ſi qd forte amplius vobis reuelauit deus. ſi vero
vos in aliquo īdigetis: ſimiliter etiā vos a nobis nō pigeat edoceri. vt erga vtrāqꝫ
partē ſi qd deeſt: adimpleat deus. quod ſi aliquis vos forte ſolicitat metꝰ/propter
nōnullos noſtrorū/ q preiudicatis aduerſum vos animis vtūtur/ & inſidias corū
verētes nō audetis dicere quod ſentitis apertius: ego vt vos etiā huius occaſione
timoris abſoluā/iuro vobis omnipotentē deū/& viuentē in ſecula/ quia nullum
permittā vobis iniicere manus/ habētes ergo huius iuramēti mei omnē hunc po-
pulū teſtē/& idoneū pignus ſacramēti noſtri fedus tenētes: abſqꝫ vlla cūctatione
quod didicit vnuſquiſqꝫ veſtrū proferat. & nos fratres intente/& cum ſilentio au-
diamus. ¶ Hec dicens Gamaliel non valde placebat Caiphe/& vt videbatur ſu-
ſpectū habens eū: ipſe magis inſerere ſe ſubtiliter diſputationibus cepit. ſubridens
enim ad ea que Gamaliel dixerat / Iacobū noſtrū principem epiſcoporū/ſacerdotū
princeps exorabat: vt de Chriſto nō aliūde ſermo ꝗ de ſcripturis fieret/ vt ſciamꝰ
inqt vtrū Ieſus ipſe ſit Chriſtus an nō. tūc Iacobus: primo inquit omniū reqramꝰ
ex quibus ſcripturis potiſſimū diſputationem haberi oporteat. at ille vix aliquan-
do ratione ipſa ſuperatus: reſpondit ex lege habendam / & poſt hoc etiam pro-
phetarum addidit mentionem. cui Iacobus noſter cepit oſtendere: quia & pro-
phete ea que dicunt/ex lege ſumpſerint/& legi conſona ſint locuti. ſed & de libris
regnorū/diſſeruit aliqua: quomodo & quādo & a quo ſcripti ſint/ & quomodo
eis vti oporteat. cūqꝫ & de lege pleniſſime diſputaſſet/ac ſingula que de Chriſto
ſunt puriſſima expoſitione protuliſſet in lucē: oſtendit abundantiſſimis proba-
tionibus/ quia Ieſus eſt Chriſtus/ & in ipſo vniuerſa que de humili eius aduentu

> Caiphas. Iacobus. Libri regnorū

Duplex aduẽtus domini

fuerant predicta cõplentur . duos enim eius predictos eſſe docuit aduentus : vnũ
humilitatis quẽ & impleuit/ aliũ glorie qui ſperatur implendus cũ veniet regnum
dare credentibus in ſe/& ſeruãtibus omnia que precepit. cũq; de his omnibus eũ
dẽter populũ docuiſſet: addebat etiã hoc . quia niſi quis baptizat⁹ fuiſſet in aqua/
ſub appellatione trine beatitudinis/ ſicut docuit verus propheta: neq; remiſſionẽ
acciperet peccatorũ/neq; introiret in regnũ celorũ/& hanc eſſe dei ingeniti preſini
tionẽ confirmauit. quibus etiã hec addidit. Nolite putare nos duos ingenitos di-
cere deos/aut vnũ diuiſum eſſe in duos/vel ſicut impii dicũt eũdẽ maſculũ & femi
nam ſui effectũ : ſed filiũ dei vnigenitũ dicimus non ex alio initio/ſed ex ipſo inef-
fabiliter natũ. ſimiliter etiã de paracleto dicimus . ſed & de baptiſmate cũ aliquãta
dixiſſet: per ſeptẽ continuos dies perſuaſit omni populo & pontifici/vt cõfeſtim

Id dictũ de paulo perſecutore eccleſie putatur

ad percipiendũ baptiſma feſtinarent. cũq; in eo iam res eſſet/ vt venirent & bapti
zarentur: homo quidã inimicus tũc cũ paucis admodũ ingrediẽs templũ/clamare
cepit & dicere. quid facitis o viri iſraelite : cur nobis tã facile ſurripitur : cur preci-
pites ducimini ab hominibus infeliciſſimis/& a mago deceptis: cumq; hec diceret/
et ad hec adderet/ac ſuperaretur ab epiſcopo Iacobo: conturbare populũ/& ſedi
tiones ſuſcitare cepit/ vt ne ea que dicebantur plebs poſſet audire. Igitur exagita-
re cũcta clamoribus/& que fuerant multo labore ordinata conuellere/ſimulq; in-
cuſare ſacerdotes/& obprobriis atq; increpationibus cepit accendere/& velut fu-
ribũdus ſingulos quoſq; ad cedem concitare: dicẽs/quid agitis/ quid ceſſatis o ſe-
gnes & deſides/cur non manibus noſtris inuadimus & diſcerpimus omnes hos:
et cũ hec dixiſſet: primus rapto ex ara titio/cedis fecit exordium. Tum deinde &
ceteri videtes eũ: ſimili ferebãtur inſania . fit omniũ clamor cedentiũ pariter & ce-
ſorum. ſanguis plurimus funditur/fuga permixta habetur: cũ interim ille inimic⁹
homo Iacobũ aggreſſus/de ſummis gradibus precipitem dedit. quẽ cum mortuũ
credidiſſet: vltra mulctare neglexit. Noſtri vero ſublatũ eũ collegerunt. erãt enim
et numero plures q̃ illi/ & virtute maiores: ſed propter reuerentiã dei/ ipſi magis
interimi ſe a paucioribus q̃ interimere alios patiebantur. cũ autẽ veſpera affuiſſet/
templũ quidẽ ſacerdotes claudunt: nos vero ad domũ Iacobi regreſſi/ & per no-
ctantes/ibi in oratione ante lucẽ deſcendimus hiericho ad quinq; milia viri . poſt

Gamaliel.

triduũ autẽ venit ad nos ex fratribus quidã a Gamaliele (de quo ſupra diximus)
occultos nũcios nobis deferens/ꝙ inimicus ille homo legationẽ ſuſcepiſſet a Cai-
pha pontifice/vt omnes qui crederent in Ieſum perſequeretur/& Damaſcum par-
geret cũ epiſtolis eius. vt etiã ibi auxilio vſus infidelium: fidelibus inferret exitium.
Idcirco autẽ precipue Damaſcũ feſtinaret: ꝙ illuc confugiſſe crederet Petrũ. & poſt
dies fere triginta digreſſus eſt/per hierico Damaſcum tendẽs: cũ per idem tẽporis

Sepulchra duorũ chriſtianorum.

progreſſi eſſemus nos ad ſepulchra duorũ fratrũ quorũdam / que ſponte ſua per
annos ſingulos dealbabãtur. quo miraculo/multorũ aduerſum nos repreſſus eſt
furor: videntiũ haberi noſtros in memoria apud deũ. Poſitis itaq; nobis in hieri-
cho/ibiq; orantibus & ieiuniis operã dãtibus : Iacobus epiſcopus arceſſitum me

Simon magus,

inde/hinc ceſaream mittit dicẽs . quia Zacheus de ceſarea ſcripſerit ei/ Simonem
quendã ſamareum magum/plurimos noſtrorũ ſubuertere/ aſſerẽtem ſe eſſe quẽ-
dam ſtantẽ(hoc eſt alio nomine Chriſtũ)& virtutem ſummã excelſi dei/que ſit ſu
pra conditorẽ mundi/ ſimulq; mirabilia plurima oſtendens: alios dubitare/alios

declinare fecerit ad ſe/ cunctaqꝫ diligenter cõperta ab iis qui prius ſocii eius vel diſcipuli fuerant/ & poſt hoc ad Zacheum conuerſi ſunt: indicauit. multi ſunt ergo inquit Iacobus o Petre: quorum ſalutis cauſa proficiſci te oportet/ & arguere magum/ ac ſermonẽ veritatis docere. ſed nichil moreris: neqꝫ te cõtriſtet quod ſolus proficiſceris/ ſciens comitẽ tibi & adiutorẽ deũ per Ieſum/ & cito per eius gratiam multos tibi ſocios & vnanimes fore dandos. Rogoqꝫ vt per ſingulos annos precipua queqꝫ ex dictis geſtiſqꝫ tuis ſcripta mittas ad me: & maxime per ſeptimanas annorũ. & his dictis dimiſſus ab eo: ſex diebus perueni ceſareã. Ingredienti autem michi occurrit Zacheus dilectiſſimus frater noſter: & inherens amplexibus meis/ perduxit ad hoc (in quo ipſe cõmanebat) hoſpitiũ/ requirens a me de ſingulis quibuſqꝫ fratribus/ & precipue tamen de honorabili fratre noſtro Iacobo. cumqꝫ audiſſet a me quod vno adhuc claudicaret pede: percũctanti cõtinuo cauſam/ omnia hec que nunc tibi expoſuimus/ enarraui. quomodo euocati eſſemus a ſacerdotibꝰ et pontifice Caipha ad templũ/ & Iacobus archiepiſcopus ſtans in ſummis gradibus per ſeptẽ continuos dies vniuerſo populo de ſcripturis diuinis aſſignauerit/ ꝙ Ieſus eſſet Chriſtus quoue modo omnibus iam acquieſcẽtibus vt ab eo baptizarentur in nomine Ieſu/ inimicus homo effecerit omnia illa que ſupra diximꝰ/ vine ea iterum dicamus. quibus cognitis Zacheus rurſum michi que a Simone gererentur exponit. & inter hec (neſcio vnde cognito aduẽtu meo) ipſe mãdat ad me Simon/ audiẽte inquit populo/ die craſtina diſputemꝰ. cui ego: fiat inquã vt libet. et hec pollicitatio mea vniuerſe innotuit ciuitati: ita vt tu qui ipſa die adueneras/ diſceres me die poſtera cum Simone habiturũ eſſe certamen/ & requiſita mãſione noſtra ſecũdum indicia que a Barnaba acceperas venires ad nos. ego vero in ingreſſu tuo ita gratulatus ſum: vt neſcio vnde motus/ feſtinauerit animus meus exponere tibi cũcta velociter. precipue tamẽ quod eſt in fide maximũ: de vero propheta. quod vnũ ad totius doctrine fundamentũ ſufficere poſſe non ambigo. Tũ etiã ſcripte legis ꝑ ſingula queqꝫ capita/ quorum ratio poſcebat/ ſecretiorẽ tibi intelligentiã patefeci/ non occultans a te nec traditionũ bona. que vero ſuperſunt incipiens a die craſtina ex iis que in queſtionibus cum Simone mouebuntur per dies ſingulos: audies vſquequo (domino fauente) perueniatur ad ipſam/ quo iter noſtrũ dirigendum credimus vrbem romam. Cumqꝫ ad hec ab eo dicta: omnem gratiã me ei debere profiterer/ facturũqꝫ omnia me/ que preciperet promptiſſime pollicerer: cibo ſumpto quieſcere nos iuſſit/ ſibiqꝫ ipſi quietem dedit.

1 PETRVS
2 zacheus
3 Sophonias
4 Ioſephus
5 Micheas
6 Helieſdras
7 Phinees
8 Lazarus
9 Heliſeus
10 Clemens
11 Nicodemꝰ
12 Niceta
13 Aquila.

RECOGNITIONVM PETRI APO. LIBER SECVNDVS. Cap. I.

CVm autem dies (que ad diſceptandũ cum Simone ſtatuta fuerat) illuceſceret: Petrus primis gallorum cantibus ſurgens/ excitauit etiã nos. eramus nos enim in eodẽ cõclaui cubitantes/ ſimul õnes tredecim. In qbus primꝰ poſt Petrũ zacheus. Deinde ſophonias/ Ioſephꝰ & micheas helieſdras & Phinees lazarus/ Heliſeus/ poſt hos ego Clemens & Nicodemus/ Inde Niceta & Aquila q prius fuerãt diſcipuli Simonis/ & docente zacheo cõuerſi ſunt ad fidẽ Chriſti. mulierum ſane nulla prorſus aderat. cumqꝫ adhuc veſpertinum lumen duraret: omnes reſedimus, Petrus videns vigilare nos/ ac ſibi intendere/ ſalutatis nobis/ continuo dat ſermonis exordiũ. Mirari me equidẽ fateor fratres/ humane nature vim/

Veſpertinum lumen: quod in funalibꝰ ãteq̃ irent dormituri accenderant. neqꝫ adhuc ſurgente Petro extinctũ erat.

PETRVS quam ad omnia aptam habileq; eſſe video. hoc autē dicere in memoriā venit ex
iis/que rebus ipſis expertus ſum. vt cū tranſierit mediū noctis: ego ſponte iam ſuſ
ſcitor/& vltra ſomnus nequaq̄ venit ad me. quod michi accidit ex eo/quia in cō
ſuetudine habui verba domini mei/que ab ipſo audieram/reuocare ad memoriā.
Et pro ipſorū deſiderio: ſuſcitari animis meis & cogitationibus imperaui. vt euigi
lās ad ea/& ſingula queq; recolēs ac retexens: poſſim memoriter retinere. Ex hoc
ergo dū omni dulcedine/ſermones domini verſare in meo corde deſidero: cōſue
tudo obtinuit vigilandi/etiā ſi nichil ſit quod cogitare velim. Ita enim ineffabili
quadā ratione/itroducta alia cōſuetudine/vetus cōſuetudo mutaſ/&id re vera ſi
nō ſupra modū cogas/ſed quātū recipit mēſura nature. neq; enim ſomno penit⁹
Clemens carere/ poſſibile eſt. alioqui nec facta nox fuiſſet ad quietē. ¶ Et ego Clemens cū
audiſſem: optime inquā dixiſti o Petre/quia cōſuetudo cōſuetudine mutatur. nā
& ego cū nauigarē/primo turbari cepi & itra me/michi oīa vertebātur: ita vt ſugil
Sugillari: cōcuti cōmoueriq; ad vomitionem. lari viderer/nec ferre poſſem obprobriū & moleſtiam maris. Poſt paucos autem
dies/ vbi cōſuetudo facta eſt: tolerabiliter ferre cepi. Ita vt mane ſtatim cū nautis:
cibū ſumere delectarer. cū prius ante horam ſeptimam: capiendi cibi cōſuetudo
non eſſet. Nūc ergo ex illa ſola cōſuetudine circa illud tēpus/quo comedere cum
nautis ſolebā: eſuries admonet me. quod tamē rurſus depellendum ſpero: dū alia
fuerit cōſuetudo ſuſcepta. Credo ergo etiā tibi/vigiliarū cōſuetudinē vt perhibes
inſtitutā: & oportune hoc nobis exponere/vt & nos aliquantulū ſomnū a nobis
abiicere atq; effugare nō pigeat. vt poſſimus/doctrine viuētis inſtituta ſuſcipere.
vbi enim decocti fuerint cibi / & mens acceperit nocturna ſilentia: oportuniſſime/
que docentur/inſident. ¶ Et Petrus libenter accipiēs quod intellexerim prefatio
nis eius cauſam ad vtilitatē noſtrā prolatam: collaudans me adhortādi & incitā
PETRVS di ſine dubio gratia/cōſequentē cepit expedire ſermonē. ¶ Oportunū michi nūc
& neceſſariū videtur. de iis que imminent: aliqua diſcutere/id eſt de Simone. Scire
enim velim quibus ſit moribus/& quibus actib⁹. quod michi (ſi quis ſcit) indica
re non ceſſet. refert enim iſta prenoſcere. nā ſi in mādatis habemus/vt venientes
ad ciuitatem diſcamus prius quis in ea dign⁹ ſit/vt apud eum cibū ſumam⁹: quā
tomagis conuenit noſcere quis qualiſue ſit/ cui imortalitatis verba credenda ſunt.
Soliciti enim & valde ſoliciti eſſe debemus: ne margaritas noſtras mittamus ante
porcos. Sed & alias ob cauſas: vtile eſt viri huius me habere notitiā. ſi enim ſciam
quia in iis de quibus nō poteſt dubitari ꝙ bona ſint/emēdatus eſt/& inculpabilis
(hoc eſt ſi ſobrius/ſi miſericors/ſi iuſtus/ſi mitis/& humanus eſt: que vtiq; bona
eſſe nullus ambigit) tunc conſequēs videbitur/vt ei qui ꝓtinet bona virtutū/etiā
quod deeſt fidei & ſciētie cōferatur. & in quibus maculari videtur: eius vita (que
eſt in reliquis probabilis) emendetur. Si vero in iis que palam ſunt peccatis/inuo
lutus permanet & inquinatus: non me oportet ei aliquid de ſecretioribus & re
motis diuine ſcientie/proloqui/ſed magis proteſtari & cōuenire eum: vt peccare
deſinat/& actus ſuos a viciis emendet. Q. ſi ingeſſerit ſe/& prouocauerit nos dice
re/que eum minus recte agentem non oporteat audire: prudenter eum debemus
eludere. nam nichil omnino reſpōdere: auditorū cauſa/vtile nō videtur. ne forte
exiſtiment nos reſponſionis penuria declinare certamen / & fides eorum ledatur
Niceta non intelligentium propoſitū noſtrū. ¶ Cūq; hec Petrus dixiſſet ad nos: Niceta

rogat permitti ſibi dicere aliquid. atq; indulgente Petro: cum venia (inquit) obſecro te mi domine Petre audias me valde ſolicitum tui/& verentem ne forte in certamine quod tibi eſt cum Simone/ſuperari videaris. ſolet enim frequēter accidere: vt qui veritatem defendit/non ſemper obtineat / dum aut in aliquo preuenti ſunt auditores/aut non grandem curam melioris ſententie gerunt. ſuper hec autem omnia: & ipſe Simon vehementiſſimus eſt orator/in arte dialectica/& ſyllogiſmorum tendiculis enutritus. quod autē eſt omnibus grauius: & in arte magica/valde exercitatus. & ideo metuo ne forte tam valide ex omni pte munitus: apud eos q igno rant eum/falſa allegās/putetur vera defendere. Neq; enim vel nos potuiſſemus eū effugere/& cōuerti ad dominū: niſi dum adiutores eius & errorum ſocii fuimus/ agnouiſſem⁹ q deceptor eſſet & magus. ¶ Cūq; hec Niceta dixiſſet: Aquila quoq; rogans ſibi dicendi facultatem dari/hoc modo etiam ipſe proſecutus eſt. Suſcipe queſo & mei erga te amoris curam optime Petre. & ego enim valde ſolicitus ſum pro te. nec reprehendas me in hoc. quia curam gerere alicuius: ex affectu venit. negligere autem non minus eſt ḡ odiſſe. Teſtem vero inuoco deū: quia nō vt ſegniorem te in certamine ſciens metuo pro te/quippe qui nec vnq̄ preſto affuerim diſputanti: ſed quia illius impietates bene nouerim/exiſtimationē tuam cogito ſimul & animos auditorum/& ipſius ante omnia veritatis ſtatum. vehemens enim eſt hic magus ad omnia quecunq; voluerit: & ſupra modum ſceleſtus. in omnibus enim eum diligenter agnouimus: vt pote qui a puero/malorū eius auditores fuerim⁹ & miniſtri. & niſi nos dei amor abrupiſſet ab eo: in his eiſdē cum ipſo etiam verſaremur malis. Sed ingenitus quidam nobis erga deum affectus: ſcelera quidem exoſa/ cultum vero dei amabilē fecit. vnde & arbitror opus fuiſſe prouidentie: vt nos primo familiares eius effecti/ notitiam caperemus quo modo/ vel quali arte prodigia que facere videretur/efficiat. Quis enim qui nō obſtupeſcat ſuper iis que facit mirabilibus: & putet eum de celis deum ad ſalutem hominū deſcēdiſſe: ego de me ipſo fateor: niſi interius eum ſciſſem/& interfuiſſem actibus eius/ſubripi michi facile potuiſſet. vnde nō fuit magnū/nos ab eius cōſortio ſeparari: ſciētes eū magicis artib⁹ & cōmentis ſcelerum niti. Quod ſi vis etiā ipſe de eo cuncta cognoſcere/qs ipſe ſit/ qualiſue/& vnde/vel qualiter patretur que gerit: auſculta. ¶ Simon hic patre Antonio/matre Rachel natus eſt: gente ſamareus ex vico gettomim/arte magus/grecis tamen litteris liberalibus apprime eruditus/ glorie ac iactantie ſupra omne genus hominū cupidus/ita vt excelſam virtutem que ſupra creatorē deum ſit/credi ſe velit eſſe/Chriſtum putari/atq; ſtantem nominari. hac autē appellatione vtitur: quaſi qui neget poſſe ſe aliquādo diſſolui/aſſerens carnē ſuā ita diuinitatis ſue virtute cōpactam/ vt poſſit in eternum durare. hinc ergo & ſtans appellatur: tanq̄ qui non poſſit vlla corruptione decidere. Interfecto etenim (ſicut ſcis ipſe) Ioanne baptiſta/ dum Doſitheus hereſeos ſue iniſſet exordium cum aliis triginta principalibus diſcipulis & vna muliere que Luna vocitata eſt (vnde & illi triginta quaſi ſecundum lune curſum in numero dierū/poſiti videbātur) Simon hic (vt diximus) male cupid⁹ glorie accedit ad Doſitheum/& ſimulatis amicitiis exorat/vt ſi quando aliqs ex illis triginta obiiſſet/in locum defuncti ipſum cōtinuo ſubrogaret. quia neq; ſtatutum numerum excedere apud eos fas erat: neq; ignotū aliquē inſerere/aut nōdum probatum. vnde & ceteri ſtudentes digni loco ac numero fieri: ſecundum ſecte ſue inſtituta/placere per omnia geſtiunt/ quo poſſit vnuſquiſq; ex iis qui illū numerum

Tendicule ſyllogiſmorum: ars ſophiſtica

Aquila

Quis & vnde Simon mag⁹

Doſitheus hēſiarcha.

Luna: eadem eſtque & ſelene vocatur. nā ſelene grecum: luna latinū vocabulum eſt.

ſequuntur(cum forte aliquis vt diximus deceſſerit)dignus videri/qui in locum de-
functi ſubſtitui debeat. Igitur Doſitheus plurimis ad hoc exoratus: vbi locus intra
numerum factus eſt introduxit Simonem . ſed hic nõ multo poſt incidit in amorẽ
illius mulieris: quã Lunã vocitabant/nobiſqꝫ vt pote familiaribus ſuis/omnia cõ-
credebat/ꝙ magus eſſet/& ꝙ amaret lunã . ꝙqꝫ glorie cupidus nolit eam inglori⁹
frui: ſed expectaret patienter/donec honeſte vti ea liceret/ſi tamen etiam nos con-
ſpiremus ei ad omnia que velit . Sed & mercedem miniſterii huius daturum ſe no-
bis pollicebatur : ſummis vt honoribus effici/& vt dii eſſe ab hominibus credere-
mur. tantum vt michi (inquit) Simoni deferatis primatus: qui poſſum magica arte
multa ſigna & prodigia oſtendere/per que poſſit vel glorie/ vel ſecte noſtre ratio
conſtare.

Cap.II.

Preſtigie vanitatis magice Aquila eas denarrat;

P Oſſum enim facere vt volẽtibus me comprehendere: nõ appaream. & rur-
ſus volens videri: palam ſim. ſi fugere velim/mõtes perforem:& ſaxa quaſi
lutum pertranſeam . ſi me de monte excelſo precipitem: tanꝗ ſubuectus/ ad terras
illeſus deferar . vinctus: memet ipſum ſoluam . Eos vero qui me in vincula conie-
cerint: vinctos reddam. In carcere colligat⁹: clauſtra ſponte patefieri faciã. ſtatuas
animatas reddam : ita vt putẽtur ab iis qui vident/homines eſſe . Nouas arbores
ſubito oriri faciam & repentina virgulta producã. In ignem memetipſum iniciẽs:
non ardeam. vultum meum immuto/ vt non agnoſcar :ſed & duas facies habere
me poſſum hominibus oſtendere . Ouis aut capra efficiar . pueris paruulis barbã
producam. In aere volando inuehar. aurũ plurimũ faciam. reges faciã : eoſdemqꝫ
deiiciã. Adorabor vt deus: publice diuinis donabor honorib⁹. Ita vt ſimulachrũ
michi ſtatuentes: tanꝗ deũ colãt/& adorẽt. & quid opus eſt multa dicere: quicqd
voluero: facere potero . Multa etenim iam michi experimenti cauſa : conſumata
ſunt. deniqꝫ aliquando (inquit) cum mater mea Rachel iuberet me exire ad agrum
vt meterẽ: ego falcem vidẽs poſitam/precepi ei vt iret/& meteret/& meſſuit decu-
plo amplius ceteris. Multa iã noua virgulta produxi de terra : & cõualeſcere ego
ea feci/& ſub momento tẽporis apparere . Et montẽ proximũ: ego ſecũdo perfo-
raui. Sed hec cũ diceret de virgultis productis & monte perforato: ſtupeſcebã pro
eo ꝙ etiam nos circũuenire velit/quibus ſe commendare & concredere videbatur.
Sciebamus enim ꝙ a proauis hec fuiſſent: que a ſe nuper facta perhibebat. Hec er-
go nos ab eo flagitia audiẽtes/& horũ deteriora: ſequebamur tamen ipſi eius ſcele-
ra/& alios ab eo decipi patiebamur/multa etiam mentiẽtes pro eo. & hoc: priuſꝗ
aliquid faceret eorũ/que promiſerat. Ita vt nullis adhuc geſtis: a nõnullis tamẽ pu-
taretur deus . Interim in initio cũ adhuc inter triginta Doſithei diſcipulos habere-
tur: cepit ipſi Doſitheo derogare/tãꝗ qui non integre nec perfecte doceret/idqꝫ eũ
nõ inuidia facere/ſed ei⁹ inſcitia. verũ Doſitheus vbi ſibi derogari ſenſit a Simone/
verens ne opinio ſua obſcuraretur apud homines/qui eũ ipſum putabant eſſe ſtã-
tem: furore cõmotus/cũ ad ſcholã ſolitam cõueniſſent/virga arrepta verberare Si-
monẽ cepit. Et repẽte per corpus eius quaſi per fumũ: viſa eſt virga tranſire . ſuper
quo obſtupefactus Doſitheus ait ad eũ: dic michi ſi tu es ſtans/vt adorem te. Cũqꝫ
Simon reſpondiſſet ego ſum: Doſitheus vidẽs ſe nõ eſſe ſtantẽ/cecidit & adorauit
eũ. Et Simoni quidẽ cedit principatu ſuo/ipſiqꝫ obedire omnẽ triginta virorũ ordi-
nem iubet. ſemetipſum vero in loco Simonis ſtatuit. & nõ multo poſt: defunctus
eſt. Igitur poſt obitũ Doſithei: Simon accepit lunã . cũ qua vſqꝫ ad preſens: circuit

Hec fuiſſent : hec inquã de perforatione montis.

vt videtis/decipiens turbas.& aſſerens ſemetipſum quidem virtutem eſſe quādā/
que ſit ſuper cōditorem deum: Lunam vero que ſecum eſt/ eſſe de ſuperioribus ce
lis deductam/eandemq cunctorū genitricem aſſerit eſſe ſapientiam.pro qua(inqt)
greci & barbari confligentes/imaginem quidem eius aliqua ex parte videre potu-
erūt: ipſam vero vt eſt/penitus ignorarunt. quippe que apud illum primū om-
nium & ſolum/ habitaret deum. Et hec atq alia his ſimilia cum verborū pompa
preferens: decipit multos.ſed & hoc indicare debeo:quod ipſe ego vidiſſe me me-
mini. Cū eſſet aliquādo Luna illa eius in turre quadam / multitudo ingens ad eā
cōuenerat puidendam/ & vndiq circa turrem ſtabat. & illa per omnes feneſtras
turris illius/omni populo procumbere ac proſpicere videbatur.Et multa alia mi-
rabilia fecit & facit: ita vt ſtupentes pro his homines/ putent eum ipſum eſſe ſum
mum deum.Nā michi & Nicete aliquando rogātibus / vt exponeret/ quomodo
hec poſſent arte magica effici / & que eſſet huius rei natura: Simon tanq̄ familia-
ribus ſuis/explanare ita cepit. ¶ Pueri(inquit)incorrupti/& violenter enecati:ani
mam adiuramentis ineffabilibus euocatā/ aſſiſtere michi feci.& per ipſam: fit om-
ne quod iubeo.Et ego.Eſt ne inquā poſſibile anime hec facere? ille reſpōdit.Hoc
vos ſcire volo:quia ſecundum locum poſt deū/ obtinet anima hominis/ cum exu
ta fuerit a corporis ſui tenebris . ſtatim deniq & preſciētiam habet: propter quod
euocatur ad necromātiā. Et ego iterū reſpōdi.cur ergo interfectorū anime nō vlci
ſcuntur interfectores ſuos? At ille. non meminiſti inquit quod dixi: quia cū exierit
de corpore/ etiā preſentiā habet? Memini inquam. Ob hoc ergo inquit cum exce
dit e corpore : ſtatim prenoſcit futurū eſſe iudicium : & vnumquemq pro iis que
hic egerit malis/penam daturū. & ideo nolūt vlciſci interfectores ſuos: quia & ipe
pro ſuis malis que hic cōmiſerant/perferant cruciatus/& illos ſciunt in iudicio gra
uiora manere ſupplicia.ſuper hoc autē omnia: nec permittitur eis exire aut facere
quicquā ab angelis qui eis preſunt.Et ego reſpondi. ſi non permittitur eis ab āge-
lis huc venire / aut facere quod volunt : quomodo mago euocanti obtemperat
anima? Ipſis inquit animabus venire volentibus nō indulgent. cū vero ii qui pre-
ſunt angeli adiurati fuerint per maiorem ſuum: excuſationē habent noſtre(q eos
adiuramus) violentie/ vt permittant exire animas quas euocamus. non enim illi
peccant qui vim patiunt: ſed nos qui iferimus neceſſitatē.Ad hec Niceta vltra nō
ferens: propere reſpōdit/ quod & ego quidem facturus eram / ſed prius eū expi-
ſcari de ſingulis cupiebam. ſed vt dixi Niceta preueniens: & tu(inquit) non times
diem iudicii qui vim angelis facis/& animas euocas/ & homines decipis/ & hono
rem tibi diuinū ab hominibus mercaris? quomodo nobis perſuades / quod neq
iudicium erit/vt nonnulli iudeorū fatentur: neq anime immortales ſunt quod vi-
detur pluribus/cū ipſis oculis tuis videas eas/ & commonitionē diuini iudicii ca-
pias ex ipſis? His ab eo' dictis/ impalluit Simon:& tamē poſt paululum recolligēs
ſe/ ita reſpondit.neq putetis(inquit) quod generis veſtri homo ſim ego/neq ma
gus ſum/ neq amator Lune/ neq Antonii filius/ante enim q̄ mater mea Rachel
cōueniret cū eo / adhuc virgo concepit me / cū eſſet in mea poteſtate vel paruulū
eſſe vel magnū/& hominē inter homines apparere.tentandi ergo gratia/vos pri-
mos aſſumpſi amicos : vt in celeſtib⁹ & ineffabilib⁹ locis meis/primo vos collocē
cū probauero: humana ergo de me ipſo mentitus ſum:vt vos manifeſtius cōpro-
barē. Ego vero hec audiēs/ipſum quidē miſerū iudicās/impudētiā tamē ei⁹ admi-

Quo demonum ludificamēto Simon magus ſuā exercebat necromantiam

rans/& pro eo erubeſcens/ſimulq; & veritus nequid in nos molliretur mali:inuo
Nitete pauliſper vna mecum ſimulare/& aio ad eũ.nõ nobis indigneris hominibꝰ
corruptibilibus/incorruptibilis deus:ſed ſuſcipe magis affectũ noſtrum & animũ
volentẽ ſcire qui ſit deus. nondũ enim ſciebamꝰ quis eſſes: nec aduertebamus quia
tu es quẽ querimꝰ. hec & his ſimilia vultu pro re aptato proſequẽtibus nobis: va-
niſſimus credidit nos deceptos.& eo magis deceptus: addidit etiam hec.propicius
vobis iam ſum: pro affectu quem erga me deũ/geritis.me & enim diligẽtes/ neſcie-
batis: & me querentes/ignorabatis.ſed nolo dubitetis: quia hoc eſt vere deũ eſſe/

De puero enecato ipudens mendaciũ & blaphemia Simonis

cum poteſt quis paruus effici vel magnus ſi voluerit.nam quomodo apparere ho-
milibus poteram:Nũc ergo incipiam vobis aperire/ quod verum eſt.Ego virtute
mea quodã tempore aerem vertens in aquam/& aquã rurſus in ſanguinẽ carnẽq;
ſolidans/ nouũ hominẽ puerũ formaui/& opus cõditore deo multo nobiliꝰ pro-
tuli.Ille eni hominẽ creauit de terra: ego autẽ(quod eſt difficilius) ex aere formaui.
quẽ quoq; rurſus reſoluẽs/aeri reddidi. ſpeciẽ tamẽ eiꝰ imaginẽq; depictã i iteriore
cubiculo collocaui:vt eſſet indiciũ ac memoria nois mei.hec autẽ itelligebamꝰ eũ di-
cere pro puero illo/ cuius vi necati/aĩa ad que volebat miniſteria vtebaẽ.Cap.III.

PETRVS

P Etrus vero hec audiens:cum lachrimis ait. Miror admodũ imẽſam dei pa-
tientiã:& ecõtrario in nonnullis/ humane temeritatis audaciam. que enim
ratio vltra inueniri poterit: que Simoni ſuadeat/quod deus iudicet iniquos? cum
ipſe qui ſibi perſuadet/ꝙ animarũ obediẽtia ad ſcelerũ ſuorũ vtitur miniſterium/
re autẽ vera a demonibꝰ illudiẽ: tamẽ cũ per hec ipſa certus ſit ꝙ imortales ſint ani-
me/& iudicenẽ pro iis que geſſerint/& ꝗ ſe putet reipſa videre q̃ nos fide cernimus
(quãuis vt dixi illudaẽ a demonibꝰ)tamẽ arbitraẽ ſe/ipſam anime videre ſubſtãtiã.
quãdo hic inquã fatebiẽ/vel male ſe agere in tãto malo poſitꝰ/ vel iudicãdũ ſe pro
iis q̃ egerit? ꝗ ſciẽs dei iudiciũ/pcẽnit/& inimicũ ſe exhibet deo/ & audet tã nefanda
cõmittere. vnde certũ eſt fratres mei : nõnullos veritati ac religioni dei nõ ideo ad-
uerſari/ꝙ eis nequaq̃ ratio fidei pſtare videaẽ/ſed ꝗa aut nimietate quadã peccato-
rũ iuoluti/aut malis ſuis ꝑuẽti/aut tumore cordis elati ſiẽt. ita vt ne ea qdẽ credãt
que oculis ſuis ſe videre arbitranẽ. verũ quoniã igenita erga cõditorẽ deũ ſufficere
ad ſalutẽ videbaẽ affectio iis/ ꝗ diligerẽt eũ:ſtuduit inimicꝰ hãc affectionẽ/ in hoibꝰ
ꝑuertere/& inimicos eos efficere atq; ingratos cõditori ſuo. teſtor autẽ celũ & ter-
rã: ꝙ ſi quãtũ cupit inimicꝰ/deſeuire ꝑmitteretẽ ei a deo/olim oẽs hoies deperiſſent.
ſed miſericordie cauſa/nõ ſinit deꝰ. ꝙ ſi affectũ ſuũ hoies cõuerterẽt ad deũ: oẽs ſi-
ne dubio ſaluarẽtur. etiã ſi pro aliqbꝰ delictis: ob iuſtitiã corripi viderenẽ. ſed nũc
plurimi hominũ inimici effecti ſunt dei:quorũ malignꝰ corda penetrauit.& affectũ
quẽ eis cõditor deꝰ inſeruerat/vt erga ſe haberẽt: in ſemetipſum deflexit. aliorũ ve
ro ꝗ aliquãtulũ vigilare videbanẽ : in phãtaſia glorie & ſplẽdoris apparẽs/ & ma-

Aquila

gna q̃dã atq; ingẽtia repromittẽs/euagari nichilominꝰa deo vero/mẽtẽ atq; animũ
fecit. q̃ tamẽ ꝑpetrare: ei iuſta q̃dã ꝑmittiẽ ratiõe. ❡ Ad hec Aqla reſpõdit. qd er

PETRVS

gõ delinquũt hoies/ſi malignꝰ trãſformãs ſe in ſplẽdorẽ lucis/maiora ꝑmittit hoibꝰ
ꝗ ipſe ꝯditor deꝰ? ❡ Et Petrꝰ.puto inqt hoc iniuſtiꝰ nichil eẽ.& q̃tenꝰ iniuſtũ ſit:audi.
ſi filius tuꝰ ꝗ a te omni diligẽtia eruditꝰ eſt & enutritꝰ/atq; ad virilẽ perductꝰ etatẽ/
ingratꝰ tibi ſit/& relinquẽs te/ad aliũ(quẽ forte videnẽ ditiorẽ) eat/ & honorẽ quẽ

Aquila

tibi debebat illi exhibeat/ac ſpe maioris lucri naturã neget/ & iura paterna defugi-

PETRVS

at:rectũ tibi videẽ/an ipiũ? ❡ Et Aquila reſpõdit.oibus palã eſt ꝙ impiũ ſit. ❡ Et
Petrus. ſi igiẽ in hoibꝰ hoc ipiũ dicis:quãtomagis i deo ꝗ ſupra oẽs hoies/honore
ab hoibꝰ dignꝰ eſt: cuiꝰ nõ ſolũ beneficiis fruimur/verũ & ope ac virtute eſſe cepi-
mus cũ nõ eſſemꝰ. cui q; ſi placeamꝰ: merebimur ab eo/vt etiã eterni in bonis ſimꝰ.

vt ergo īfideles a fidelibꝰ/& pii diſcernāt ab ipſis: pmiſſū eſt maligno vti iis artibꝰ/
qbꝰ ſingulorū erga verū parētē probent affectꝰ. quod & ſi vere eſſet aliqs deꝰ/alie
nus tamē ab eo q nos creauerat/qcꝙ nobis pater & cōditor fuerat: rectū ne erat de
relicto ꝓprio/trāſire ad alienū: ¶ Et Aquila. abſit inqt. ¶ Tū Petrꝰ. Quomodo Aquila
ergo dicemꝰ malignū eſſe cauſā peccati noſtri:cū hoc pmiſſu dei fiat: vt p ipſū pro PETRVS
bent/& in die iudicii arguant ii q maioribꝰ pollicitatiōibꝰ inuitati/ veri patris & cō
ditoris ſui relinqrit pietatē: ii vero q fidē & charitatē ꝓprii patris etiā cū pauptate
ſi acciderit/& cū tribulatiōe ſeruauerit/donis celeſtibꝰ i regno eiꝰ/& imortalibꝰ mu
neribꝰ pfruant. ſed hec alias diligētiꝰ exponemꝰ. qd autē Simon poſt hec egerit/ſci
re cupio. ¶ Et Niceta reſpōdit. vbi itellexiſſe eū ſēſimꝰ/ꝙ dephēſꝰ eſſet a nobis:col Niceta
locuti iter nos de ſceleribꝰ eiꝰ/religmꝰ eū/& ad Sacheū venimꝰ/hec ipa ei q̄ & tibi
nūc ꝓtulimꝰ indicātes.at ille benigniſſie nos ſuſcipiēs/& de fide dn̄i nr̄i Ieſu Chriſti zacheus
edocēs:fideliū nūero ſociauit.cūqꝫ hec Niceta dixiſſet:Sacheꝰ q paulo āte egreſſus
fuerat/igrediebat dicēs.tēpꝰ ē vt ꝓcedas ad diſputādū Petre.turba eni multa i atrio
domꝰ ꝯgregata te opit:quorū i medio multis fultus a ſeclis ꝯſtitit Simon. ¶ Tū Pe PETRVS
trꝰ vt hec audiuit:orōis gr̄a ſecedere me iubēs(nōdū eni erā dilutꝰa ꝯtis:q̄ i ignorā
tia ꝯmiſerā)ait ad reliquos. oremꝰfratres:vt deꝰ p Chriſtū ſuū/ꝓ ieffabili ſua miſeri
cordia adiuuet me exeūtē ꝓ ſalute hoim/q ab ipo creati ſūt.& hec cū dixiſſet/orōe
facta/ꝓceſſit ad atriū domꝰ:i quo erat multitudo populi pluria ꝯgregata.Cap.IIII.

q Vod vbi oēs ſūmo cū ſiletio ad ſe itētos videt/& magū Simonē i medio eo PETRVS
rū velut ſigniferū ſtantē:hoc mō cepit.pax vobis ſit oibꝰ:q parati eſtis dare
dextras veritati. qcūqꝫ eni obediūt ei:videt qdē ſibi aliqd gr̄e ꝯferre. porro aūt ipi
ab ea donū ſūmi mūeris ꝯſequūt:iuſtitie eiꝰ ſemitis icedētes. ꝓpter quod primū eſt
oim/iuſtitiā dei regnūqꝫ eiꝰ igrere:iuſtitiā qdē vt recte agere doceamur/regnū vero
vt que ſit merces poſita laboris & patiētie nouerimꝰ. i q̄ ē bonis qdē eternorū bo
norū remūeratio: iis aūt q ꝯtra volūtatē eiꝰ egerit/ꝓ vniuſcuiuſqꝫ geſtis/penarū di
gna reſtitutio. hic ergo(hoc ē i p̄ſēti vita)poſitos/oportet nos agnoſcere volūtatē
dei:vbi & agēdi ē locꝰ. nā ſi qs velit āteq̄ actꝰ ſuos emēdet/ de iis reqrere q̄ nō pōt
iuenire:ſtulta & iefficax erit huiꝰmōi iqſitio.tēpꝰ eni breue ē & iudiciū dei geſtorū
cā aget nō q̄ſtionū.iō āte hec oia q̄ramꝰ:qd nos aut q̄lit agere oporteat vt eternā vi
tā ꝯſeq mereamur. nā ſi exiguū hoc vite tēpꝰ p inanes occupemꝰ & inutiles q̄ſtiōes:
ianes ſine dubio & vacui ab opibꝰbonis/pgemꝰ ad deū/vbi iudiciū(vt dixi)operū
nr̄orū fiet.vnaqqꝫ eteni res ſuū tēpꝰ habet & locū.operū hic locꝰ/hoc tēpꝰ eſt:meri
torū ſeculū futurū.ne ergo ipediamur/ordinē locorū ac tēporū pmutātes: p̄mo q̄
ſit dei iuſtitia reqramꝰ.vt tāq̄ iter acturi abūdāti viatico boniſ opibꝰrepleamur:quo
poſſimꝰ ad regnū dei tāq̄ ad vrbē maximā pueire.deꝰ eni iis q recte ſētiūt:p ipa opa
mūdi/q̄ fecit/manifeſtꝰ ē/ipiꝰcreature ſue vſꝰ teſtionio.& iō cū de deo diſputatio eē
nō debeat:de ſola nūc eiꝰ iuſtitia reqramꝰ& regno.qđ ſi aliqd nobis de ſecretis &re
cōditis iqrēdū ſuggerit mēs nr̄a/āteq̄ de opibꝰ iuſtitie reqramꝰ: ratione reddere no
biſmet ipis debemꝰ. qa ſi bn̄ agētes/ſalutē ꝯſeq meruerimꝰ: tāq̄ caſti & mūdi eūtes
ad deū ſpū ſctō replebimur. & oia q̄ ſūt ſecreta & occulta: ſine vlla q̄ſtionū cauilla
tiōe noſcemꝰ.q̄ nūc etiā ſi totū qs vite ſue tēpꝰ i iqrēdo ꝯſumat:nō ſolū nō poterit
iuenire/ſed & maioribꝰ ſe erroribꝰ iſeret.qa nō p viā priꝰ iuſtitie icedēs:ad portū vi
te puenire ꝯtēdit.Et ꝓpterea ſuadeo p̄mo iuſticiā eiꝰ eē reqrēdā:vt p hāc iter agētes/
& i via poſiti veritatis/verū prophetā iuenire poſſimꝰ/nō velocitate pedū ſed ope
rū bonitate currētes. vt ipo duce vſi: nullū vie huius patiamur errorem. ſi enim ip
ſum ſequentes / ingrēdi meruerimus illam quo peruenire cupimus ciuitatem: om
nia iam de quibus queritur/oculis videbimus/tanq̄ heredes omniū facti.Intelligite

itaq; viá eſſe/hũc vite noſtre curſum:viatores/eos eſſe qui bona opera gerũt/por
tá vero prophetá de quo dicim⁹/vrbẽ regnũ eſſe in quo reſidet omnipotẽs pater.
quẽ ſolũ videre poſſunt ii qui mũdo ſunt corde.non ergo nobis difficilis videatur
huius itineris labor: quia in fine eius/requies erit. ná & ipſe verus propheta: ab ini
tio mũdi per ſeculũ currens/feſtinat ad requiẽ. adeſt enim nobis omnibus diebus.
& ſi quãdo neceſſe eſt: apparet & corrigit nos/vt obtẽperãtes ſibi/ad vitá pducat
eterná. Mea ergo iſta ſentẽtia eſt (ſicut & vero prophete viſum eſt) vt primo dei
iuſtitia reqratur/ab iis maxime q deũ ſe noſſe profitẽtur. ſi ergo habet aliqs quod
eſſe rectius putet: dicat. & cũ dixerit: audiat/ſed cũ patiẽtia & quiete. propter hoc
Simon mag⁹ enim ab initio ſalutationis: ſpẽ pacis cũctis precatus ſum. ¶ Ad hec Simon reſpõ
dit. Nos pace tua opus nõ habemus. ſi eni pax ſit & cõcordia: ad inueniendã ve
ritatẽ nichil proficere poterimus. habẽt inter ſe & latrones pacẽ & ſcortatores/&
omnis neqtia cũ ſemet ipſa cõcordat: & nos ergo ſi ob hoc conuenimus/vt pacis
cauſa omnib⁹ que dicũtur prebeam⁹ aſſenſum/ nichil auditoribus cõferemus/ ſed
ecõtrario illuſis eis nos amici diſcedem⁹. propter quod noli inuocare pacẽ: ſed ma
gis pugná matrẽ eius/& ſi potes expugna errores. nec reqras amicitiã iiuſtis aſſen
tationibus partam. hoc enim te ante omnia ſcire volo: qa duobus inter ſe dimicã
tibus/tũc erit pax cũ alter ceciderit ſuperat⁹. & ideo pugna vt potes:nec reqras pa
PETRVS cem ſine bello. quod impoſſibile eſt. aut ſi poteſt fieri: oſtende. ¶ Ad hec Petrus.
Attẽtius audite o viri que dicũtur. ponam⁹ mũdũ hũc cãpũ eſſe aliquẽ magnũ/&
ex duabus ciuitatib⁹ quarũ reges ſibi inuicẽ ſint cõtrarii miſſos eſſe ſingulos ad di
micãdũ duces/& illũ qdẽ boni regis ducẽ cõſiliũ dare/ vt vterq; exercit⁹ abſq; ſan
guinis profuſione/melioris in regis iura cõcedat/quo ſine piculo omnes ſalui fiãt/
illum vero cõtrariũ dicere/nõ/ſed pugnetur/vt nõ q dignus eſt: ſed q fortior/ipſe
cũ his q euaſerint regnet. queſo vos qd magis eligeretis? nõ dubito: qn vt cũ inco
lumitate omniũ/regi meliori manus darẽtur. Et ego nũc nõ vt Simon ait pacis cau
ſa/ aſſenſum volo cõmodare iis que male dicũtur :ſed vt cũ qete & ordine veritas
reqratur. nõnulli enim in diſputationũ certamine/vbi errorẽ ſuũ ſenſerint cõfuta
ri: cauſam alterius cõturbare cõtinuo incipiũt/& mouere lites/ne palã fiat omnib⁹
quod ſuperãtur. & propterea ego frequẽter oro:vt cũ omni patiẽtia & qete/cauſa
diſputationis habeatur. vt & ſi forte min⁹ aliqd recte dictũ videtur: repetere id &
apertius liceat explanare. ſolet eni interdũ aliter dici aliquid: & aliter audiri. dũ aut
minus lucide profertur: aut minus vigilãter aduertitur. & ob hoc patienter cupio
haberi ſermonẽ:vt neq; ſubripiat alter alteri/&neq; ſermonẽ dicentis intẽpeſtiuus
ſermo cõtradicẽtis iterrũpat.neq; reprehẽdẽdi ſtudiũ geramus: ſed liceat vt dixi mi
nus plene dicta repetere/vt examinatione iuſtiſſima clareſcat veritatis agnitio. ſcire
etenim debemus: quia ſi quis a veritate vincatur/non ipſe vincitur/ſed ignorantia
que in eo eſt/qui eſt demon peſſimus. quẽ qui potuerit effugere: ſalutis accipit pal
mam. propoſitũ náq; nobis eſt prodeſſe auditoribus: nõ vt male vincam⁹/ſed vt
pro agnitione veritatis bene vincam⁹/ſi eni veritatis inquirende ſtudio ſermo mo
ueatur: etiam ſi quid minus plene pro humana fragilitate dicemus/pro ineffabili
ſua bonitate ea que deſunt/ latenter auditorum ſenſibus adimplebit deus. iuſtus
eſt enim: & ſecũdum vniuſcuiuſq; propoſitum/aliis quidem in promptu facit eſſe
quod queritur: aliis vero obſcurũ reddit etiã quod palã poſitũ eſt. qa ergo via dei
via pacis eſt: cũ pace q dei ſunt reqram⁹. Ad hec/ſi qs habet quod proſequaſ: loc⁹

eſt. ſi vero nullus eſt qui reſpōdere velit : ego dicere incipiam/& que michi ab alio
poſſint obiici/ipſe in medio prolata diſſoluam. ¶ Cum vero Petrus cepiſſet conti- Simon magꝰ
nuare ſermonem: Simon interrupta oratione eius/cur inquit feſtinas ipſe tibi dice-
re que tibi videntur/intelligo verſutias tuas? vis enim tibi ea ipſa proponere: quorū
abſolutio bene tibi meditata eſt/vt ignorantibus turbis/videaris recti aliquid dice-
re. ſed apud me:non erit horum locus. nunc ergo quoniā vt vir fortis polliceris te PETRVS
omnium volenti proponere reſpōſurū: michi interim primo reſpōde. ¶ Et Petrus.
paratus(inqt)ſum: tātum vt cum pace ſit ſermo. ¶ Tum Simon. non vides(inqt) Simon magꝰ
imperitiſſime ꝙ cōtraria agis magiſtro tuo/pacē depoſcens: quod vtiqꝫ nō conue-
nit ei/qui expugnaturum ſe promittit ignorantiā. & ſi tu recte pacem ab auditori-
bus poſcis: nō recte magiſter tuus dixit/ꝙ nō veni pacem mittere in terrā: ſed gla-
dium. aut enim tu benedicis/& ille non bene:aut ſi magiſter tuus bene/tu peſſime/
qui non intellexiſti cōtraria te proferre ei cuius te diſcipulum profiteris. ¶ Ad hec PETRVS
Petrus. neqꝫ qui miſit me: male fecit gladium mittere in terram/neqꝫ ego contraria
ei ago auditorum pacē reqrens. ſed tu imperite & temere reprehendis ea : que nō
intelligis. & enim quia pacem non venerit mittere in terrā magiſter noſter audiſti:
ꝙ autem dixerit/ beati pacifici/quoniam ipſi filii dei vocabuntur non audiſti. pro-
pter quod non ego magiſtro diuerſa ſentio pacem perſuadēs : qui illam ſeruātibꝰ/ Simon magꝰ
beatitudinē poſuit. ¶ Et Simon ait. pro magiſtro reſpondere cupiēs o Petre:mul
to eum grauius accuſaſti/ſi cum ipſe non venerit pacē facere/hanc aliis ſeruare pre-
ceperit. & quomodo alius ille ſermo eius cōſtabit quem dixit: quia ſufficit diſcipu-
lo/vt ſit ſicut magiſter eius? ¶ Et Petrus ad hec. magiſter(inqt)noſter qui erat ve- PETRVS
rus propheta/& ſui in omnibus memor:neqꝫ ſibi contraria locutus eſt/neqꝫ nobis
ab iis que ipſe gerebat diuerſa mandauit. quod enim ait non veni pacem mittere in
terrā ſed gladium/& ex hoc videbitis ſeparari patrem a filio/filium a patre/ virum
ab vxore/& vxorem a viro/matrē a filia/filiā a matre/ fratrē a fratre/ſocrū a nuru/
amicum ab amico: hec omnia doctrinā cōtinent pacis.& quomodo:audi. in initio
predicationis ſue (vt pote qui vellet omnes inuitare & adducere ad ſalutem/ac pa
tientiā bonorum/tētationumqꝫ habendā ſuaderet) pauperes beatificat/eoſqꝫ pro
penuria & tolerantia adepturos eſſe pollicebatur regna celorum. vt ſub tanta ſpe:
equanimiter paupertatis pondus/ſpreta cupiditate portarēt. eſt enim vnum & ma
xime perniciocioſiſſime/peccati cupiditas . ſed & eſuriētes & ſitientes/ eternis bonis
iuſticie /ſaturādos eſſe promiſit: vt egeſtatem tolerabiliter ferentes/nichil pro hac/
iniuſti operis molirentur. mundoſqꝫ corde ſimiliter beatos dicebat/ & per hoc de-
um viſuros : vt vnuſquiſqꝫ adipiſci tantum cupiens bonum/& ſemetipſum a peſ-
ſimis & pollutis cogitationibus cōtineret . ſic ergo magiſter noſter diſcipulos / ad
patientiam vertutis inuitans / bonum pacis etiam cum labore patientie ſuadebat
eſſe ſeruandam.econtrario vero eos qui in diuitiis ac luxuria verſabantur/lugebat:
qui nichil pauperibus largiebantur/arguens eos rationē reddituros . qa proximos
ſuos/quos diligere ſicut ſe ipſos debuerāt: ne in egeſtate qdē miſerati ſunt.hec autē
dicēs: alios qdē obedire fecit/alios vero reddidit inimicos. credētibus ergo & obe-
diētibus/pacē habere inter ſe inuicē iubet : & ipſis dixit/beati pacifici/ quoniā ipſi
filii dei vocabūtur. iis autē qui nō ſolum nō crediderunt/verū & aduerſarii doctri-
ne eius facti ſunt : bellum verbi & confutationis indixit/& ait . quia ex hoc videbi-
tis ſeparari patrem a filio/& virum ab vxore/& filiam a matre/ & fratrem a fratre

et nurum a ſocru/& inimici hominis/domeſtici eius.In vnaquecꝫ enim domo cum
inter credentẽ & nõ credentẽ ceperit eſſe diuerſitas: neceſſario pugna fit/incredulis
quidem cõtra fidem dimicãtibꝰ/ fidelibus vero in illis errorẽ veterẽ & peccatorum
vicia cõfutantibus . ſimiliter quocꝫ erga ſcribas & phariſeos vltimo doctrine ſue tẽ
pore : bellum gerit/arguẽs eos ſup actibus non bonis/ & non recta doctrina/& ꝙ
clauẽ ſcientie quã a Moſe traditã ſuſceperant/occultarent/per quam poſſit ianua re
gni celeſtis aperiri. ſed & nos ad predicandũ mittens dominus noſter :precepit no-
bis vt in quãcũcꝫ ciuitatem vel domũ introirẽmꝰ/ dicamꝰ pax huic domui . & ſi q-
dem fuerit(inquit)ibi filius pacis veniet ſup eam pax veſtra . Si vero nõ fuerit : pax
veſtra ad vos reuertetur. exeuntes autem de domo. vel ciuitate illa :etiam puluerem
qui adheſerit pedibus noſtris/ vt excutiamus ſup eos. tolerabilius autem erit terre
ſodomorũ & gomorreorum in die iudicii: q̃ illi ciuitati vel domui . quod vtiqꝫ ita
demũ fieri precepit : ſi priꝰ in ciuitate vel domo/veritatis ſermo predicetur. ex quo
vel recipiẽtes veritatis fidem/filii pacis & filii dei fiant: vel nõ recipientes arguantur
quaſi inimici pacis & dei. ita ergo & nos magiſtri noſtri inſtituta ſectãtes: pacẽ pri-
mo proponimꝰ auditoribꝰ/vt abſqꝫ vlla perturbatione/ poſſit via ſalutis agnoſci.
quod ſi quis pacis verba nõ ſuſcipit/necꝫ acquieſcit veritati: ſcimus aduerſus eũ pu-
gnã verbi mouere/& arguere acrius cõfutando ignorantiã/& redarguendo pecca
ta. neceſſario igitur pacẽ proponimus: vt ſi qs eſt filius pacis pax noſtra veniat ſup
eum. ab eo autem qui ſe alienũ pacis effecerit : regredietur ad nos pax noſtra. non
ergo (vt ais) cõſenſu malorũ pacem proponimus . nã vtiqꝫ cõtinuo tibi dexteram
dediſſem. ſed vt per quietem & patientiã differentibus nobis/ qui ſit ſermo verꝰ fa-
cilius ab auditoribus dinoſcatur. ſi enim diſſideas & diſcordes a temet ipſo:quomo
do ſtabis? neceſſe eſt vt cadat: q in ſe ipſo diuidit. omne enim regnũ in ſemet ipſum
Simon diuiſum: nõ ſtabit. Ad hec: ſi quid videtur/dicito. ¶ Et Simon. ſtultitiã tuã demi-
ror. ſic nobis verba magiſtri tui proponis: quaſi certũ habeatur de eo/ꝙ prophe-
ta ſit. quẽ ego perfacile demõſtrare poſſum/multa ſibi cõtraria locutum. denicꝫ ex
iis que ipſe protuliſti: arguam te. ais enim dixiſſe eũ/omne regnũ vel omnis ciuitas
diuiſa in ſemet ipſa/non ſtabit. & alibi. Iterum ais eum dixiſſe: quia ipſe miſerit gla
dium vt ſeparet eos qui in domo ſunt . ita vt diuidatur filius a patre/filia a matre/
frater a fratre : & ſi fuerint in vna domo quincꝫ diuidantur tres aduerſus duos &
duo aduerſus tres. ſi ergo omne quod diuiditur/cadit/ & iſte diuiſiões facit:cadẽdi
preſtitit cauſas. & ſi talis eſt: vtiqꝫ malus eſt. Ad hec reſponde ſi potes . ¶ Et Pe-
PETRVS trus. non temere deroges o Simon iis/que non intelligis . Primo ergo reſpõdeam
pro eo quod ais me/magiſtri mei verba proponere : atcꝫ ex ipſis ea de quibus du-
bitatur abſoluere. dominus noſter mittẽs nos apoſtolos ad predicandũ : precepit
nobis vt doceamus omnes gentes de iis que mandata ſunt nobis . necꝫ ergo dice-
re ea vt ab ipſo dicta ſunt nobis/poſſumus. non enim dicere/ſed docere ea in man
datis habemus/& ex ipſis oſtendere quomodo vnumquodcꝫ eorum veritate ſub-
nixum ſit . necꝫ rurſus proprium nobis aliquid dicere permiſſum eſt . ſumus enim
miſſi: & neceſſario qui miſſus eſt/ illud quod iuſſus eſt nunciat/& voluntatem mit
tentis exponit . nam ſi aliud dicam q̃ precepit michi ille qui me miſit : falſus ero a-
poſtolus / qui non illud dico quod miſſus ſum dicere / ſed quod michi videtur .
quod qui facit : vtiqꝫ ſe meliorem vult oſtendere/ q̃ eſt ille a quo miſſus eſt/ & eſt
ſine dubio priuaricator . ſi vero ea que iuſſus eſt proſequatur / eorumcꝫ aſſertio-

nes manifeſtiſſime proferat: apoſt oli opus exſequi videbitur. quod ego nunc im-
plere contendens: non tibi placeo. non ergo reprehendas/ꝙ eius q me miſit pro-
ferā verba: ſed ſi eſt in illis aliquid quod nō ſit integre dictū/ vt inde arguas licet.
quod tamē nullo modo fieri poteſt. propheta enim eſt: & ſibi ipſe cōtrarius eſſe
nō poteſt. aut ſi nō putas eū prophetā eſſe: primū requiratur. ❡ Et Simon. nō Simon
opus habeo hoc diſcere abſte: ſed quomodo ſibi iſta cōueniāt. ſi enim incōſonās magus
oſtēdetur: ſimul etiā propheta nō eſſe docebitur. ❡ Tū Petrus. ſed ſi prius inquit PETRVS
oſtēdero eū prophetā: hoc quod videtur eſſe incōſonās/nō erit. neq̧ enim ex cō-
ſonantia qs propheta eſſe probabitur. qa hoc multis poſſibile eſt facere. quod ſi
cōſonātia prophetā nō facit: multo magis nec inconſonātia. qa ergo multa ſunt
que videtur qdē incōſona eſſe nōnullis/habēt tamē profūdiore ratione in ſemet-
ipſis cōſonātiā/ſicut & alia que vidētur habere cōſonātiā/diſcuſſa diligētius inue-
niūtur incōſona. hac de cauſa & aliā nō puto certiorē eſſe viā ad horū diſcrimē:
niſi vt prius cognoſcamus/ſi is qui locutus eſt ea que vidētur incōſona/prophe-
ta ſit. ſi enī iuenitur propheta eſſe: omnia illa que vidētur ſibi eſſe cōtraria/cōſtat
habere cōſonātiā/ſed nō intelligi. de his ergo probamēta rectius regrantur. nos
enim apoſtoli: illius qui nos miſit verba exponere miſſi ſumus / & affirmare ſen-
tētias. Propriū vero dicere aliquid: non habem⁹ in mandatis/ſed verborū illius
(vt dixi) aperire veritatē. ❡ Et Simon ait. doce ergo nos quomodo cōueniat vt
is qui diuiſiones facit/que diuiſiones cadere faciāt eos qui diuiduntur: vel bonus
videatur/vel ad hominū ſalutem veniſſe. Cap. V.

e T Petrus. audi quomodo magiſter noſter omne regnū/& omnē domū di- PETRVS
uiſam aduerſum ſemetipſam: dixit ſtare nō poſſe. hoc autē cū ipſe facit: vi-
de quomodo ad ſalutē cedat. in errore poſitū mūdi regnū vel vnāquāq̧ i eo do-
mū/verba veritatis diuidūt: proculdubio vt cadat error/& veritas regnet. quod
ſi alicui domo id accidat/vt error introduct⁹ per aliquē diuidat/ veritatē ſtare nō
poſſe. ❡ Et Simon. ſed incertū eſt verū magiſter veſter errorē diuidata veritate. Simon magus.
❡ Et Petrus. iſtud alterius queſtionis eſt. ſed ſi cōſtat apud te: quia omne quod
diuiſum fuerit cadit/ſupereſt vt oſtendam(ſi tamen cum pace audire vis) ꝙ Ieſus PETRVS
noſter/errores diuiſerit ac reſoluerit/docendo veritatem. ❡ Tum Simon. omitte Simon
inquit ſermonē pacis frequenter iterare: quid vero ſit quod ſentis/aut credis bre- magus.
uiter expone. ❡ Et Petrus ait. quid times crebro audire de pace: an ignoras/qa PETRVS
perfectio legis pax eſt? ex peccatis enim bella naſcūtur & certamina: vbi autē pec-
catum non fit/pax eſt anime. vbi vero pax eſt: in diſputationibus veritatis/& in
operibus iuſticie inuenitur. ❡ Et Simon. videris michi non poſſe profiteri quod Simon mag⁹
ſentis. ❡ Et Petrus. dicam ex arbitrio/nō tamen tuis verſutiis coactus. cupio enī PETRVS
quod ſalutare & vtile eſt omnibus: adduci in notitiā. & ideo proferre q̄breuiſſi-
me non morabor. vnus eſt deus idemq̧ cōditor mundi/iuſtus iudex: & vnicuiq̧
pro actibus ſuis quandoq̧ reſtituens. Iam vero pro aſſertione horum: ſcio innu-
mera poſſe verborum milia cōmoueri. ❡ Et Simon ait. miror quidē velocitatē Simon mag⁹
ingenii tui: nō tamē amplector errorem fidei tue. prudēter enim preuidiſti q̄ tibi
contradici poſſet/& vrbane id etiā profeſſus es ipſe/ꝙ pro aſſertione horum/in-
numera verborum milia mouebuntur. nulli enim concordat: profeſſio fidei tue.
deniq̧ ꝙ vnus ſit deus/cuius ſit opus mundus: hoc primum quis recipiat. primo.
quia neq̧ paganorum quiſq̄ quamuis ſit idiota/philoſophorum autem omnino

nullus: ſed ne iudeorum quidem imperitiſſimus quiſq̄ & miſerrimus/& neq̧ ego
PETRVS ipſe qui eorum legē/bene noui. ❡ Et Petrus. omitte inquit opiniones abſentiū:
Simon magus. tibi quid videatur/preſens preſenti dicito ❡ Tum Simon. poſſum qdē exponere
quod vere ſentio: ſed pigriorē me facit iſta conſideratio. quia ſi dixero quod neq̧
tibi ſit conſonū/neq̧ vulgo huic imperito rectū videatur: tu quidē quaſi obſtupe
factus/aures cōtinuo occludens veluti ne blaſphemia polluātur/ verteris in fugā.
quoniā quod reſpōdeas/nō inuenies : populus autē irrationabilis aſſentatus tibi/
te quidem amplectetur/quaſi ea dicentē que in vſu eis ſunt/ me vero execrabūtur
velut quedā noua atq̧ inaudita profitentē/meūq̧ errorem aliorum mentibus in-
PETRVS ferentem. ❡ Tum Petrus. nūquid nō tu in quo nos accuſabas ipſe:ābagibus vte-
ris/nichil habens quod aſſeras veritatis: aut ſi habes/incipe abſq̧ circūuentionibus:
ſi tantū cōfidis. & ſi quidē nō placuerit alicui auditorū que dicis/abſcedet: q vero
permanſerint / cogentur aſſertionibus tuis probare quod verū eſt . Incipe igitur
quod tibi rectum videtur/exponere. ❡ Et Simon ait. ego dico multos eſſe deos:
Simon magus. vnum autē incōprehenſibilē atq̧ omnibus icognitū / illorūq̧ omniū deorū deū.
PETRVS ❡ Tum Petrus. hunc inqt quē dicis eſſe incōprehenſibilē & incognitū omnibus
deum: ex ſcripturis iudeorum que in authoritate habētur/approbare potes/an ex
aliis aliquibus quas omnes ignoram⁹/an ex grecis authoribus/an ex tuis propriis
ſcripturis: certe ex quibuſcūq̧ vis dicito: ita tamen vt oſtendas eas prius eſſe pro
Simon magus pheticas. Ita enim fiet: vt earū indubitata habeat authoritas. ❡ Et Simon ait. Ex
lege iudeorum ſola/aſſertiones adhibebo . omnibus enim qui aſſertionis curam
gerunt: manifeſtum eſt totius eſſe authoritatis hanc legē/ vnūquēq̧ tamen ſecun
dum propriū ſenſum intelligentiā legis huius accipere . Ita enim ab eo qui mūdū
cōdidit ſcripta eſt: vt in ipſa/rerum fides habeatur . vnde ſiue quis vera/ſiue etiā
falſa proferre velit: abſq̧ hac lege/nulla recipietur aſſertio . quia igitur ſētēna mea
pleniſſime cum lege cōcordat: recte multos eſſe/pronūciaui deos . quorum vnus
eſt eminentior & incōprehenſibilis: ipſe qui eſt deus deorū. ꝙ autē multi ſint dii:
ipſa me edocuit lex. primo quidē vbi ex perſona ſerpentis dicitur ad Euā primā
mulierē: quacunq̧ die māducaueritis de ligno ſciēdi bonum & malum/eritis ſicut
dii/hoc eſt ſicut ii qui hominē fecerunt . poſtea enim q̄ guſtauerūt de ligno : ipſe
deus teſtatur dicēs ad reliquos deos/ecce Adam factus eſt ſicut vnus ex nobis. ſic
ergo cōſtat multos eſſe deos: qui hominē fecerunt. quia ex initio ita dicit deus ad
ceteros deos: faciamus hominē ad imaginē & ſimilitudinē noſtram. ſed & quod
ait: eiiciamus eum. & iterū venite/& deſcēdentes cōfundamus linguas eorū. om-
nia hec multos eſſe indicant deos. ſed & illud quod ſcriptū eſt : deos non maledi
ces & principem populi tui nō maledices . & rurſum quod ſcriptū eſt : dominus
ſolus ducebat eos/& nō erat cū illis deus alienus/multos eſſe oſtendit deos. ſunt
& alia plurima: que proferri poſſunt ex lege teſtimonia/ nō ſolū obſcuriora/ ſed
& manifeſta/qb⁹ multi doceātur eſſe dii: ex quibus vnus vt iudeorū populo deus
eſſet/ ſorte electus eſt. ego autē non hūc aſſero : ſed illū qui etiam huius deus eſt.
quem ne ipſi quidē iudei norūt . neq̧ enim ipſorū eſt deus : ſed eorū qui agnoue-
PETRVS rūt eū. ❡ His auditis: Petrus nichil inquit verearis Simon . ecce enim neq̧ aures
clauſimus neq̧ fugimus : ſed ad ea que falſo proſecutus es/ veritatis ſermonib⁹ re
ſpondemus. illud primo aſſerentes: quia vnus eſt de⁹ hic ipſe iudeorum/ qui eſt
ſolus deus celi creator ac terre/ qui & omnium etiam quos dicis/de⁹ deorū eſt . ſi

ergo oſtédero nullũ eſſe hoc ſuperiorem/ ſed ipſum eſſe ſuper omnia: fatebris eſſe
errorẽ ſup oĩa. ❡ Simon. qd eni inqt etiã ſi ego nolim fateri: qui aſſiſtũt auditores/ Simon
nõne arguẽt me nolẽtẽ que vera ſunt profiteri? ❡ Auſculta ergo ait Petrus: vt ſci- PETRVS
as primo quod etiam ſi multi ſunt dii vt dicis / iudeorum deo ſubditi ſunt/ cui ne-
qꝫ equalis quiſq̃ neqꝫ maior eſſe poteſt. ſcriptũ eſt enim: quod ita dicat ad iudeos
Moſes propheta. dominus deus noſter hic eſt deus deorum/ & dominus domi-
norum/ deus magnus. Ita etiã ſi multi ſunt q dicantur dii: qui vnus eſt tamen ma-
ior omniũ deus deorũ/ qui & deorũ deus dictus eſt. neqꝫ enim quicunqꝫ dictus fu-
erit deus: cõtinuo deus eſt. deniqꝫ & Moſes deus dicitur Pharaonis: & certum eſt
eum hominẽ fuiſſe. & iudices dii appellati ſunt. & conſtat eos fuiſſe mortales. ſi-
mulacra quoqꝫ gentium dii appellantur: & omnes ſcimus quia non ſunt. ſed impi-
is quaſi pro pena hoc datum eſt: vt quia verum deum cognoſcere noluerũt/ que-
cunqꝫ eis forma & imago occurriſſet/ haberetur ab eis deus. & quoniam vnius (vt
dixi) qui eſt omniũ deus / agnitionem ſuſcipere recuſarunt: ideo ergo conceditur
eis habere deos/ qui preſtare ſupplicantibus nichil poſſunt. quid eni aut exanima
ſimulacra conferre hominibus queant aut animãia/ cum poteſtas omnium apud
vnũ ſit? tribus igitur modis/ deus quis dicitur: vel quia vere eſt/ vel quia ei qui ve-
re eſt miniſtrat. & ad honorem mittẽtis vt plena ſit eius authoritas: hoc dicit eſſe De angelis
qui miſſus eſt/ quod ille qui miſit/ vt ſepe factum eſt de angelis. qui tamẽ cum appa
ruerint homini/ ſi ſit prudens & erudit⁹ vir/ interrogat eius qui apparuerit nomẽ.
vt ſimul & honorem miſſi & authoritatẽ mittentis agnoſcat. eſt enim vniuſcuiuſ-
qꝫ gentis angelus: cui commiſſa eſt gentis ipſius diſpenſatio a deo. qui tamen cum 72 terre na-
apparuerit/ ꝗuis putetur & dicat ab iis quibus preeſt deus: tamen interrogatus nõ tiones.
ſibi dabit tale teſtimonium. deus enim excelſus qui ſolus poteſtatem omnium te-
net/ in ſeptuaginta & duas diuiſit totius terre nationes /, eiſqꝫ principes angelos
ſtatuit. vni vero qui in archangelis erat maximus: ſorte data eſt diſpenſatio eorum
qui pre ceteris omnibus excelſi dei cultum atqꝫ ſcientiam receperũt. ſed & ſancti ho
mines (vt diximus) impiorũ efficiuntur dii: tanq̃ qui poteſtatem acceperunt in eos/
vite ac necis. vt de Moſe ac iudicibus ſupra memorauimus. propter quod & ſcri-
ptum eſt de eis: deos nõ maledices/ & principem populi tui nõ maledices. princi-
pes ergo ſingularũ gentiũ: dii appellantur. principũ autem deus/ Chriſtus eſt: qui
eſt omniũ iudex. vere ergo neqꝫ ãgeli/ neqꝫ homines/ neqꝫ vlla creatura dii eſſe poſ
ſunt. quippe qui ſub poteſtate ſunt poſiti/ tãq̃ creati & mobiles. ãgeli quidem qui
nõ fuerũt & ſunt: homines autẽ vt mortales. omnis vero creatura vtiqꝫ ſolui poſ-
ſit/ ſed reuera ſi voluerit ille qui fecit. & ideo ille ſolus verus eſt deus: qui non ſolũ
ipſe viuit/ ſed & aliis vitã preſtat/ quam & auferre poteſt cum vult. propterea er-
go clamat ſcriptura ex perſona dei iudeorũ/ & dicit. videte/ videte qa ego ſum de⁹/
& nõ eſt alius preter me: ego occidam & ego viuere faciã/ percutiam & ego ſana-
bo/ & nõ eſt qui eripiat de manibus meis. vides ergo quomodo ineffabili quadã
virtute/ ſcriptura occurrẽs ſupinis eorum erroribus qui aliunde preter eũ qui eſt iu-
deorum vel in celis eſſe/ vel in terris affirmarẽt/ pronũciat dicens: domin⁹ deus tu⁹
deus vnus eſt in celo ſurſum/ & in terra deorſum/ & preter ipſum alius nõ eſt. quo-
modo ergo tu dicere auſus es/ aliũ eſſe deũ: preter eũ qui iudeorũ eſt deus? & iterũ
dicit ſcriptura. ecce domini dei tui celũ/ & celum celi/ terra/ & omnia que in ea ſunt:
verũtamen patres tuos elegi/ vt diligerẽ eos & vos poſt ipſos. Ita ex omni parte a

ſcriptura/iſta munitur ſentētia: quia ipſe qui mūdū creauit verus & ſolus deus eſt. quod & ſi ſint alii (vt diximus) qui dicūtur dii: ſub poteſtate ſunt iudeorū dei. quia ita dixit ſcriptura iudeis. dominꝰ deus noſter: hic eſt dominus deus deorū/& dominus dominorū. hūc etiā ſolū colendū monet ſcriptura/dicens. dominū deū tuū adorabis: & illi ſoli ſeruies. & audi iſrael: dominꝰ deus tuus/deus vnus eſt. deniqꝫ et ſancti ſpiritu dei repleti/ & guttis miſericordie eius irrorati / exclamant dicentes: quis ſimilis tibi in diis domine/quis ſimilis tibi glorioſus in ſanctis: & iterum: quis deus preter dominū: & quis deus preter deū noſtrum: Itaqꝫ Moſes vbi proficere populū vidit: paulatim eos ad intelligentiā monarchie/ & fidē dei vnius inſtituit. vt in cōſequentibus dicit: nomina deorū aliorū nō cōmemorabis. recordatus ſine dubio quali pena dānatus ſit ſerpens: qui primus nominauerat deos. terrā deniqꝫ comedere condēnatur/ & tali cibo dignū iudicat̄ ob id/quod primo omniū appellationē deorum introduxit in mundū. quod & ſi tu multos deos vis introducere: vide ne exitū ſerpentis ſimilē ſortiaris. certus autē eſto: ꝙ nos huius auſi ſocios nō habebis/nec decipi nos patiemur abs te. neqꝫ enim proderit nobis ad excuſationē in iudicio: ſi dicamus quod deceperis nos. qa nec primā mulierem excuſare potuit male crediſſe ſerpenti: ſed & morte (qa male crediderit) cōdēnata eſt. hac ergo de cauſa & Moſes vnius dei fidē populo cōmendans ait: obſerua tibi ne ſeducaris a domino deo tuo. vide quia eodē verbo vtitur: quo & prima mulier in excuſatione vtebatur ſeductā ſe dicens/ſed nichil profuit. ſuper omnia autē etiā: ſi vnus aliquis ſurgeret propheta / qui ſigna & prodigia faceret / ſuadere autē vellet vt coleremus deos alios preter iudeorum deū/nūq̄ ei credere poſſemus. ſic enim nos docuit lex diuina: ſecretū ſermonē purius ex traditione cōmēdās. ait ergo ſi ſurrexerit in te propheta/aut ſōnians ſōniū/ & dederit ſigna & ꝓdigia/ & dixerit ad te: eamꝰ & colamꝰ deos alienos quos neſcitis: nō audietis verba ꝓphete illiꝰ neqꝫ ſōniū ſōniatoris illiꝰ/qa tētās tētabit vos dn̄s/ vt videat ſi diligitis dominū deū veſtrū. propterea ergo & dn̄s noſter ſigna & prodigia faciens: deum predicabat iudeorū. & ideo recte predicationi eius creditur. tu autē etiā ſi vere propheta eſſes/& ſigna faceres ac prodigia ſicut promittis/& alios annūciares deos preter eū qui vere eſt: manifeſtum eſſet te ad tentationē populo dei ſuſcitatū. & ideo credi tibi omnino non poteſt. vnus eſt & enim verus qui eſt iudeorum deus. & ob hoc dominus noſter Ieſus Chriſtus: docebat querendū eſſe nō deum quē bene nouerant/ſed regnū & iuſtitiam eius. quam ſcribe & phariſei ſuſcepta ſcientie claue non concluſerant/ſed excluſerant. nam ſi ignoraſſent vnū deum: nūq̄ vtiqꝫ huius rei ſcientiam relinquens que erat omniū caput/culparet eos de puis & minimis/id eſt ꝙ dilatarent fimbrias ſuas/& primos accubitus in cōuiuiis vēdicarent/ & ꝙ in quadriuiis ſtantes orarēt/ et alia his ſimilia: que vtiqꝫ ex cōparatione huius magni capitis ignorantie dei/exigua videntur & parua.

Simon magꝰ. ¶ Et Simon ad hec ait. Ex verbis magiſtri tui conuincā te: quia etiā ipſe ignotum quēdam omnibus/introducit deum. cū enim & Adam creatorem ſuū ſciret deū mundiqꝫ cōditorem/ & Enoch/quippe qui ab eo tranſlatus eſt/& Noe/vt pote ab eo iuſſus arcā cōſtruere/ cūqꝫ & Abraham & Iſaac & Iacob & Moſes/& oēs patres/oiſqꝫ populus atqꝫ oēs gētes nouerint cōditorē mūdi/ & fateātur deū: Ieſus veſter q̄ lōge poſterior patribꝰ apparuit/dicit nemo nouit filiū niſi pater/neqꝫ patrē ꝗs nouit niſi filius/& cui voluerit filiꝰ reuellare. Ita ergo Ieſus veſter aliū eſſe deū/incōprehenſibilē omnibus & incognitū fatetur. Cap. VI.

T um Petrus. Contraria inq̄t tibimetipſi te proferre nõ ſentis. ſi enim ieſus no- PETRVS
ſter ſcit iſtum quē dicis incognitū deū: ergo iam non a te ſolo cognit⁹. imo
Ieſus noſter eum nouit. Moſes quoq; qui & Ieſum venturū eſſe prophetauit/ ſine
dubio nec ipſe ignorauit eum. propheta enim erat. & qui de filio prophetauit: ſine
dubio cognouerat patrem. ſi enim in voluntate eſt filii reuelare patrem cui volue-
rit filius/ qui ab initio & ſemper cum patre fuit per ſingulas quaſq; generationes:
ſicut reuelauit Moſi patrem/ ita & aliis prophetis. quod ſi ita eſt: nulli patrum fu-
iſſe incognitū cõſtat. tibi vero qui filio non credis: quomodo potuit reuelari pa-
ter/ qui nulli notus eſt/ niſi cui voluerit filius reuelare: reuelat autem filius patrem
iis qui ita honorificant filiū/ ſicut honorificat patrem. ❡ Tū Simon. Memento Simon mag⁹
inquit quia filium dixiſti habere deum: quod eſt iniurie. quomodo enim habere fi-
lium poteſt: niſi ſimilia hominibus aut animalibus patiatur: ſed de his nõ eſt/ nūc
tempus arguere profundam ſtultitiam tuam. feſtino enim de immenſitate ſum-
me lucis exponere: et iam nunc audi. puto eſſe aliquam virtutem immenſe & inef-
fabilis lucis: cuius magnitudo incomprehenſibilis habeatur. quam virtutem etiam
mundi cõditor ignoret/ & legiſlator Moſes/ & magiſter veſter Ieſus. ❡ Tum Pe- PETRVS
trus. Non videtur tibi amentie res eſſe aſſerere velle quempiam q̄ ſit alius deus q̄ Et dicere pu-
deus omniū: & dicere/ puto eſſe virtutem quādam: & priuſq̄ ipſi certum ſit quod to eſſe virtutē
loquitur/ hoc velle aliis cõfirmare: eſt ne aliquis ita preceps: qui verbis tuis credat/ quādā: dicere
in quibus teipſum videat dubitantem/ & admittat eſſe aliquam virtutem incogni- proferri hunc
tam creatori deo/ & Moſi/ & prophetis/ & legi/ & ieſu etiam magiſtro noſtro: q̄ ſermonē puto
virtus bona ſit: vt nulli velit ignoteſcere niſi vni tantum/ & hoc tibi tali. ❡ Tum eſſe virtutem
deinde ſi noua eſt iſta virtus: quomodo nobis nõ dat nouum aliquē ſenſum ipſa/ quandam.
preter hos quos gerimus quinq;/ vt ex ipſo ab ea nobis largito nouo ſenſu/ ipſam
que noua eſt capere & intelligere poſſimus: aut ſi non poteſt largiri: quomodo ti-
bi largita eſt: aut ſi tibi reuelauit: cur & non nobis: ſi vero a temetipſo intellexiſti/
que ne prophete quidem ſentire aut intelligere potuerunt: dic age nobis nunc/ qd
vnuſquiſq; noſtrum cogitat. ſi inte tantus eſt ipſis/ vt ea que ſuper celos ſunt inco-
gnita omnibus & omnib⁹ incõprehenſibilia cognoſcas: multo facilius cogitatio-
nes humanas q̄ in terris habentur/ agnoſcis. quod ſi cogitationes noſtras qui hic
ſtam⁹/ non potes ſcire: quomodo ea que nulli eſſe cognita affirmas/ ſcire te dicis:
Crede autē mihi: quia nunq̄ ſcires quid eſt lux/ niſi ab ipſa luce accepiſſes & viſum
& intellectum videndi. ſic & in ceteris hinc accepta intelligentia/ maius aliquid &
ſublimius ſomnii inſtar excogitas/ occaſione tamen ex iſtis quinq; ſenſib⁹ ſumpta/
quorum largitori ingratus es. Certus autem eſto quod donec nõ inuenis nouū ali-
quem ſenſum qui extra hos quinq; ſit/ quibus omnes vtimur: nouum aſſerere nõ Simon mag⁹.
poteris deum. ❡ Et Simon. Cū quinq; ſenſibus conſtent omnia que ſunt: nihil no- PETRVS
uum addere virtus illa cunctis eminentior poteſt. ❡ Et Petrus ait. falſum eſt. Eſt
enim alius ſextus ſenſus: id eſt prenoſcendi. iſti enim quinq; ſenſus capaces ſcientie
ſunt: ſextus autem preſcientie eſt. quē habuerunt prophete. tu ergo quomodo po-
tes deum omnib⁹ incognitū noſſe: qui nec propheticum ſenſum qui eſt preſciētie/ Simō magus.
cognouiſti: ❡ Tum Simon cepit dicere. Hāc quam dico virtutem incomprehen-
ſibilem & eminētiorem cunctis/ etiam ipſo qui mundum condidit deo: neq; ange-
lorum quiſq̄/ neq; demonum nouit/ neq; iudeorum/ neq; vlla omnino que a cõ-
ditore deo ſubſtitit creatura. quomodo enim poterat: quam creator ipſe non no-

PETRVS uerat? lex me ipſius creatoris edocuit: cum nec ipſa ſciret/quod doceret. ¶ Et Pe-
trus. Miror inquit quomodo tu ex lege plus potueris diſcere: q̄ docere/vel ſcire lex
poterat? & quomodo horũ que aſſeris probationes dicas te ex lege proferre: cũ ne-
q̧ legem aſſeras noſſe ea / que dicis/neq̧ eum qui legem dedit/ id eſt mundi creato-
rem? ſed & hoc miror: quomodo tu qui ſolus hec noſti/ hic modo cum omnibus
Simõ magus fres/ breuis atrii huius ambitu circundatus. ¶ Et Simon videns cum omni popu-
lo ridentem Petrum: rides inquit Petre cũ ſermo de tãtis rebus & tã eminentibus
PETRVS habeat. ¶ Tum Petrus. Noli inquit indignari Simon. nichil enim preter promiſſi-
onem noſtram gerim⁹/neq̧ aures noſtras claudimus vt dicebas. neq̧ ſtatim vt au-
diuimus a te ineffabilia proferri: in fugam cõuerſi ſumus/ ſed ne loco quidem mo-
ti. neq̧ enim veriſimilia ſaltem aliqua proferuntur abs te: que nos poſſint ali-
quatenus deterrere. aut certe aperi nobis intelligentiam dicti huius: quomodo tu
ex lege didiceris deum/ quem lex ipſa neſcit/ & quem ipſe qui legem poſuit igno-
Simõmagus rat. ¶ Et Simon. Si inquit ridẽdo ceſſaſti: euidentibus aſſertionibus comprobabo
PETRVS ¶ Et Petrus ait. quid ni deſinam vt poſſim diſcere a te/quomodo tu a lege didice-
Simõ magus ris que lex neſcit/& ipſe deus legis ignorat? ¶ Simon. Audi inquit. Manifeſtum
eſt omnibus & ineffabili quadam ratione compertum: vnum eſſe deum qui ſit om-
niũ optimus: a quo omne quod eſt ſumpſit exordium. vnde & neceſſario ſubiecta
ſunt ei omnia que poſt ipſum ſunt/ veluti principi omniũ & eminentiori. Ego er-
go cũ cognouiſſem deũ hunc / qui creauerat mũdum ſecundum q̧ lex docet i mul-
tis eſſe infirmũ/longe autem abhorret infirmitas a perfecto deo/& hunc viderem
non eſſe perfectum: neceſſario aliũ intellexi qui eſſet perfectus. hic enim (vt dixi)
ſecundum quod ſcriptura legis docet: in multis infirmus eſſe deprehẽditur. primo
q̧ homo quẽ plaſmauit/ non potuit permanere talis qualem ipſe voluerat. & q̧
nec bonus eſt qui primo homini poſuit legem: vt de omnibus quidem lignis para-
dyſi ederet/de ligno autem ſcientie nõ cõtingeret/ſed ſi guſtaſſet morte moreretur,
cur enim vetaret eum veſci/ & ſcire quid eſſet bonum & quid malum: vt ſciẽs ma-
lum quidem vitaret/ bona vero eligeret? ſed neq̧ ipſe hoc cõceſſit. & quia ille pre-
ter mandatum guſtauit / & agnouit quid eſſet bonum / ac didicit honoris gratia
verenda cõtegere (indecorũ enim ſenſit reuelatis pudendis ſtare ante creatorem ſu-
um) ille eum qui honorẽ deo deferre didicerat / morte condẽnat. & ſerpenti (qui
hec oſtẽderat) maledicit. ſed vtiq̧ ſi ledendus ex hoc erat homo: cur omnino ledẽ-
di cauſam in paradyſo poſuit? ſi vero bonũ erat quod in paradyſo poſuit: non eſt
boni/prohibere a bono. ſic ergo cũ is qui hominẽ fecit/& mũdũ (ſecundũ ea que
lex refert) imperfectus ſit: aliũ ſine dubio dat intelligi/qui perfect⁹ ſit. neceſſe eſt enĩ
aliquẽ eſſe omniũ perfectiſſimũ: propter quẽ omnis creatura ordinẽ ſuũ ſeruat. vn-
de & ego ſciẽs/ quia omnimodo neceſſe eſt eſſe aliquẽ benigniorẽ & potentiorem
eo qui legẽ dedit imperfecto deo: ex cõparatione imperfecti perfectũ quid ſit intel-
ligens/ ex ipſa ſcriptura deũ illũ de quo ſcriptũ nõ erat/intellexi. & hoc modo po-
tui Petre ex lege diſcere: quod neſciebat lex. quod & ſi lex nõ dediſſet indicia q̄bus
colligeretur imperfectus eſſe deus q̄ condidit mundũ: michi poſſibile erat etiã ex iis
que in hoc mũdo geruntur malis/nec emẽdantur/colligere vel quia impotens erat
creator eius/q̄ male geſta nõ corrigit ſi nõ poteſt; vel ſi nõ vult auferre malos ipſe
malus ſit. ſi vero neq̧ poteſt/neq̧ vult: nec potens nec bonus ſit. & ex his neceſſe
eſt colligi: q̧ alius ſit deus omniũ preſtãtiſſim⁹ & potẽtiſſimus. ad hec ſi q̄d habes

diceꝛe: non moꝛeris. ¶ Petrus reſpódit. Solẽt iſta o Simon abſurda aduerſus deũ PETRVS
meditari ii/qui legem non magiſtris tradentibus legũt:ſed ſemetipſos doctores ha-
bẽt/ & putant ſe itelligere poſſe legem/ quam ipſis nõ expoſuit ille qui a magiſtro
didicerit. verũtamen nũc vt & nos ſecundũ tuũ ſenſum ſcripturã legis ſequi videa-
mur: quia impotentẽ & non bonũ dicis oſtendi conditorem mũdi/quomodo nõ
vidiſti ꝙ eiſdem ipſis reprehenſionibus ſuccũbit & ſubiacet etiam illa virtus tua/
quã dicis eminentiſſimã omniũ: eodẽ nãqꝫ modo de ipſa dici poteſt: quia omnia
que hic male gerũtur/aut impotens eſt que non corrigit/ aut ſi poteſt & non vult
mala eſt. ſi vero neqꝫ poteſt neqꝫ vult/& impotens eſt & imperfecta. vnde non ſo
lũ ſimili culpe virtus illa tua noua/ ſed & deteriori inuenitur obnoxia: ſi ſuper hec
omnia etiam cum nõ ſit/ eſſe credatur. nã is qui mundũ creauit: hoc ipſum ꝙ ſub-
ſiſtit/ex opere eius quo mundũ condidit palam eſt/ſicut etiã ipſe confiteris. illa ve-
ro ſola virtus/quã te ſolum ſcire dicis: nullum de ſe indiciũ prebet/ per quod hoc
ipſum ſaltem ꝙ eſt & ſubſiſtit/poſſim⁹ aduertere. Quale eſt ergo vt derelinquam⁹
deum/in cuius mũdo viuim⁹/& omnibus ad vitam neceſſariis fruimur: & ſequa-
mur neſcio quem/cuius non ſolum nichil conſequimur boni/ſed ne hoc ipſum qui-
dem ꝙ ſit/ſcire poſſumus: ſcilicet quia nec eſt. ſiue enim eũ lucem appelles/ & luce
iſta quam cernimus clariorem: nomẽ ipſum a mũdi conditore mutuaris. ſi ſubſtan
tiam dixeris ſuper omnia: intelligentiã hunc profers cum ſermonis augmẽto. ſiue
mentem/ſiue bonitatem/ſiue vitã/ſiue aliud quid nominaueris: hinc vocabulum
mutuaris. cũ ergo nichil noui de illa virtute ꝗ dicis/ non ſolũ ad intelligendũ verũ
ne ad nominandũ quidem habeas: quomodo introducis nouũ deum/cuius ne ap
pellationem quidem inuenis nouam? virtus enim nõ ſolũ creator mundi dicitur:
ſed & miniſtri glorie eius/omniſqꝫ militia celeſtis. nõ tibi ergo melius videtur eſſe/
vt ſequamur factorem noſtrũ deum: tanꝗ patrem erudiẽtem nos & imbuentem/
ſicut ipſe nouit? Qꝛ & ſi ſit aliquis (vt dicis) benignior omniũ deus: certũ eſt quia
non iraſcetur nobis. ſi vero iraſcitur. malus eſt: noſter autẽ deus ſi iraſcatur & vin-
dicet: nõ eſt malus/ſed iuſtus. proprios enim filios corripit & emendat. Ille vero q
nichil nobiſcum habet negocii/ſi vindicare vellet in nos: quomodo bon⁹ erit ſup-
plicia ſumens de nobis/qui nõ (derelicto patre noſtro) ipſũ ſecuti ſumus inanibus
ſuſpitionibus tracti? quomodo ergo ille talis/bonus pater a te aſſeritur: qui nec iu- Simõ magus
ſtus intelligi poteſt? ¶ Tum Simon. Tantũ ne erras Petre: vt neſcias ꝗa anime no-
ſtre a bono deo ſunt illo/omniũ preſtãtiſſimo/ſed captiue deducte ſunt in hũc mũ
dum? ¶ Et Petrus. Ergo non eſt omnibus ignotus: ſicut paulo ante dicebas. & ta PETRVS
men quomodo indulſit bonus deus captiuitatẽ fieri animarum ſuarum: ſi erat ſu-
per omnes potentior virtus? ¶ Et Simon. Ipſe miſit creatorem deum vt conderet Simõ magus
mundum: ſed iſto mundo condito/ſemetipſum pronũciauit deum. ¶ Et Petrus. PETRVS
Ergo non ignoratur ab eo qui condidit mũdum: vt ſuperius dixeras. ſed neqꝫ ani-
me ignorãt eũ: ſi quidem ab ipſo abducte ſunt. cui ergo iã erit incognitus: ſi & mũ-
di creator nouit eum vt pote ab ipſo miſſus/ſecundũ ea que tu dicis/& omnes ani
me tãꝗ ab ipſo huc violenter abſtracte? Tum deinde dicas velim: qui mittebat cõ-
ditorem mundi/neſciebat eũ qui mittebatur fidẽ non ſeruaturum? ſi neſciebat: pre-
ſcius non erat. ſi vero preſciuit & paſſus eſt: facti huius ipſe reus eſt/ qui nõ vetuit.
quod ſi nõ potuit: omnipotens nõ eſt. ſi vero quaſi bonũ id ſciens nõ prohibuit:
inuenitur ille eſſe melior/ qui preſumpſit facere id/quod ille qui permittebat igno-

Simõ magus rauit bonum. ¶ Et Simon. Volẽtes inquit ad ſe venire ſuſcipit: & ipſis bene facit.
PETRVS ¶ Et Petrus. Nec hoc nouum eſt. hoc enim facit & hic: quem mũdi creatorem fa-
Simon mag⁹ teris. ¶ Et Simon. Sed bonus deus/ tãtum ſi agnoſcatur ſalutem preſtat: mũdi au-
PETRVS tem conditor/exigit etiam legem impleri. ¶ Et Petrus. Ergo & adulteros & ho-
micidas ſaluat/ſi cognouerint eum: bonos autẽ & ſobrios vel miſericordes ſi nul-
lum de eo indicium capientes ignorauerint eum/ non ſaluat. magnum bonũ pre-
dicas: qui non tam malos ſaluat/ꝙ̃ qui bonis nullam miſericordiam preſtat. ¶ Et
Simon mag⁹ Simon. Magnus ſane eſt labor agnoſcere eũ homini in carne poſito. omnib⁹ enim
tenebris tetrius/& omni luto grauius eſt corpus hoc: quo circũdatur anima. ¶ Et
PETRVS Petrus. Ergo bonus ille deus: que difficilia ſunt querit. qui autem vere deus eſt: fa-
ciliora expetit. dimittat itaq; nos quaſi bonus apud patrem & creatorem noſtrum:
& quando diſceſſerimus a corpore/& iſtas quas dicis tenebras reliquerimus/ tunc
eum facilius agnoſcemus. & tunc magis anima conditorem ſuũ eſſe intelliget deũ:
& apud ipſum permanebit/nec vltra diuerſis cogitationibus fatigabitur/ neq; vo-
let ad aliam confugere virtutem/ que nulli cognita eſt niſi Simoni ſoli. que tãte bo-
nitatis eſt: vt niſi quis prius impius extiterit in parentem ſuum/ad ipſam venire nõ
poſſit. neſcio quomodo hec virtus vel bona/ vel iuſta appellanda ſit: cui placere
non poteſt niſi qui impie geſſerit in eum/a quo factus eſt. ¶ Et Simon. Non eſt
Simon mag⁹. impium: vtilitatis gratia & lucri maioris confugere ad eum/ qui opulentioris eſt
glorie. Cap. VII.

e T Petrus. Si(vt tu ais)non eſt impium confugere ad alienum: multo magis
PETRVS pium eſt permanere apud proprium patrem/etiam ſi pauper ſit. aut ſi non
putas eſſe impium/ vt relicto patre noſtro confugiamus ad alium quaſi ad melio-
rem/ neq; indignari credis pro hoc creatorem noſtrum: multomagis bonus deus
non indignabitur/ꝙ cum eſſemus ab eo alieni/non confugimus ad eum/ ſed per-
manſimus apud creatorem noſtrum. & puto quod ex hoc magis collaudabit nos:
quia fidem ſeruauimus creatori noſtro deo/conſiderans ꝙ ſi ipſius fuiſſemus/nũꝙ̃
relinquentes ipſum ſeduci illecebris potuiſſemus alienis. nam ſi quis opulentiorib⁹
illectus pollicitationibus(relicto proprio parente) cõfugiat ad alienum: poteſt fieri
vt iterum relicto eo ad alium pergat/qui maiora promiſerit/ eo magis quod ipſius
proprius non erat filius. quippe qui etiam eum/qui ei natura pater erat: relinquere
Simõ magus. potuit. ¶ Et Simon. Quid ſi ab illo ſunt anime: & ignorant eum/& ille eſt vere pa
PETRVS ter ipſarum? ¶ Et Petrus. Satis inquit oſtendis eum inualidum. nam ſi potentior
(vt ais) omnibus eſt: nunꝙ̃ potentiori inualidior/ ſpolia detraxiſſe credendus eſt.
aut ſi potuit vi ab eo animas deducere in hunc mundum creator deus: quomo-
do eas corpore emiſſas & captiuitatis vinculis reſolutas/bon⁹ deus vocabit ad pe
nam/que per ipſius vel deſidiam/vel infirmitatem/abſtrahi ad hunc locum/& in-
uolui corpore quaſi tenebris ignorantie potuerunt? videris michi ignorare qd ſit
pater & deus. verum & anime vnde ſint/vel quando/vel quomodo facte: poſſem
dicere. ſed hec tibi aperire fas non eſt: in tanto errore poſito de ſciẽtia dei. ¶ Tum
Simon mag⁹. Simon. Erit inquit tempus cum penitebit te: ꝙ dicente me de ineffabili virtute non
PETRVS intellexeris. ¶ Petrus ait. Da ergo nobis(vt ſepe dixi)tanꝙ̃ nouus deus/aut qui ab
illo deſcenderis/ſenſum aliquem nouum: per quem nouum quem dicis deum poſ-
ſimus agnoſcere. Iſti enim quinq; ſenſus quos nobis dedit creator de⁹: creatori ſuo
fidem ſeruant/ ne alium quenꝙ̃ ſentiant eſſe deum/ hoc eis ipſa ſui preſtãte natura.

¶ Ad hec Simon. Adhibe (inquit) animũ ad ea que dicturus ſum/& facto eũ in- Simõ magus.
uiſibilibus ſemitis incedẽtem/ peruenire ad ea que tibi demonſtrauero. auſculta er
go nunc. nunq̃ne in cogitatione poſitus/ extendiſti mẽtem tuam in regiones vel
inſulas porro poſitas/ & ita in eis fixus animo manſiſti: vt ne preſentes quidem vi
dere/aut temetipſum ſcire vbi ſederes/pre ſuauitate eorum que habebantur in ocu
lis poſſes? ¶ Et Petrus. Verum eſt Simon: hoc michi frequenter accidit. ¶ Et Si- PETRVS
mon. Ita & nunc ſenſum tuum extẽde in celum: & iterum ſuper celum. & vide q̃a Simõ magus
debet eſſe aliq̃s locus q̃ ſit vltra mũdũ vel extra mũdũ: in quo neq̃ celũ ſit/neq̃ ter
ra/ ne vmbra horũ etiã ibi tenebras operetur. & ob hoc cũ neq̃ corpora in eo ſint
aliqua/neq̃ ex corporibus tenebre: neceſſario/in eo ſit lumen immenſum. & lumẽ
conſidera cuiuſmodi eſſe poſſit: cui tenebre nulle ſuccedunt. nam ſi vniuerſum hũc
mundum ſolis huius replet lux: quantum exiſtimas eſſe illud incorporeum lumẽ/
& infinitum? tantum ſine dubio vt iſtud ſolis lumen: ad illud/ tenebre & non lux
eſſe videatur. ¶ Hec cum diceret Simon: Petrus reſpondit. de vtroq̃ ergo patien PETRVS
ter auſculta: id eſt & de exemplo tendendi ſenſus/ & de immenſitate lucis. ſcio me
ipſum o Simon aliquando in cogitatione poſitum extendiſſe ſenſum meum in re-
giones (vt ais) & inſulas procul poſitas/eaſq̃ mente non minus q̃ oculis perſpexiſ-
ſe. cum eſſem apud Capharnaum in captura piſcium poſitus/ & ſederem ſupra ſa-
xum/ſete innexum hamum & decipiendis piſcibus in mari/aptatum habens: ita vt
inherentem ei non ſenſerim piſcem. dum mens mea per deſiderabilem michi hieru-
ſalem diſtenta percurreret: ad quam ſane oblationum gratia & orationũ/ vigilans
frequenter aſcenderam. verum & ceſaream hanc mirari ab aliis audiens & deſidera-
re ſolebam/& eam in qua non fueram videre michi videbar/& cogitabã de ea que
cõueniret de ciuitate magna cogitari/portas/muros/ lauacra/plateas angiportus/
fora/& horum conſequentia: ſecundum ea ſcilicet que in aliis vrbibus videram. &
in tantũ intentione huiuſcemodi intuitus delectabar: vt vere (ſicut ipſe dixiſti) nec
preſentem atq̃ aſtantem viderem/nec ipſe vbi ſederem noſſem. deniq̃ cum piſcem
maximum qui hamo inheſerat mẽte occupatus/ habere me minime ſentirem/ & id
quidem cum hami lineam de manibus meis violente arriperet: ſtupentem me vi-
dens frater meus Andreas qui mecum ſedebat/ac pene caſurum / latus fodiens cu- Andreas
bito velut dormientem excitat dicens. non vides Petre q̃ magnum piſcem ceperis?
nunquid non mente excidiſti: q̃ ſic attonitus ſtupes? quid eſt quod pateris: dic
michi? At ego indignatus ei paululum/q̃ me a dulcedine eorum que intuebar ab-
ſtraxerit: reſpondi nichil me mali pati. ſed animo deſiderabilem michi intueri hie-
ruſalem ſimulq̃ ceſaream: & corpore quidem cum ipſo eſſe/mente vero illuc peni
tus auferri. At ille neſcio vnde inſpiratus: reconditum & ſecretum veritatis protu-
lit verbum. deſine inquit Petre. quid eſt quod agis? hi enim qui demone incipiũt Nota
repleri mentẽ: huiuſcemodi initia habent. per phantaſias primo ad iocunda que-
q̃ & delectabilia transferuntur: deinde ad ea que non ſunt/ vanis & inanibus mo-
tibus effunduntur. hoc autem accidit ex languore quodam anime quo ea qui-
dem que ſunt non videt: deſiderat vero adducere ad conſpectus ſuos ea que non
ſunt. ſed & illis ita accidit: qui phreneſin patiuntur / & videntur ſibi multas ima-
gines videre. pro eo quod nimietate frigoris vel caloris/anima ipſorum conuulſa

et emota locis ſuis: errorem patitur miniſterii naturalis. ſed & ii qui laborant ſiti:
cum in ſoporem venerint/flumina & fontes videre ſibi videntur ac bibere. hoc au-
tem patiuntur: ariditate intemperati corporis laborãtes. propter quod certum eſt
hoc/vicio quodam vel anime vel corporis fieri. deniq; vt accipias rei fidem: de hie-
ruſalem quam ſepe videram dicebam fratri meo/que loca/quoſue conuentus viſus
michi fuiſſem videre. ſed & de ceſarea/quam nunq̃ videram: nichilominus conten-
debam ꝙ eſſet talis/qualem mẽte & cogitatione viderã. cum autem veniſſem huc:
nichil omnino ſimile aſpiciens eorum que per phãtaſias videram / reprehendi me
ipſum & notaui valde. quia ex aliis que videram: portas/& muros/aliaſq; edes/re
uera ſimilitudinem ex aliis capiẽs/dederam. neq; enim quis poteſt nouum aliquid
et cuius forma nulla vnq̃ extiterit: cogitare. nam & ſi velit aliquis tauros cum qui-
nis capitibus ex ſua cogitatione formare: ex illis quos vidit cum ſingulis capitib⁹/
illos quinis capitibus fingit. Et tu ergo nunc ſi vere aliquid tibi videris tua cogita-
tione proſpicere / & ſupra celos intueri: non dubium quin ex iſtis ea conſideres/
que in terris poſitus vides. aut ſi putas facilem menti tue acceſſum eſſe ſuper celos/
et conſiderare te poſſe que illic ſunt/ atq; immenſe illius lucis ſcientiam capere: pu-
to/ei qui illa poteſt comprehendere/facilius eſſe vt ſenſum ſuum qui illuc nouit aſ-
cendere / in alicuius noſtrum qui aſſiſtimus cor & pectus iniciat / & dicat quas in
eo cogitationes gerat. ſi ergo potes alicuius noſtrum / qui tamen non ſit erga fa-
uorem tuum occupatus/enunciare cogitationes cordis: poterimus tibi fortaſſe cre-
dere/ quod & ea que ſuper celos ſunt: ſcire potueris/licet illa multo ſint meliora.
Simõ magus ¶ Ad hec Simon. Quoniam(inquit)multas nenias texuiſti: audi iam nunc impoſ
ſibile eſt omne quod ad cogitationem hominis venerit: non etiam re ipſa ac veri-
tate ſubſiſtere. que enim non ſubſiſtunt / nec ſpeciem habent. que autem ſpeciem
PETRVS non habent: nec cogitationi poſſunt occurrere. ¶ Et Petrus. Si omne(inqt)quod
ad cogitationem venire poteſt ſubſiſtit/iſtum quem dicis extra mundũ eſſe immen
ſitatis locum/ſi eum quis in corde ſuo lumẽ eſſe cogitet/alius vero tenebras: quo-
modo poterit vnus atq; idem locus ſecundum eos qui diuerſa de eo cogitarũt/ &
Simõ magus lumen eſſe & tenebre? ¶ Et Simon. Omitte nũc iſta/ que ego dixi: tu quid eſſe pu
PETRVS tas ſuper celos/dicito. ¶ Et Petrus. Si de vero inquit fonte luminis crederes: poſ-
ſem te docere quid & quomodo eſſet quod immenſum eſt/& non phantaſiã vnã/
ſed conſequentem & neceſſariam rationem reddere veritatis. nec aſſertionibus ſo-
phiſticis: ſed legis & nature teſtimoniis vterer: vt ſcires/quia immenſitatis fidẽ pre-
cipue continet lex. quod ſi immenſitatis ratio nõ latet legem: nichil profecto aliud
eam latere poteſt: & ideo falſum eſt: quod putaſti eſſe aliquid/ quod ignoret lex.
multo autem amplius nichil eum latebit: qui legem dedit. nec tamen poſſum tibi
aliquid de immẽſitate/& de iis que ſine fine ſunt/loqui: niſi prius de iis qui certo fi-
ne terminantur celis/rationem vel receperis noſtram/vel ipſe protuleris tuã. quod
ſi de iis que certis finibus concluduntur intelligere non potes: multo magis de iis
Simõ magus que ſine fine ſunt neq; ſcire aliquid poteris/neq; diſcere. ¶ Ad hec Simon. Melius
(aſt)michi videtur/ ſimpliciter credere quia deus eſt: & quia ſolũ iſtud quod vide-
PETRVS mus ſit celum in vniuerſo mũdo. ¶ Et Petrus. Non ita inquit: ſed vnum quidem
De duplici celo. confiteri conuenit deum qui vere eſt/celos autẽ eſſe qui ab eo facti ſunt/ſicut & lex
dicit. quorum vnũ ſit ſuperius quo continetur iſtud viſibile firmamentum/& illud

eſſe perpetuum & eternum/ cum iis qui inhabitant ibi: iſtud autem viſibile/in con-
ſumatione ſeculi reſoluendum eſſe / & tranſire. vt illud celum quod eſt antiquius
et excelſius: poſt iudicium/ſanctis & dignis appareat. ❡ Ad hec Simon reſpōdit:
hec ita eſſe vt dicis: credentibus poſſunt videri. ei autem qui horum expectat ratio- Simon magꝰ.
nē: impoſſibile eſt ex lege proferri/& precipue de immenſitate lucis. ❡ Et Petrus. PETRVS
Noli(inquit)putare nos ꝙ hec fide ſola recipienda eſſe dicamus:ſed hec ratione aſ-
ſerenda. neqꝫ enim eſt tutum nude hec fidei abſqꝫ ratione cōmittere: cum vtiqꝫ ve-
ritas ratione non careat. & ideo qui hec ratione munita ſuſceperit : perdere ea nūꝙ̄
poteſt. qui vero abſqꝫ aſſertionibus ea ſuſcipit/ſimplicis ſermonis aſſenſu: neqꝫ ſer-
uare ea tuto poteſt/neqꝫ ſi vera ſint certꝰ eſt. quia qui facile credit : facile & recedit.
qui autem rationem queſiuit eorum que credidit/& accepit: quaſi vinculis quibuſ-
dam rationis ipſius colligatus/nunꝙ̄ ab iis que credidit diuelli aut ſeparari poteſt.
& ideo quanto quis propenſior fuerit in expetenda ratione ; tanto erit firmior in
expetenda fide. ❡ Ad hec Simon. Magnum eſt(inquit)quod repromittis: vt im- Simō magus.
menſe lucis eternitas/ex lege poſſit oſtendi. Cumqꝫ Petrus dixiſſet: quando volue-
ris.Simon ait: quoniā hora iam multa eſt: craſtino aſtanti michi & renitenti/ſi pro
bare potueris factum eſſe hunc mundū & animas eſſe immortales/ habebis me ad-
iutorem predicationis tue.Et cum hec dixiſſet: egreſſus eſt. ſecuta eſt autem eum ex
omni populo qui cum ipſo venerant pars tertia/qui erant quaſi mille viri:ceteri ve
ro flexis genibus proſtrabant ſe Petro. ſuper quos ille inuocato domini auxilio /
alios demonia habentes curauit/ alios etiam langentes ſanauit. & ita letantem po-
pulum dimiſit: mandans eis vt in craſtinum diem maturius conuenirent.

Cap.VIII.

P Etrus vero cum receſſiſſent turbe : ſterni iuſſit humi ſubnude/ vbi fuerat di- PETRVS
ſputatum/& recubuit vna cum vndecim. ego vero cum aliis quibuſdam q
& ipſi initia audiendi verbi domini acceperant/& erant chariſſimi:recūbens ſume-
bam cibum. ſed benigniſſimus Petrus conſiderans : ne forte michi triſtitiam affer-
ret iſta ſequeſtratio/ait ad me. Non pro ſuperbia o Clemēs conuiuiū nō ago cum
iis/qui nondum purificati ſunt:ſed vereor ne forte michi quidem noceam/ipſis au-
tē nichil proſim. hoc enim pro certo ſcire te volo : quia omnis qui idola coluit ali-
quando/quos pagani nominant deos/vel de immolatis eorum deguſtauit/ſpiritu
immundo non caret. conuiua enim factus eſt demonum : & participium ſumpſit
illius demonis/cuius in mentem ſuam ſpeciem vel timorē formauit. & per hec mū-
dus non eſt a ſpiritu immundo: & ideo purificatione indiget baptiſmi/vt exeat ab
eo ſpiritus immundus/qui interiores anime ipſius inſedit affectus. & quod eſt dete-
rius: nec quod intrinſecus lateat iudicatur/ vti ne publicatus fugetur. amant enim
iſti ſpiritus imundi inherere corporibus hominū: vt ipſorum miniſterio/cupidita-
tes ſuas expleant / & ad ea que ipſi deſiderant inclinantes anime motus / ſuis eos
parere libidinibus cogant/vt efficiantur ex integro vaſa demonū. ex quibus vnus
eſt Simon hic: qui tali quodam morbo comprehenſus/nec ſanari iam poteſt(quia
voluntate & propoſito egrotat) nec contra volūtatem eius habitat in eo demon.
& ideo ſi eum quis fugare velit & expellere ab eo/cum ſit inſeparabilis &(vt ita di-
cam) anima eius iam effectus: videbitur magis necare eum/& homicidii crimen in-
currere.Nemo ergo veſtrum contriſtetur a cōuiuio noſtro ſeparatus tempore ali-

quo. obſeruare debet vnuſquiſq; ſane: quanto ipſe voluerit. paruo enim tempore ſequeſtratur/qui cito voluerit baptiʒari: multo/ qui tardius. Vnuſquiſq; ergo in ſua habet poteſtate: breue aut longum penitentie tempus exigere. et ideo in vobis eſt: quādo velitis ad noſtram conuenire menſam. & non in nobis: quibus permiſſum non eſt cum aliquo ſumere cibum / niſi prius fuerit baptiʒatus. Vos ergo magis nos prohibetis a veſtro conuiuio: ſi ad purificandum moram habeatis/ & tardius baptiʒamini. his dictis cum benedixiſſet cibum: ſumpſit. & poſt hec cū gratias egiſſet deo: ingreſſus quieuit. ſimiliter autem & nos omnes. erat enim iam nox.

¶Recognitionum Petri apoſtoli
Libri ſecundi
FINIS.

¶RECOGNITIONVM PETRI LIBER TERTIVS.

Cap.I.

INterea gallorum cantibus ſurgens: excitare nos volēs/ inuenit vigilantes/ veſpertino adhuc lumine perdurante. cūq; ex more ſalutaſſet/ et reſediſſem⁹ omnes: ita exorſus eſt. Nichil eſt difficilius fratres mei: q̄ de veritate apud permixti populi multitudinem diſputare. quod enim eſt: omnibus (vt eſt) dici non licet/propter eos qui maligne & inſidioſe audiunt. fallere autem non expedit/propter eos/qui ſincere audire deſiderant veritatem. quid ergo faciet: cui ad indiſcretum populum ſermo eſt? occultet quod verū eſt. & quomodo inſtruet eos qui digni ſunt? ſed ſi meram proferat veritatem iis qui ſalutem conſequi non deſiderant: illi a quo miſſus eſt iniuriam facit. a quo & mandatum accepit: ne mittat verborum eius margaritas ante porcos & canes/qui aduerſus eas ſophiſmatibus reluctantes / ipſas quidem ceno intelligētie carnalis inuoluant / latratibus autem ſuis & reſponſionibus ſordidis rumpant / & fatigent predicatores verbi dei. propter quod & ego in plurimis circuitu quodam vtens/ temperare nitebar: ne principalem de ſumma diuinitate intelligentiam minus dignis auribus publicarem. Et poſt hec incipiēs de patre & filio & ſpirituſancto/ breuiter nobis & euidenter expoſuit: vt omnes audientes miraremur/quomodo homines (veritate derelicta) conuerſi ſunt ad vanitatem. ſed cum illuxiſſet dies / ingreſſus eſt quidam dicens: multitudo plurima expectat in atrio/ in quorum medio ſtat Simon / perſuaſionibus peſſimis preuenire aures populi cupiens:

Et Petrus ſtatim egreſſus: ſtetit in loco in quo pridie diſputauerat. omniſqꝫ po-
pulus ad ipſum conuerſus: cum gaudio intendebat in eum. ¶ Simon vero vbi Simõ magus
ſentit populum de conſpectu Petri gauiſum eſſe/& erga affectum eius moueri: ob-
ſtupefactus ait. Miror hominum ſtulticiam: qui me magum dicunt/& Petrum dili-
gunt. cum vtiqꝫ olim habentes noticiam mei: me magis diligere deberent. & ideo
ex hoc indicio: qui habẽt ſenſum poſſunt intelligere/ quia magis Petrus magus vi-
detur eſſe. cum michi cui ex conſuetudine debitus propemodũ eſt: nõ defertur af- PETRVS
factus. Illi autem cui nullo vſu debetur: abundanter expenditur. ¶ Et cum multa
huiuſcemodi Simon diceret: Petr⁹ ſalutato ex more populo/reſpõdit. ſufficit vni-
cuiqꝫ o Simon ad confutandũ/conſciẽtia ſua. quod ſi hoc miraris ꝙ noti non ſolũ
non te diligant/ ſed & oderunt: tui cauſam diſce a me. cum ſis ſeductor: veritatẽ te
predicare profiteris. ob hoc plures deſiderium gerentes diſcende veritatis: amicos
habuiſti. ſed illi vbi contraria vite quã profitebaris/viderunt(quia amatores erant
vt dixi/veritatis) non ſolum non diligere/ſed & odiſſe ceperunt. nõ autem ſtatim
ab eis deſertus es: quia vel pollicebaris adhuc te eis oſtendere poſſe quod verũ eſt.
donec ergo nondum aderat qui poſſet oſtendere: patiebãtur te. vbi vero ſpes eis
doctrine melioris arriſit: te contẽnentes/quod melius intelligũt eſſe/ deſiderant. &
tu quidem nefariis artibus agens/ab exordio te latere poſſe credidiſti: ſed nõ lates.
argueris enim/& contra ſpem publicaris. quia non ſolum ignoraſti veritatem: ſed
nec audire quidẽ voluiſti ab iis/qui eã ſciebant. Si enim audire voluiſſes: innotuiſſet
vtiqꝫ tibi ille ſermo eius qui ait/quia nichil eſt occultũ quod non agnoſcatur/ neqꝫ
opertum quod non reueletur. Cap.II.

h Et & his ſimilia dicente Petro: Simon reſpondit. Nolo me verbis occupes Simõ magus
Petre: repeto abs te q̃ heſterno promiſeras. dicebs enim oſtendere te poſſe:
quia lex doceat de immenſitate lucis eterne. & ꝙ duo tantum ſint celi: & ipſi creati.
ſed ſuperiorem locum/eſſe lucis illius ſedem: in qua ſolus in eternum reſidet ineffa-
bilis pater. ad illi⁹ autem celi ſimilitudinẽ: factum etiam eſſe illud viſibile celũ quod
& tranſiturum confirmabas. vnũ ergo dixiſti eſſe patrem omniũ: quia nõ poſſunt
duo eſſe immenſa/alioqui neuter eorum immenſus erit. quia in eo quo alter ſubſi-
ſtit/alter finem ſubſiſtendi faciat. Si ergo hec non tantũ polliceris/ſed & oſtendere PETRVS
potes ex lege: omittens plura loqui/hinc incipe. ¶ Et Petrus. Si propter te inquit
qui ad contradicendum tantummodo venis/rogarer de his dicere: nũq̃ a me vnũ
ſaltem poſſis audire ſermonem. ſed quia neceſſe eſt agricolam qui vult bonam ter-
ram ſeminare/nonnulla ſemina perdere etiam in petroſis/aut in iis que ab homini-
bus conculcanda ſunt/vel in dumoſis ac repletis ſentib⁹ locis(vt & magiſter noſter
expoſuit: diuerſitates propoſiti vniuſcuiuſqꝫ anime/ per hec indicans) non mora-
bor. ¶ Tum Simon. Videris michi inquit iraſci. quod ſi ita eſt: nõ neceſſe eſt inire Simõ magus
conflictum. ¶ Et Petrus. Video te ſentire ꝙ arguendus ſis: & vis vrbane ſubterfu- PETRVS
gere certamen. nam quid vidiſti me iratũ feciſſe in te hominem vnum/ tantum po-
pulum decipere cupientem/ & cum nichil habeas quod dicas modeſtiam ſimulan-
tẽ/qui & authoritate tua iubes vt quomodo ipſe vis/ & non quomodo ordo po-
ſtulat controuerſia moueatur? ¶ Et Simon. Imperabo michi ipſi patientia vti/ad Simõ magus
imperitiam tuam: vt oſtendam te quidem populum velle ſeducere/ me autem do-
cere que vera ſunt. ſed nunc omitto de immenſa luce diſcutere: quod interrogo te/ PETRVS
hoc michi reſpõde. Cũ deus fecerit vniuerſa vt tu dicis: vnde eſt malum. ¶ Et Pe-

trus. Hoc me interrogare/aduerſantis nõ eſt ſed diſcentis. ſi ergo vis diſcere: con-
fitere. vt prius te doceam: quomodo debeas diſcere. & cum didiceris audire: tunc
te incipiam conſequenter docere. ſi vero non vis diſcere tanq̃ ſciens omnia: ego
pri⁹ expono fidẽ quã predico/expone & tu quod tibi verũ videt. & cũ manifeſta
fuerit vtriuſq; profeſſio: iudicetur ab auditoribus/ cuius ſermo noſtrũ ſit veritate
Simõ magus ſubnixus. ¶ Et Simon ad hec reſpõdit. Riſus michi eſt. ecce q promittit: qđ me do-
ceat. verũtamẽ patiar te/& imperitiã tuã atq; arrogãtiã ferã. Cõfiteor/diſcere volo:
PETRVS videamus quomodo me poſſis docere. ¶ Petrus inqt. Si vere vis diſcere: diſce hoc
primũ q̃ iperite interrogaueris. ais enim cũ deus vniuerſa creauerit: vnde eſt malũ?
ante enim q̃ hec iterrogares: tres interrogãdi ſpecies precedebãt. primo ſi eſt malũ.
Simõ malus. ſecũdo qđ ſit malũ. tertio cui ſit. & poſt vnde ſit. ¶ Ad hec Simõ. o imperitiſſime
inqt & incõditiſſime: eſt ne hominũ qſq̃ q nõ cõfiteatur/ quia ſit in hac vita malũ?
Vnde & ego putãs te vel cõmunẽ omniũ habere ſenſũ: interrogaui vnde ſit malũ/
nõ vt diſcere volens (quoniã omnia ſciã) abs te precipue/ q nichil noueris: ſed vt
te oſtẽdã ignarũ eſſe omniũ. & ne putes qa iratus ſum/ ꝙ ita tecũ auſteri⁹ loquor:
PETRVS miſeratio me habet horum qui adſunt/quos tu decipere conaris. ¶ Et Petrus ait.
Multũ malus es/ſi tãtas iniurias nõ iratus facis. ſed impoſſibile eſt fumũ nõ cõſur-
gere: vbi ignis eſt. verũtamen dicã: ne te verbis videar occupare/ quo minus ad ea
que abs te incõuenienter ſunt dicta reſpondeã. Ais omnes fateri: qa ſit malũ. quod
vtiq; falſum eſt. nã primo omniũ ꝙ ſubſiſtat malũ: vniuerſa hebreorũ negat gẽs.
Simõ magus. ¶ Et Simon interrupto eius ſermone: recte inqt faciũt qui dicũt non eſſe malum?
PETRVS ¶ Et Petrus. Non de hoc nũc propoſuimus dicere: ſed qa non omnes dicũt eſſe
malũ. ſecũdũ autẽ erat interrogare te/quid eſt malũ/ſubſtantia an accidẽs/an act⁹/
ſed & talia multa huiuſmodi? & poſt hec erga qđ/vel quomodo ſit/aut cui ſit ma-
lum: vtrũ deo an angelis/an hominibus piis an impiis/omnibus an aliquibus/an ſi-
bi ipſi an nulli? & tũc interrogares vnde ſit: vtrũ nã ex deo an ex nichilo/ ſemp ne
fuerit an ex tẽpore ceperit/vtile ſit an inutile? & alia multa: que huiuſcemodi pro-
Simon mag⁹. poſitio exigit. ¶ Ad hec Simon reſpondit. Ignoſce michi: erraui de prima interro-
PETRVS gatione. ſed puta me nũc primũ interrogare/ malum eſt an non? ¶ Et Petrus ait.
Quomodo interrogas: quaſi diſcere volens an docere/an queſtionis mouẽde gra-
tia? ſi quaſi diſcere volens: habeo ꝙ te prius doceã/vt per conſequentiã & ordinẽ
doctrine veniens/ex ipſo intelligas quid ſit malũ. ſi vero vt docens proponis: nõ
indigeo abs te doceri. habeo enim magiſtrũ a quo omnia didici. quod ſi queſtio-
nis mouende & diſputãdi gratia: vterq; noſtrũ prius quod ſibi videtur exponat/
& ita certamen habeatur. Neq; enim verũ eſt vt interroges quaſi diſcere volens/&
contradicas vt docens/vt poſt reſpõſionem meam in tuo iudicio ſit dicere ſi bene
an male dixerim: propter quod nõ potes in loco cõtradicẽtis ſtãs/iudex eſſe eorũ
que dicimus. & ideo (vt dixi) ſi certamẽ habẽdũ eſt: vterq; noſtrũ quod ſentit ex-
ponat/& nobis in conflictu poſitis religioſi auditores hi/iuſti iudices erunt. ¶ Et
Simon mag⁹. Simon. Non tibi videtur abſurdum: vt imperitus populus de noſtris dictis habe-
PETRVS at iudicium? ¶ Et Petrus. Non ita eſt. quod enim vni fortaſſe minus liquet: inue-
ſtigari a pluribus poterit. nam ſepe etiam: fama vulgi prophetie ſpeciem tenet. ſu-
per hec autem omnia preſens hic omnis populus / amore dei cõſtrictus hic aſtat/
veriq; cognoſcẽdi gratia: & ideo omnes iſti quaſi vn⁹ eſt habẽdus/pro vno eodẽ
erga amorem veritatis affectu. ſicut econtrario: duo inter ſe ſi diſſentiãt/multi ſunt

et diuerſi . ſi autem vis indicium capere/quomodo oīs hic populus qui aſtat quaſi vnus eſt homo : ex ſilentio eius ipſo/& quiete cōſidera. quomodo cum omni pa-tiētia vt vides/etiā anteꝗ̄ diſcant: veritati dei honorē deferūt. nondū enim maiorē cultū: quē ei deferre debeant/didicerūt. propter quod ſpero de clemētia dei: ꝙ reli-gioſum propoſitū mentis eorū amplectetur erga ſe/& veritatē predicanti/victorie palmā dabit. & manifeſtū eis faciet veritatis preconē. ❡ Tū Simon. de quo inquit Simō magus vis haberi certamen/ dic : vt & ego definiā quod michi videtur/& ita queſtio inci-piat. ❡ Et Petrus reſpondit. Si quidē vt michi videtur facere vis: ego ſecundū ma- PETRVS giſtri preceptū fieri volo. qui primo omniū hebree gēti (quā ſciebat habere cogni-tionē dei: & ꝙ ipſe eſſet qui fecerit mūdū)precepit non vt eū quereret quē ſciebat/ ſed vt volūtatē eius/iuſticiāq̄ perqreret . ſciēs qa in hominū arbitrio poſitum eſt : vt hoc querentes inueniant & faciant/ atq̄ obſeruent ea de quibus iudicandi ſunt. Et ideo iuſſit nos querere non vnde ſit malū(vt tu paulo ante requirebas) ſed iuſti ciam boni dei/regnūq̄ eius/& omnia(inquit)hec adicientur vobis. ❡ Et Simon. Simō magus. Quoniam inquit hebreis iſta mandantur velut certo ſciētibus deum/& opināibꝰ ꝙ vnuſquiſq̄ in ſuo arbitrio habeat agere ea de quibus iudicādus eſt / mea autem ab illis ſententia diſcrepat: vnde vis incipiam?

Cap. III.

Cum Petrus. Ego ſuadeo primū querendū eſſe: ſi in poteſtate noſtra eſt ſcire PETRVS vnde iudicandi ſumus. ❡ Et Simon. Nō ita: ſed de deo. vnde & id omnes Simon magꝰ. qui preſto ſunt: audire cupiūt. ❡ Et Petrus. Cōſtat ergo apud te: qa eſt aliquid in PETRVS arbitrii poteſtate facere: hoc tantū ſi eſt: reqramꝰ vt dicis de deo. ❡ Simon ad hec Simon magꝰ. reſpōdit. nequaꝗ̄. ❡ Et Petrus. Si ergo nichil eſt in noſtra poteſtate: ſuperfluū eſt PETRVS nos aliquid querere de deo . cum in poteſtate non ſit credentibus inuenire. vnde bene dixeram hoc primo querendū eſſe: ſi eſt aliquid in arbitrii poteſtate. ❡ Tum Simō magus Simon. Non poſſumus inquit/ne hoc ipſum quidē intelligere quod dicis: ſi eſt ali-quid in arbitrii poteſtate. ❡ At Petrus videns ꝙ ad partē cōtentioſiorē declinat/ PETRVS ſuperari metuēs/ vt quaſi in icertū cōfundat omnia: reſpōdit. quomodo ergo ſcis quia non eſt in hominis poteſtate ſcire aliquid: cū hoc ipſum ſcias ? ❡ At Simon. Simon magꝰ. Neſcio inquit ſi vel hoc ipſum ſciam. Vnuſquiſq̄ enim ſicut fatū decernitur : aliqd vel intelligit vel patitur. ❡ Tū Petrus. Videte (inquit) fratres in que abſurda deci- PETRVS derit Simon: qui ante meū aduentū docebat/ ꝙ homines in poteſtate haberent & ſapere/& facere quod vellēt. nūc in anguſtū redactus neceſſitate verborum: negat eſſe in hominis poteſtate/aut ſentiendi aliquid aut agēdi/& tamen audet ſe docto-rem profiteri . ſed dic : quomodo ergo iudicat deus vnūquēq̄ ſecundum veritatē pro actibus ſuis/ſi agere aliquid/in poteſtate nō habuit ? hoc ſi teneatur: conuulſa ſunt omnia/fruſtra erit ſtudium ſectandi meliora. ſed & iudices ſeculi fruſtra legibꝰ preſunt: & puniūt eos q male agūt (nō enim in ſua poteſtate habuerūt vt nō pec-carēt) vana erūt & iura populorū/que malis actibus penas ſtatuūt. miſeri erūt & ii qui ſeruāt cū labore iuſticiā: beati vero illi qui in delicíis poſiti/cū luxuria & ſcelere viuētes/tyrannidē tenēt pecudū. Secūdū hec ergo: nec iuſticia erit/nec bonitas/nec vlla virtus/&(vt tu vis)nec deus. Sed hec o Simon cur dixeris ſcio: volēs profecto effugere q̄ſtiones: ne poſſis manifeſtiꝰ cōfutari. & ideo ais nō eſſe in poteſtate hōis ſentire aliqd aut iuenire. ſi eni vere hoc ita ſēſiſſes : nō vtiq̄ etiā āte aduētū meū a-pud populū te ꝓfitereris doctorē. ego igiť dico: ſui eſſe arbitrii hoīem. ❡ Et Simō. Simon magꝰ qd eſt ſui arbitrii: dic nobis? ❡ Petrꝰ ad hec. ſi nichil potes dicere: cur & audire vis? PETRVS

Simon magꝰ. ¶ Et Simon. nichil habes: ad hec quod reſpondeas. ¶ Tum Petrus. dicā nō a te
PETRVS compulſus: ſed ab auditoribus rogatus. Arbitrii libertas: eſt ſenſus anime/habens
Simon magꝰ. virtutem qua poſſit ad quos velit actus inclinari & ire. ¶ Tum Simon collaudans
Petrū ſuper iis que dixerat: vere inquit magnifice & incōparabiliter expoſuiſti. be-
ne enim dicenti tibi: debeo teſtimoniū dare. hoc tamen quod te interrogo nunc/ſi
expoſueris michi: in ceteris omnibus obtēperabo tibi. quod ergo volo dicere hoc
eſt/ſi quod deus eſſe vult/eſt & ſi quod non vult eſſe non eſt: de hoc reſpōde mi-
chi. ¶ Et Petrus. ſi ignoras ꝙ abſurde & incōpetenter interroges: ignoſcens tibi
PETRVS ipſi/exponam. ſi autem ſcis ꝙ inconſequenter interrogas: non recte facis. ¶ Tum
Simon magꝰ. Simon. Iuro inquit ipſam (quecunqꝫ illa eſt) ſummam diuinitatem/que habet iudi-
cium & vindictam in eos qui peccāt: quia ignoro quid incōpetēter dixerim/& qḋ
PETRVS in verbis meis habeatur abſurdū/in iis dūtaxat que propoſui. ¶ Ad hec Petrus.
quoniā inquit te ignorare cōfeſſus es: diſce. Interrogatio tua duabus ſibi inuicē cō-
trariis/vnā ſentētiā poſtulauit. & enim omnis motus in duas ptes diuiditur: vt qdā
neceſſitate/quedā volūtate moueātur. & ea quidē que neceſſitas mouet/ ſemper in
motu ſunt: que vero volūtas/nō ſemper. vt verbi gratia dicā: ſolis motus neceſſi-
tate ducitur vt ſtatutū cōpleat curſum/omneſqꝫ celi ſtatus & miniſteria/neceſſariis
motibus cōſtant. homo vero actuū ſuorū motꝰ volūtarios gerit. & ideo alia ſunt
que ob hoc creatā ſunt: vt in miniſteriis ſuis neceſſitate deſeruiant/ nec facere aliud
qppiā poſſint: niſi quod eis ſtatutū eſt: cū autē expleuerint miniſteriū: creator om-
niū qui ita cōſtituit eā/prout voluerit/cōſeruat ea. Alia vero ſunt vbi poteſtas eſt
volūtatis/& in qbus āgēdi que velint liberū habetur arbitriū: & hec (vt dixi) non
ſemp in eo ordine quo creata ſunt manēt/ ſed prout volūtas duxerit & animi iudi-
ciū declinauerit/ſiue bonis ſiue malis ſtudebūt. & ideo bene agentibus munera po-
ſuit: male agētibus penas. Ais ergo tu: ſi deus vult/aliqd eſſe & eſt/& ſi nō vult nō
eſt. ſcilicet vt ſi reſpōderē quia quod vult & eſt/quod autē non vult non eſt: dice-
res/ergo ipſe vult mala que in hoc mūdo gerūtur. qa omne quod vult hoc & eſt:
quod autē nō vult nō eſt. ſi vero reſpōdiſſem non eſſe hoc/ vt quod vult deꝰ ſit/
& quod nō vult nō ſit: tū retorto ſermone diceres/ ergo impotēs eſt deus ſi quod
vult non poteſt. & exiſteres petulātior: vt qui nichil rectum dixeris / viciſſe te cre-
deres. & ideo ignoras o Simon/& valde ignoras: quomodo in ſingulis quibuſqꝫ
volūtas ſit dei. Quedā enim voluit (vt diximus) ita eſſe vt aliud eſſe non poſſint ꝗ
id quod ab ipſo inſtituta ſunt: & his neqꝫ premia neqꝫ ſupplicia ſtatuit ea vero que
ita eſſe voluit: vt in ſua poteſtate habeāt agere quod velint: his pro actibꝰ & volū-
tatibus ſuis ſtatuit/vt aut remunerationem mereātur aut penas. cū ergo in duas vt
edocui partes diuidātur cūcta que mouentur/ſecūdū eā (quā ſupradiximus) diſtin-
Simō magus. ctionē: omne quod vult deus/eſt/& quod nō vult/non eſt. ¶ Et Simon ad hec.
Nonne poterat nos omnes facere tales: vt eſſemus boni/& aliud eſſe nō poſſemꝰ:
PETRVS ¶ Petrꝰ reſpōdit. Et hoc abſurde īterrogas. ſi enim nos incōuertibilis nature feciſ-
ſet & imobiles à bono: nō eſſemus vere boni/q aliud eſſe non poſſemꝰ. & nō erat
noſtri propoſiti ꝙ eramꝰ boni/nec noſtrū erat quod agebamꝰ: ſed neceſſitatis na-
ture. quomodo ergo hoc bonū dicit: quod ex propoſito nō agit: ob hoc autē &
ꝓlixioribꝰ indiguit mūdꝰ iſte tēporibꝰ: donec aīarū q ꝓdeſtinate ſunt/ad expletio-
nē eius numerus impleretur/& tunc iſtud quidem viſibile celum reuolueretur vt li-
ber/illud vero quod eſt ſuperiꝰ/appareret/& anime beatorū corporibꝰ ſuis reddi-

te/inducerentur in lucem/impiorum vero anime pro immũdis actibus ſuis/ ſpiritu flãmeo circũdate in profundũ ignis inextinguibilis mergerẽtur/per ſeculum expenſure ſupplicia. hec autẽ ita eſſe: verꝰ nobis propheta teſtatꝰ eſt. de quo ſi vis agnoſcere/quia propheta ſit: innumeris aſſertionibus edocebo. ex iis enim que ab eo dicta ſunt & nũc ſingula que dixit implentur: etiam ea que futura dixit/ credũtur implenda. fides enim futuris: ex iis que iam geſta ſunt/datur. ❡ At Simon/cui compertum erat/Petrum de prophetie titulo /dilucide aſſignare rationem/ex quo queſtio omnis abſoluitur: ſermonẽ de hoc fieri declinauit/& reſpõdẽs ait. Ad ea que volo reſponde michi: & dic ſi viſibile iſtud (vt ais) celũ reſoluetur/cur ex initio factũ? ❡ Et Petrus. propter hominũ preſentẽ hanc factum eſt vitam: vt eſſet interiectio quedam & diuiſio. ne quis forte indignus: habitationẽ celeſtium & dei ipſius ſedẽ videret. que iis ſolis/qui mundo corde ſunt: videnda preparantur. nunc autem (id eſt agonis tempore) inuiſibilia eſſe placuit ea: que vincentibus ad premiũ deſtinata ſunt.

Beati poſt reſurrectionem cũ corporibꝰ ſuis i ſupno inuiſibiliq; celo ac regione luris futuri: ipii vero ꝑpetuo i regione tenebrarũ in profũdo igne pninas daturi. ex ſententia ſaluatoris.

Simon magꝰ.

PETRVS

Simon magꝰ.

❡ Et Simon ait. Si conditor bonus & mũdus bonus eſt: quomodo bonus bona diſſoluet aliquãdo? ſi autẽ diſſoluit quod bonũ eſt: quomodo ipſe bonus videbitur? ſi autem quaſi malum diſſoluit & deſtruit: quomodo non videbitur malus/qui malum fecit? ❡ Petrus ait. Quoniam inquit reſpondemꝰ tibi ne blaſphemantem te fugiamus (ipſe enim reddes pro iis que loqueris / rationẽ) patienter ferimus. Audi ergo nũc. Celũ iſtud quod viſibile eſt & ptranſit: ſi qdẽ propter ſemet ipſum factũ eſſet/ haberet fortaſſis quod dicis aliquid rationis/ quia reſolui minime deberet. ſi vero propter aliud qd factũ eſt/& nõ propter ſe: neceſſario ſoluet/ vt illud pro quo factũ videtur/appareat. ſicut verbi gratia dixerim: teſta onorũ q̃uis pulchre facta & diligẽter formata eſſe videatur/ neceſſe eſt tamẽ eam frãgi & reſolui/vt inde pullus procedat/& illud pro quo totius oui forma expreſſa videtur/ appareat. ita ergo & huius mũdi neceſſe eſt tranſire ſtatum: vt ſtatus ille ſublimior regni celeſtis/effulgeat.

PETRVS

Simon magꝰ.

❡ Et Simon. Non michi videtur quia reſolui poſſit celum: quod a deo factum eſt. ab eterno eni eterna fiũt: a corruptibili tẽporalia & caduca. ❡ Et Petrus. Nõ ita eſt. ſed a mortalibus quidẽ omnimodis corruptibilia fiunt & temporalia: ab eterno vero nõ ſemper corruptibilia/neq; ſemper incorruptibilia/ ſed prout voluerit creator deus/ita & erũt illa q̃ creat. neq; enim ſub lege eſt virtus dei: ſed lex creatoris/ voluntas eius eſt.

PETRVS

Simon magꝰ

❡ Et Simon. Reuoco te inquit ad primã queſtionẽ. dixiſti deũ nunc quidẽ nulli eſſe viſibilem: cũ vero reſolutũ fuerit celum iſtud/& ſupernus ille ſtatus regni celeſtis effulſerit: tũc eos qui mundi ſunt corde/ etiam deũ viſuros. que ſententia cõtraria eſt legi. ibi enim ſcriptum eſt deũ dixiſſe: nemo videbit faciẽ meã & viuet.

PETRVS

❡ Petrus reſpondit. Is qui legẽ nõ ex traditione Moſis legunt: contrarius videtur ſermo meus. ſed audi: quomodo nõ ſit cõtrariꝰ. deus videtur mente nõ corpore/ſpiritu nõ carne. vnde & ãgeli qui ſunt ſpiritus: vident deũ. & homines donec homines ſunt: deũ videre nõ poſſunt. ex reſurrectiõe autem mortuorũ cum facti fuerint ſicut angeli: videre poterũt deum. & hoc modo nõ eſt ſermo meus legi cõtrarius: neq; illud quod magiſter meus dixit/beati mũdo corde: quoniã ipſi deũ videbũt. futurũ enim tempus oſtẽdit: in quo ex hominibus angeli fient/qui in ſpiritu mentis deum videbunt.

In quo ex hominibꝰ angeli fiẽt: idẽ quod ſupra dixit fient ſicut ãgeli

Cap. IIII.

Simon magꝰ.

POſt hec autẽ verba/multaq; alia his ſimilia: cũ iuramẽtis pluribus affirmare Simon cepit/dicẽs. de hoc michi ſolũ rationẽ redde: ſi imortalis ſit aia/& obſequar i oibꝰ/volũtati tue. ❡ Petrꝰ craſtino ingt. nã hodie tardũ eſt. vbi ergo cepit

Petrus dicere/Simon egreſſus eſt/& cum eo perpauci ex ſodalibus eius/ & hoc pre
verecundia. ceteri vero omnes ad Petrum cõuerſi/genibus poſitis/proſternebant
ſe ante eũ: ex quibus aliquanti diuerſis lãguoribus aſtricti/ aut demonibꝰ incurſati
oratione Petri ſanabãtur/ & diſcedebant gaudentes / quaſi veri dei doctrinã ſimul
& miſericordiã cõſecuti. cũ ergo abſceſſiſſent turbe/ & ſoli familiares eius manſiſſe-
mus cum eo: ſtratis humi redditis/accubuimus/ ſolitũ vnuſquiſq; recognoſcens lo
cum. ſumptoq; cibo: cũ gratias egiſſemus deo/quieuimus. ſequẽti vero die: Petrus
PETRVS ex more ante lucẽ ſurgens/iam nos inuenit vigilantes/& paratos ad audiẽdũ. atq;
ita exorſus eſt. Precor vos fratres & conſerui mei: vt ſi quis forte veſtrũ non poteſt
vigilare/non ſibi extorqueat/erubeſcens preſentiam meam. quia difficilis eſt ſubita
permutatio: lõgo autẽ tempore ſi paulatim aſſuefiat/ labori non erit/quod ex vſu
venit. non enim omnes eiuſdẽ inſtitutionis ſumus: licet proceſſu temporis in vnã
temperari conſuetudinem poterimus. aiunt enim: ꝙ ſecundũ nature locũ obtineat
cõſuetudo. teſtem autem deum inuoco: ꝙ non indignor/ ſi quis forte non poteſt
vigilare. ſed hoc magis ſi cũ totã quis noctem non dormiat: per diem nõ replet id
quod omiſit in nocte. neceſſarium namq; eſt doctrine ſtudiis/ intente et indeſinẽter
operam dare: vt mens noſtra dei ſolius memoria repleatur. quia mentem quam re-
Conſocii. pleuerit memoria dei: maligno in ea non dabitur locus. ¶ Cũ hec diceret ad nos
Petrus: vnuſquiſq; noſtrum ſolicite ſatiſfaciebat ei/ ꝙ olim breui ſomno ſaciati vi-
gilaremus. ſed vereremur excitare eum: quia nec deceret diſcipulos magiſtro impe
rare. quod tamen pene O Petre auſi fueramus preſumere: dũ cor noſtrum nimio
verborum tuorum deſiderio tripudians/ ſomnum penitus fugaret ab oculis. ſed
PETRVS iterum affectus erga te noſter obſtitit/& violẽte te a nobis non tulit excitari ¶ Tũ
Petrus. Quoniam igitur audiendi inquit deſiderio libenter vos aſſeritis vigilare: vo
lo vobis ea tantum que heſterno ſparſim dicta ſunt repetens/diligentius & cũ ſuo
ordine explicare. quod & per ſingulas quaſq; diſputationes diurnas: facere diſpo-
no. vt (quia per noctem vbi ſecretum loci & tẽporis datur) ſi quid forte vt pote in
certamine minus plene dictũ eſt: id integro ordine & linea directa explanationis a-
periam. Et poſt hec cepit nobis oſtendere: quomodo heſterno haberi debuerit ſer-
mo/ & propter contentionem vel imperitiã contradicentis haberi non potuit. &
ideo ſola profeſſione vſus ſit. atq; ea que ab aduerſario dicebãtur/ tantum deſtru-
xerit/ſua vero neq; omnia neq; manifeſte expoſuerit. & ſingula nobis repetens: in-
tegro ordine & plena ratione diſſeruit. Cap. V.

CVm vero iam albeſceret dies: egreſſus ad turbas poſt orationem/ ſolito ad
diſputandũ conſtitit loco. & videns Simonẽ in mediis turbis ſtantẽ: ex mo
PETRVS re prius ſalutato populo/ait. Dolori michi eſſe fateor/ de nõnullis hominibus: q
cum ita ad nos veniant vt diſcant aliquid/vbi eos docere ceperimꝰ / ipſi rurſus ma
giſtros ſe eſſe profitentur. & interrogant quidem vt ignorantes: contradicũt autẽ
vt ſcientes. ſed fortaſſe dicat aliquis/quia qui interrogat ob hoc quidem vt diſcat/
interrogat: vbi vero id quod audient non ei recte dictum videtur: neceſſe eſt vt re-
ſpondeat. & hec videt eſſe cõtradictio/que nõ eſt cõtradictio: ſed rei interrogatio.
Audi ergo ad hec. totius doctrine diſciplina habet certum ordinẽ: & ſunt quedam
que primo tradẽda ſunt/alia vero que ſecũdo in loco/ alia que tertio/& ſic ſingula
queq; per ordinẽ. que vtiq; ſi per conſequẽtiã tradantur: manifeſta fiunt. extra ve-
ro ordinem ſi proferãtur: etiam cõtra rationem dicta videbũtur. & ideo in primis

ordo ſeruãdus eſt : ſi tamẽ hoc propoſito queramus/vt poſſimus quod querimus
inuenire . etenim qui rectum initium vie acceperit: etiam ſecundũ locũ conſequẽter
aduertet/& ex ſecũdo tertiũ facilius inueniet/ & quãto vltra proceſſerit tanto ma-
gis ei via agnitionis apertior fiet/vſquequo ad ipſam quo tendit & deſiderat/vrbẽ
perueniat veritatis. qui vero imperitus eſt/& querendi viã neſcit : ſicut peregrinus
viator ignorans & errans ſi ciue & indigena nolit vti duce/ ſine dubio cũ aberraue
rit a via veritatis/extra vite ianuas remanebit. & ita noctis atre tenebris inuolutus:
per ſemitas perditionis incedet. quia ergo ſi per ordinem que querenda ſunt/inqui
rantur: inueniri facillime poſſunt. ordinẽ vero requirendi/imperitus ignorat:rectũ
eſt/ vt ſciẽti cedat ignarus/& primo querendi ordinẽ diſcat/vt ita demũ interrogã-
di ac reſpondẽdi inueniat diſciplinã. ¶ Et Simon ad hec.Non ergo omniũ eſt ve- Simõ magus.
ritas : ſed eorũ tantũmodo/qui artẽ nouerint diſputandi . quod vtiqꝫ abſurdũ eſt:
(cũ equaliter ſit deus omniũ) nõ omnes equaliter poſſe voluntatẽ eius agnoſcere .
¶ Et Petrus.Equales(inquit)omnes ab eo facti ſunt/& equaliter cunctis dedit ca- PETRVS
paces eſſe veritatis: verũ quod nullus eorũ qui nati ſunt/eruditus natus ſit/ſed po-
ſterior ſit natiuitate eruditio/nulli dubium eſt . cũ igitur natiuitas hominũ in eo te-
neat equitatem/vt omnes ſimiliter percipiende diſcipline capaces ſint: nõ eſt in na-
tura/ſed in eruditione diuerſitas. an quis neſcit:ꝙ ea que vnuſquiſqꝫ didicit/priuſq̃
diſceret ignorabat? ¶ Et Simon. Vere(inquit)dicis. ¶ Tum Petrus.Si ergo in iis Simon mag⁹
artibus que vſus communis habet/primo diſcitur/ deinde docetur: quanto magis PETRVS
oportet eos qui eruditores ſe profitentur animarũ/ primo diſcere & ita docere . ne
cum ſint ipſi imperiti/ridiculũ videatur : ſi aliis ſe preſtituros ſcientiã repromittant.
¶ Tũ Simon.In artibus (inquit) iis que vſus cõmunis habet: verũ eſt quod vnuſ- Simon mag⁹
qſqꝫ niſi didicerit neſciat. in verbo vero ſcientie/ſtatim vt audierit qs/didicit. ¶ Et
Petrus.Si quidem per ordinẽ & cõſequẽter audiat: poteſt ſcire quod verum eſt.ſed PETRVS
qui emendatioris vite regulã/conuerſationiſqꝫ caſtioris ſuſcipere recuſat/que vtiqꝫ
ſequela eſt ſcientie veritatis: ſcire ſe quod ſcit non vult fateri . ſicut etiam nõnullos
videmus: qui artibus quas a puero didicerant derelictis/ad alios ſe actus conferũt.
& vt excuſatio ſit his deſidie ſue: culpare incipiũt artem velut infructuoſam . ¶ Et Simõ magus.
Simon.Deberent omnes audientes credere verũ eſſe: quod audiũt. ¶ Tũ Petrus. PETRVS
Qui audierint per ordinẽ ſermonẽ veritatis: contradicere omnino nõ poſſunt/ſed
ſciunt verum eſſe quod dicitur/ſi tamen libenter etiam vite inſtituta ſuſcipiant.hos
vero quos audiẽtes ad bona opera cõferre ſe piget:male agendi libido acquieſcere
iis que recte iudicant/non ſinit. vnde oſtenditur poſitũ eſſe in auditorũ poteſtate:
eligere vtrũ malint. quod ſi omnes qui audiũt obedirent: nature magis eſſet neceſ-
ſitas/que omnes vna ageret via. ſicut enim ſuaderi quis nõ poteſt/ vt fiat breuior/
aut longior/quia non ſinit vis nature: ita & ad veritatẽ/ſi omnes verbo conuerte-
rẽtur/nature eſſet vis/que cogeret oẽs verbo cõuerti/ aut nullũ omnino conuerti.
¶ Et Simon.Doce ergo nos:quid primo oportet diſcere eũ/ qui veritatem omni- Simon mag⁹
no ſcire deſiderat? ¶ Et Petrus. Ante omnia inquit : queri oportet/ quid ſit homi PETRVS
ni querẽti/inuenire poſſibile. neceſſe eſt enim iudiciũ dei in hoc ſtare: ſi potuit ho-
mo bonũ facere/& non fecit . & ideo querẽdum eſt hominibus : ſi habeant in po-
teſtate ſua querentes inuenire/quid eſt bonum . & cũ inuenerint: facere. hoc enim
eſt pro quo iudicãdi ſunt. Amplius autẽ his ſolũ ſcire fas eſt prophetiã.& merito.
quid enim opus eſt hominibus ſcire:quomodo factus ſit mũdus? hec enim diſcẽda

neceſſario viderentur: ſi ſimile ineundū nobis eſſet artificiū. nūc autē ſufficit nobis ad cultum dei: vt ſciamus quia ipſe fecit mundum. quomodo autem fecerit: querēdum non eſt. quia(vt diximus) non nobis imminet tanq̄ ſimile aliquid facturis/artis ipſius ſcientiam diſcere. ſed neq; pro hoc iudicandi ſumus: cur non didicerimus quomodo factus ſit mūdus. ſed pro eo tantum: ſi ignoremus conditorē eius. ſciemus autem cōditorem mūdi iuſtum & bonū deū: ſi cū ſemitis iuſticie requiramus. nam ſi hoc tantū ſciamus / quod bonus eſt: huiuſmodi ſciētia nō ſufficit ad ſalutē. in preſenti enim tēpore bonitate eius & beneficiis perfruimur/nō ſolū digni ſed & indigni. ſi vero non tantū bonū/ſed & iuſtum credamus/ & ſecundum hoc quod de eo credimus/in omni vita noſtra iuſticiā teneamus: etiam bonitate ei⁹ in eternū fruemur. deniq; hebreis qui de deo ita opinabantur q ſolum bonus eſſet: dicebat magiſter noſter/vt & iuſticiam eius quererēt. hoc eſt vt ſcirent eum in preſenti quidem tempore bonum eſſe/vt omnes in bonitate eius viuant: iuſtum vero eū futurū in die iudicii/vt dignis premia eterna reſtituat/a qbus excludet indignos. ❡ Et

Simon mag⁹ Simon. Quomodo poteſt vnū atq; idem: & bonū eſſe & iuſtum? ❡ Et Petrus ait.

PETRVS Quia ſine iuſticia/bonū: iniuſtū quodā modo videbitur. boni eſt enim ſolē ſuum & pluuiā ex equo iuſtis & iniuſtis prebere: ſed videretur iniuſtū ſi bonos maloſq; equali ſemper ſorte cēſeret/& niſi frugū cauſa hoc facere (quibus perfrui equaliter omnes q in hoc mūdo nati ſunt) cōueniret. ſed ſicut data a deo pluuia ex equo & fruges nutrit & lolium/meſſis autē tēpore frumēta quidem cōgregātur in h orreū/ palee vero vel loliū/igni conſumūtur. ita in die iudicii cum iuſti introducētur in regnū dei/iniuſti autem abiicientur foras: tunc etiā iuſticia dei oſtēdetur. nā ſi equalis perpetuo permaneret bonis & malis: iam hoc non ſolum bonū non eſſet / ſed iniuſtum atq; iniquum videretur. aut iuſti & iniuſti vno apud eum haberentur ordine meritorum. ❡ Et Simon. Vnū eſt de quo michi velim ſatiſfieri: ſi immortalis

Simō magus. eſt anima? non enim poſſum onus ſubire iuſticie: niſi prius de immortalitate anime ſciam. que vtique ſi immortalis non eſt: nec predicationis tue poterit ſtare profeſſio.

Cap. VI.

PETRVS **T**Vm Petrus. Queramus(inquit)prius/ſi iuſtus eſt deus. quod ſi claruerit: integer profecto religionis ordo cōſtabit. ❡ Et Simon. Videris tu michi qui

Simon mag⁹ te iactas diſputandi ordinē noſſe: nūc contra ordinem reſpondiſſe. me enim interrogante vt oſtēderes ſi immortalis eſt anima: tu ais/primo nos querere/ ſi iuſt⁹ eſt

PETRVS deus. ❡ Et Petrus ait. Valde conſequenter & recte ſe habet. ❡ Simon. Velim diſcere. ❡ Petrus. Audi inquit. Nonnulli hominū blaſphemantes deū/& omnē vitā

Simōmagus.

PETRVS ſuam in iniuſticie voluptate ducentes: in lectulis ſuis defuncti ſunt/conſecuti finem vite inter ſuos/& honorabilē ſepulturā. alii vero deū colentes/& cū omni iuſticia & ſobrietate vitam ſuā in parcimonia cōſeruantes pro iuſticie obſeruātia: in deſertis interiere. ita vt ne ſepultura qdē digni haberētur. vbi eſt ergo iuſticia dei: ſi anima immortalis non eſt? que vel ſi impie egerit penas in futuro / vel ſi pie & iuſte/

Simon mag⁹ premia cōſequatur? ❡ Et Simon ait. Hoc vtiq; eſt/quod nos incredulos facit: qa multi bene agētes/male pereunt. & rurſus impie agētes/longi tēporis vitā cū beatitudine finiunt. ❡ Et Petrus. Hoc ipſum(inqt) quod te ad incredulitatē trahit: nobis certam fidē facit quia iudiciū erit. etenim cum certū ſit deum iuſtum eſſe: neceſſarium & conſequens eſt/ aliud eſſe ſeculū/ in quo vnuſquiſq; pro meritis recipiens/

PETRVS iuſticiam dei probet. quod ſi nunc omnes homines pro meritis ſuis reciperent: ve

re nos fallere videbamur/dicentes futurum eſſe iudicium. & ideo hoc ipſum quod
in preſenti vita nõ redditur vnicuiq; pro actibus ſuis: fidem indubitabilẽ facit ſciẽ-
tibus deum eſſe iuſtum/quia iudicium erit. ¶ Et Simon. Cur ergo michi non per-
ſuadetur? ¶ Petrus ait. Quia verũ propheta non audiſti dicentem/querite primo — Simon mag⁹
regnũ dei & iuſticiam eius/& hec omnia apponentur vobis. ¶ Et Simon. Indulge — PETRVS
(inquit) michi nolenti primo iuſticiam querere/ anteq̃ ſciam ſi immortalis eſt anima; — Simõmagus.
¶ Et Petrus. Et tu michi hoc vnũ indulge: quia nõ poſſum facere aliter q̃ me pro- — PETRVS
pheta veritatis edocuit. ¶ Tũ Simon. Certũ eſt (inquit) nõ poſſe te aſſerere/quod — Simon mag⁹
immortalis ſit anima: & ob hoc cauillaris ſciens quia ſi mortalis probetur/radicit⁹ — Organũ maligni.
conuellitur religionis iſtius(quam conaris aſſerere)tota profeſſio. & ideo laudo q̃-
dem prudentiam tuã: non tamen probo perſuaſionẽ. multis enim perſuades ſuſci-
pere religionẽ/& libidinis ſubire cõtinentiã ſub ſpe futurorũ bonorũ: quibus eue-
nit/vt neq; preſentibus perfruantur/& defraudẽtur a futuris. ſimul enim vt mortui
fuerint: etiam anima pariter extinguetur. ¶ Petrus vero hec audiens/& dentibus — PETRVS
frendens/frontemq; atterens manu/& profundo dolore ſuſpirans: ait. Aſtutia ſer-
pentis antiqui/ad hominũ decipiendas animas armatus: aſſiſtis. & ideo vt ſerpens
ſapientior ceteris beſtiis: ab initio te doctorem profeſſus es. & rurſus vt ſerpens/
multos introducere deos volebas. ſuper quo confutatus: nullum omnino nunc
eſſe aſſeris deum. nam per occaſionem neſcio cuius ignoti dei: conditorem mundi
deum negaſti. ſed eum vel malum eſſe vel multos habere ſibi equales/vel omnino
(vt diximus) non eſſe deum confirmabas. poſt hec cũ etiã in hoc ſuperatus fuiſſes:
animã nũc aſſeris eſſe mortalem/vti ne futurorũ ſpe/recte iuſteq; viuatur. nã vtiq;
ſi deſperantur futura: quid niſi abſcidatur miſericordia/ luxurie indulgeatur & vo-
luptatibus/ex quibus omnẽ conſurgere iniuſticiã cõſtat: & cũ tante impietatis do-
ctrinã miſere huic introducas mortaliũ vite: te ipſum piũ/me impium vocas. quaſi
qui homines non ſinam ſub ſpe futurorũ bonorum arma corripere & impugnare
ſe inuicem / diripere ac ſubuertere vniuerſa/ & moliri omnia que libido dictauerit.
& quis erit iſte vite ſtatus/qui a te introducitur: vt pugnent homines & impugnẽ-
tur/& vt iraſcãtur/& perturbentur & ſemper in metu viuant: neceſſe eſt enim eos
qui aliis inferũt mala: etiam ipſos ſperare ſimilia. vides ne te ducẽ perturbationis &
nõ pacis/iniquitatis & nõ equitatis exiſtere? Verum ego non quaſi qui oſtendere
non poſſim immortalem eſſe animam: ſimulaui iracundiam/ſed miſerior animab⁹
hominũ/quas tu decipere conaris. dicam ergo ſed non quaſi te cogente: ſcio enim
quomodo dicam. & ſolus eris: qui de hoc non tam perſuaſione indigeas q̃ cõmo-
nitione. eos autẽ qui vere ignorant: docebo vt cõuenit. ¶ Tum Simon. Si iraſce- — Simõmagus.
ris (inquit) non interrogabo/nec audire volo. ¶ Et Petrus. Tu ſiquidem nunc oc- — PETRVS
caſiones queris ſubterfugiendi. habes licentiam: & ſine occaſione cuiuſq̃. Omnes
enim audierunt/te nichil recti dicentem/nec potuiſſe aliquid cõfirmare: ſed ob hoc
tantũ interrogaſſe/vt contradiceres/quod quiuis facere poteſt. quid enim difficile
eſt poſt euidẽtes aſſertiones reſpõdere: nichil dixiſti. vt autem ſcias qa poſſum tibi
vno ſermone oſtẽdere q̃ imortalis ſit anima: interrogo te verbũ/quod oẽs norũt,
reſponde michi: & vno ſermone tibi imortalem eſſe comprobabo. ¶ Tũ Simon.
Qui iam occaſionem ſibi viſus fuerat inueniſſe ex iracũdia Petri vt diſcederet: reſti- — Simon mag⁹
tit/pro eo quod mirũ ei aliquid promittebatur/& ait. Interroga me: vt tibi reſpon-
deam/quod omnes norunt. & audiam vno vt pollicitus es ſermone: quomodo

anima immortalis ſit. Cap.VII

PETRVS e T Petrus.Dicá ita vt pre ceteris omnibus tibi magis probetur: reſponde er
go michi/quid eſt quod incredulũ magis ſuadere poteſt viſus an auditus?
Simõ magus. ¶ Et Simon. Viſus. PETRVS ¶ Tũ Petrus. Quomodo ergo a me vis diſcere verbo:quod
tibi reipſa probatur & viſu. Simon mag⁹ ¶ Et Simon. Neſcio(inquit) quomodo dicas. PETRVS ¶ Et
Petrus.Si neſcis: perge nũc in domũ tuá/& igreſſus interius cubiculũ / videbis ima
giné poſitá/ cõtinété pueri violéter necati effigié purpura coopertam.Ipſam inter-
roga: & docebit te/vel reſpõſione vel viſu. quid enim op⁹ eſt audire ab ea ſi imor-
talis ſit anima: cum aſtare eá videas preſentem: ſi enim nõ eſſet: nec videri vtiq; po
terat . quod ſi neſcis (quam dico) imaginé: hinc e veſtigio cũ aliis decem viris ex iis
Simon mag⁹ qui preſentes ſunt/eamus ad domũ tuá. ¶ Et Simon hec audiens/& cõſciétia per-
cuſſus/colore mutato: exanguis effectus eſt. extimuit enim: ne forte ſi negaret/per-
ſcrutaretur domus eius. aut ne indignás Petrus: manifeſtius eũ proderet/& omni-
bus qs eſſet innoteſceret/ita reſpõdit.obſecro te Petre per illũ deũ bonũ/q in te eſt:
vt vincas maliciá que in me eſt. ſuſcipe me ad penitétia : & habebis me adiutorem
predicationis tue . nũc eni/vere rebus ipſis didici: qa veri dei propheta es . & ideo
PETRVS ſecreta hominũ ſolus/atq; arcana cognoſcis. ¶ Et Petr⁹ait. Videtis fratres Simoné
penitétiá petenté: paulo poſt videbitis eũ rurſus ad infidelitaté ſuá reuerti. putans
enim me prophetá eſſe/pro eo quod publicaui mala eius / que in ſecretis habebat
& in occultis: penitentiá ſe acturũ promiſit. me auté métiri fas nõ eſt . neq; enim vt
infidelis hic ſaluetur aut non ſaluetur: ego fallere debeo. teſtor enim celũ & terrá/
quia nõ prophetice dixi/que dixi/vel que quantũ poſſibile erat turbis audientibus
indicaui: ſed a quibuſdam qui tũc ei fuerant ſocii in operibus ſuis/nũc auté cõuerſi
ſunt ad fidé noſtrá/quid ei in ſecreto geſtũ ſit/didici. cognita ergo/non precognita
Simon mag⁹ locutus ſum. ¶ Simon vero vt hec audiuit: maledictis & conuiciis aggreditur Pe-
trum dicés. O nefandiſſime omniũ & doloſiſſime: cui victoriá fortuna/nõ veritas
dedit. ego nõ pro penuria ſciétie penitentiá petii: ſed vt tu putás me per penitétiá
diſcipulũ tuũ fore/omnia ſecreta profeſſionis tue concrederes michi/vt ita demũ te
cũctis agnitis/cõfutaré.Sed vt callidus intellexiſti/quá ob cauſam penitudiné ſimu-
laſſem:& acquieuiſti tã͞q meũ nõ intelligeres dolũ/vt prius me apud populũ expo
neres quaſi imperitũ. tũ deinde preuidens ꝙ ego ita populo expoſitus/ neceſſe ha-
beo indignari/& cõfiteri me non vere penitudiné gerere: preueniſti/vt diceres me
ad infidelitaté meá poſt penitentiá regreſſurũ/vt ex omni parte viciſſe videreris/&
ſi permaneré in penitentia quá profeſſus fueram/ & ſi nõ permaneré. vt tu ſapiens
videreris quia iſta preuideres: ego auté deceptus viderer/ qa tuũ nõ preuidi dolũ/
tu vero meũ preuidés/calliditate vſus circũſcripſiſti me. ſed vt dixi:fortune eſt non
Blaſphemie Simonis magi. veritatis iſta victoria . Scio tamé cur ego iſta nõ preuiderim: quia eſtás locut⁹ ſum
tibi per bonitaté meá/& patiéter egi tecũ. nũc auté tibi oſtendá diuinitatis mee po
tentiá:vt repente procidas & adores me. ego ſum prima virtus/qui ſemper & ſine
initio ſum. ingreſſus auté vterũ Rachel natus ſum ex ea vt homo: quo ab homini-
bus videri poſſem. ego per aeré volaui : igni commixtus/vnũ corpus effect⁹ ſum.
ſtatuas moueri feci: animaui exanimata.lapides: panes feci. de monte in monté vo
latu tráſmeaui: manibus angelorũ ſuſtétatus ad terras deſcendi . hec nõ ſolum feci:
ſed & nũc facere poſſum/vt rebus ipſis probé omnibus/ qa ego ſum filius dei ſtás
in eternũ/& credétes michi/ſimiliter ſtare imperpetuũ faciá . tua autem verba vana

ſunt omnia : nec vnũ potes opus oſtendere veritatis . ſic & ille qui miſit te magus: qui nec ſeipſum potuit liberare de crucis pena. ❡ His dictis a Simone: Petrus reſpondit. Ne aliis aliena. tu enim ꝙ ſis magus: ex ipſis que geſſiſti cõfeſſus es & manifeſtatus. noſter autẽ magiſter qui eſt filius dei & hominis: manifeſte bon⁹ eſt. ꝙ autem vere ſit filius dei: quibus oportuit dictũ eſt/& dicetur. tu autẽ ſi non vis cõfiteri ꝙ magus es: cum omni hac turba pergamus ad domũ tuam/ & tunc apparebit quis ſit magus. Cap. VIII.

PETRUS
Chriſtus filius dei.

Simon mag⁹

h Ec autẽ Petro dicente: Simon blaſphemiis & maledictis agere cepit: vt ſeditione facta/perturbatis omnibus argui nõ poſſet/ & Petrus quaſi blaſphemie cauſa ſecedẽs/ victus videretur. Sed periſtitit Petrus/& arguere eũ vehemẽtius cepit. Tunc populus indignatus/ Simonẽ atrio eiectũ/ extra ianuã domus pepulit/ eũq; depulſum vnus ſecutus eſt ſolus. Facto autẽ ſilẽtio : Petrus alloqui populum hoc modo cepit. Patiẽter fratres malos ferre debetis: ſcientes ꝙ deus cũ poſſit excidere/patitur tamẽ durare vſq; ad preſtitutũ diẽ/ in quo de omnibus iudicium fiet . quomodo ergo nos nõ patiemur: quos patitur deus? cur autẽ nõ & forti animo illatas ab eis toleremus iniurias : cũ ſuas ille qui poteſt omnia/non vlciſcatur? vt & ipſius bonitas: & malorũ noſcatur impietas. verũ ſi non inueniſſet Simonem malignus miniſtrũ ſibi: inueniſſet aliũ ſine dubio . neceſſe eſt huic ſeculo venire ſcãdala. ve tamẽ illi: per quẽ veniũt . & ideo magis deflẽdus eſt Simon: ꝙ vas electionis eſt factus maligno. quod vtiq; nõ fuiſſet : niſi poteſtatẽ in eum pro peccatis prioribus accepiſſet . nam inde quid dicã : ꝙ & Ieſu noſtro crediderat/& ꝙ immortalis eſſet anima/ſibi ipſi perſuaſit. quãuis in eo deludatur a demonibus: tamen perſuaſit ſibi ꝙ pueri violenter enecati habeat animã miniſtrantem ſibi/ad quecũq; voluerit. In quo vere(vt dixi) a demone illuditur. & ideo ego ſecundũ ea que ipſi videbantur: locutus ſum ad eum. nã a iudeis didicit quod ſit iudicium/& vltio proferenda aduerſus eos qui cõtra veram fidẽ veniũt/nec penitudinem gerunt: ſed illi ſunt qbus malignus tãꝗ perfectis in ſceleribus apparet/ vt decipiat eos/ ne aliquãdo ad penitudinem cõuertantur. vos ergo qui ad deũ conuertimini per penitentiam: curuate ei genua. Hec cũ dixiſſet: omnis multitudo genua flexit deo. Et Petrus reſpiciẽs ad celum/ cum lachrimis orabat ſuper eos/ vt deus pro ſua bonitate ſuſcipere eos dignaretur confugientes ad ſe . & poſtꝗ orauit & precepit vt die poſtera maturius conuenirent: multitudinem miſſam fecit. Cap. VIIII.

PETRUS

Simõ magus prius credidit Chriſto/ & deinde apoſtata effectus/in poteſtatẽ demonis ad ludibria venit/& magus effect⁹ eſt

t Vm deinde ſecundũ conſuetudinẽ cibo ſumpto : quieuimus. Igitur Petrus ſolita noctis hora cõſurgẽs: iuenit nos vigilãtes. & cũ ex more nos ſalutãs/ cõſediſſet: prim⁹ Niceta ait. Si permittis mi domine Petre: habeo quod interrogẽ. Et Petrus. permitto inquit: nõ ſolũ tibi/ſed & omnibus . & nõ ſolum/modo: ſed & ſemper. vt vnuſquiſq; quod eũ mouet & partẽ quã dolet in animo fateatur: vt poſſit conſequi medicinã. que enim ſilentio contegũtur/nec innoteſcunt nobis: veluti multi tẽporis vicia/difficile curãtur. & ideo quoniã tacẽtibus/non facile poteſt medela oportuni & neceſſarii ſermonis adhiberi : proferre debet vnuſqſq;/in quo anim⁹ per ignorãtiã lãguet. tacenti vero dare remediũ: ſolius eſt dei. poſſum⁹ autẽ & nos : ſed circuitu multi tẽporis . neceſſe eſt enim/vt ſermo doctrine ab initio per ordinẽ currẽs/& ſingulis qbuſq; queſtionibus obuiãs: cũcta aperiat/ & cuncta diſſoluat/& perueniat etiã ad hoc quod vnuſquiſq; in animo ſuo reqrit. ſed hoc (vt dixi) p multũ tẽporis fieri poteſt. nũc autẽ quod deſideras: iterroga. ❡ Et Niceta ait.

Niceta
PETRUS

Niceta

vbcres tibi gratias ago clemētiſſime Petre: verum hoc eſt quod diſcere cupio. Cur Simon qui aduerſatur deo: tāta facere hec & alia potuit? nō eni meritus eſt aliqd/ ex iis que ſe feciſſe profeſſus eſt. ❡ Ad hec Petrus ita reſpōdit.

PETRVS

Deus q vnus & verus eſt/ primo germini ſuo amicos bonos & fideles inſtituit preparare. ſciēs autē qa boni eſſe nō poſſunt/ niſi habeāt in poteſtate ſenſum quo fiāt boni: vt ex ſuo propoſito hoc ſint quod volūt. alioqui nō poſſent eſſe vere boni/ ſi nō propoſito ſed neceſſitate tenerētur in bono: poteſtatē dedit vnicuiqꝫ arbitrii ſui/ vt hoc eſſe poſſit quod vult. & rurſum preuidens qa iſta poteſtas arbitrii/ alios quidē faceret eligere bona/ alios vero mala/ & ꝑ hoc in duos ordines neceſſario propagandū eſſet hominū genus: vnicuiqꝫ ordini cōceſſit/ & locū & regē quē vellet eligere. bon⁹ enī rex bonis gaudet: & malignus malis. & quāuis hoc tibi O clemēs in eo tractatu quem de prefinitione & fine diſſeruerā/ plenius expoſuerim: tamē & nūc regrēti Nicete/ manifeſtare cōuenit que ſit ratio/ ꝙ Simon qui contra deū ſentit/ tāta facere mirabilia potuit. Igitur primo omniū malus eſſe iudicatur apud deū is: q regrere nō vult quod ſibi expedit. quomodo enim talis iſte aliū diligit: qui ſemetipſum nō diligit? aut cui iſte inimicus nō eſt: q ſibi ipſi amic⁹ eſſe nō potuit? vt ergo diſtinguerētur q bona/ & qui eligūt mala: deus quod vtile eſt hominibus occultauit/ id eſt poſſeſſionē regni celorū. eāqꝫ velut theſaurū ſecretū repoſuit & abſcōdit: vt ad eā nō facile quis poſſit virtute & ſciētia propria ꝑuenire. famā tamē ei⁹ diuerſis nominib⁹ & opinionib⁹: ꝑ generationes ſingulas ad hominū ꝑduxit auditū. vt ſi q forte eſſent amatores boni/ audiētes quod ſibi eſſet vtile & ſalutare: regrerēt & inuenirēt. regrerēt autē nō a ſemetipſis/ ſed ab eo qui occultauit/ dariqꝫ ſibi accedēdi aditū & viā ſciētie precarētur: que illis ſolū pāditur/ q eā ſuꝑ omnia mūdi huius diligūt bona. nec alio quis pacto vel intelligere eā poſſet: etiā ſi prudētiſſimus videretur. ſi vero qui neglexiſſent quod ſibi vtile & ſalutare eſſet ingrere: tāq̄ ſeipſos odio habētes/ & ſibimet ipſis inimici/ fraudarētur eius bonis/ velut qui diligerēt mala. Oportet ergo bonos diligere eā ſuꝑ omnia/ id eſt ſuꝑ diuitias/ gloriā/ requiē/ parētes/ propinquos/ amicos/ & omne quod in hoc mūdo eſt. Qui vero ꝑfecte diligit poſſeſſionē hanc regni celorū: abiiciet ſine dubio omnē male cōſuetudinis vſum/ negligentiā/ maliciā/ deſidiā/ irani/ cūctaqꝫ his ſimilia. nā ſi quid horū pretuleris ei/ tāq̄ qui plus dilexeris proprie libidinis vicia q̄ deū: ad poſſeſſionē regni celeſtis ꝑuenire nō poteris. qa & vere ſtultū eſt: aliquid pl⁹ amare q̄ deū. Siue eni parētes ſunt: moriūtur. ſiue propinqui/ nō permanēt. ſiue amici: mutantur. ſolus autē eſt deus eternus: & indemutabilis parens. Qui ergo nō vult inquirere quod ſibi vtile eſt: malus eſt intantū/ vt malicia ſua ipſum impietatis principē ſuperet. Ille enim bonitate dei abutitur ad propoſitū malicie ſue/ & ſibi placet: hic autem ſalutis ſue bona negligit/ vt perditione ſui/ malo placeat. Propter hos ergo qui ſalutis ſue neglectu placēt malo/ & eos qui ſtudio vtilitatis ſue placere cupiūt bono: paria quedā ad tentationē preſenti huic ſtatuta ſunt ſeculo decē/ ſecundū numerū decē plagarū que illate ſunt egypto. Cum enim Moſes ſecundū preceptū dei/ peteret a pharaone vt dimitteret populum/ & ad teſtimoniū celeſtis imperii ſigna oſtenderet: proiecta in terram virga conuerſa eſt in ſerpentē. Cūqꝫ ob hec Pharao non vellet acquieſcere/ vtpote habens arbitrii libertatem: rurſum magi ſimilia ſigna facere viſi ſunt/ permittente deo/ vt propoſitum regis probaretur ex arbitrii libertate/ ſi magis crederet ſignis Moſi qui a deo miſſus eſt/ q̄ iis que magi videbantur potius facere quam faciebant. quos

Id nō itellige de libero arbitrio/ vt qs eo poſſit eſſe qđ vult ſecluſo diuino auxilio: ne in errorem incidas ſabellianorū. diuinū eni auxiliū ad bonū/ ex iiſ q̄ paulo poſt ſequūt ꝑueniré oportet: vt lumē ꝓcedere colorū viſionē. at vero nū q̄ cōuerſe volūtati denegatur: vt neqꝫ oculo ad ſolem cōuerſo denegat lumē: ſed & preuenit & cōcomitatur voluntatē bonum operantem. Auxilium igitur diuinū regrendū: ſine quo impoſſibile ē bonos eſſe/ & ad poſſeſſionē regni celorū peruenire.

ipſo vtiq; nomine intelligere debuerat: non eſſe operarios veritatis/quod non a deo miſſi: ſed magi appellabantur/ſicut & traditio indicat. Deniq; vſq; ad aliquē locum/viſi ſunt habere certamen:& poſt hec confeſſi/ceſſere meliori. Inducitur ergo plaga vltima/interitus primitiuorum: & tunc Moſes iubetur populum conſperſione ſanguinis conſecrare/ atq; ita magna cum prece oblatis etiam muneribus/cum populo rogatur abſcedere. Simili ergo modo: etiam per me nūc video geri. ſicut enim tunc Moſe hortante regē/vt crederet deo/obſiſtebant magi quaſi oſtentatione ſimiliū ſignorum/& a ſalute incredulos prohibebant: ita & nūc cum ego exierim docere omnes gentes/ vt credant vero deo/ Simon magus reſiſtit/eadem agens aduerſum me/ que & illi tunc egerunt aduerſum Moſem. vt ſi qui ſunt ex gentibus qui non recto iudicio vtuntur: appareant. ſaluentur autem: qui ſignorum rectum diſcrimen habuerint. ¶ Hec dicente Petro: Niceta reſpondit. Obſecro te: vt ſi quid ad memoriam venit/permittas me proferre. Nomē magi malū eſſe. Niceta

Caput. X.

Cum Petrus delectatus ſuper ſtudium diſcipulorum:dic(inquit)quod vis. ¶ Et Niceta ait. Quid peccauerunt egyptii ſi non crediderūt Moſi: cum magi ſimilia ſigna fecerint/ etiam ſi viderentur potius fieri q̄ i veritate fierent? Nam & ſi ego fuiſſem tunc/ex eo quod magi ſimilia ſigna faciebant: nonne aut Moſem magum credidiſſem/aut magos/que oſtendebant diuinitus facere putaſſem? quia non michi veriſimile videretur(licet per phātaſiam)eadem tamen effici a magis poſſe/ que ille qui a deo miſſus eſt/ perpetrabat. Et nunc ergo quid peccant ii: qui Simoni credunt/ cum videant eum tanta facere mirabilia? an non eſt mirabile per aerem volare/ igni admixtum vnum corpus effici/facere ſtatuas progredi/ canes ereos latrare? & alia his ſimilia que vtiq; diſcretionem neſcientibus/ſatis mira ſunt? ſed & de lapidib⁹ panem facere viſus eſt. Quod ſi peccat qui ſigna facientibus credit: quomodo non peccaſſe videbitur etiam is/qui domino noſtro pro ſignis & virtutibus credidit? ¶ Petrus ait. Libenter accipio: ꝙ de veritate ad amuſim requiris/& impedimenta fidei in anima tua latere non pateris. vnde & medelam conſequi: facile potes. Meminiſti quod prius omnium eſſe dixi: cum quis neglexerit quod ſibi expedit/diſcere? ¶ Et Niceta reſpondit. Memini. ¶ Petrus. Et rurſum ꝙ deus occultauit veritatem ſuam: vt eam iis qui fideliter ſectantur aperiat? ¶ Et Niceta. Ne hoc quidem oblitus ſum. ¶ Tunc Petrus. Quid ergo putas: quia in terram defoſſam deus abſconderit veritatem/ & montes ei ſuperpoſuerit/ vt ab iis qui in profundum fodere valent/ tantummodo inueniri poſſit? Non ita eſt. ſed ſicut montes & terram/celi ambitu circundedit: ita & veritatem charitatis ſue velamine contexit. vt ille ad eam ſolus peruenire poſſit: qui prius ianuam diuine dilectionis pulſauerit. Etenim quod prius dicere ceperam: paria quedam huic mūdo deſtinaſſe deum. ille qui primus ex paribus venit: a malo eſt. quis: ſecundus a bono. In quo vnicuiq; homini/iuſti occaſio iudicii datur: ſiue ſimplex ille ſit/ſiue prudens. nam ſi ſimplex eſt/ & crediderit illi qui primus venit/ſignis & prodigiis motus: neceſſe eſt eadem ratione vt etiam illi (q ſecundo venerit) credat. ſignis enim & prodigiis ſuadebitur & nunc/ ſicut prius. Cum vero crediderit huic ſecūdo: diſcet ab eo ꝙ primo illi qui a malo venit/ credere non debeat. & ideo prioris error: ſecundi emendatione corrigitur. Si ve

PETRVS Niceta PETRVS Niceta PETRVS Niceta PETRVS

Charitas velamen veritatis, per quā audiliū diuinitatis nobis patet ad bonū. neq; enim arbitriū ſine diuino auxilio/ſaluare ſufficit.

ro non credidit primo: conſequens eſt/vt vel in ſecundo moueatur ad credendũ. Neq; enim intantũ animo ſtertit: vt geminatis mirabilibus nõ valeat excitari. Si vero prudens eſt: diſcretionem poteſt capere ſignorum. & ſiquidem primo credidit: augmentis virtutum mouebitur ad ſecundũ. & ex cõparatione: que ſint potiora deprehendet. quãuis manifeſta habeantur indicia apud eruditos quoſq;: ſicut per ordinis conſequentiam demonſtrauimus. Si vero tanq̃ ſanus quis/& qui medico non indigeat/non eſt commotus ad primũ: rei ipſius perſeuerantia/ſuſcitabitur ad ſecundum. diſtinctionem nanq; ſignorum/ & mirabilium faciet hoc modo. Ille qui a malo eſt/ſigna que facit: nulli proſunt. illa vero que facit bonus: hominibus proſunt. Nam dic queſo que vtilitas eſt oſtendere ſtatuas ambulantes/latrare ereos aut lapideos canes/tranſilire montes/volare per aerem/& alia ſimilia: que dicis feciſſe Simonem? Que autem a bono: ſunt ad hominũ ſalutem. vt ſunt illa que fecit domin⁹ noſter. q cecos videre fecit/ſurdos audire/ debiles claudos erexit/languores & demones effugauit/mortuos fecit reſurgere/& alia his ſimilia: que etiam p me fieri videtis. Iſta ergo ſigna que ad ſalutẽ hominũ proſunt/ et aliquid boni hominibus conferunt: malignus facere nõ poteſt/niſi in fine mũdi tantum. tunc enim miſcere ei conceditur aliqua etiam de dextris ſignis/ideſt vt vel demones effuget/vel egritudines ſanet. Et propter hoc tanq̃ qui exceſſerit terminos ſuos/& in ſemetipſum diuiſus ſit/ac ſemetipſum ĩpugnauerit: deſtruetur. Et propterea dominus predixit in nouiſſimis temporibus tentationem futuram talem: in qua decipiãtur/& ſi fieri poteſt etiam electi. cõfuſis ſcilicet indiciis ſignorum/perturbari neceſſe eſt etiam eos: qui in diſcernendis ſpiritibus videntur eruditi. Decem ſunt ergo que diximus paria: huic mundo deſtinata ab initio ſeculi. Cain & Abel vnum ſint par. Secundũ vero Gigãtum & Noe. Tertium Pharaonis & Abraham. Quartum Philiſtinorũ & Iſaac. Quintum vero Eſau & Iacob. Sextum magorũ & legiſlatoris Moſis. Septimũ tentatoris & filii hominis. Octauũ Simonis & mei Petri. Nonum omniũ gentium & illius qui mittetur ſeminare verbum inter gentes. Decimũ Antichriſti & Chriſti. De quibus paribus: alias vobis per ſingula exponemus. ¶ Hec cum diceret Petrus: Aquila ait. Vere aſſidua doctrina opus eſt: vt de ſingulis poſſit quis ſcire rationem. ¶ Et Petrus. Quis eſt qui aſſiduus ſit erga doctrinam/& ſtudioſe ſingula queq; perquirat: niſi qui animam ſuam diligit ad ſalutem/& omnibus renũciat huius mundi negociis/ vt ſoli verbo dei vacet. quem ſolum prudentem iudicat verus propheta: vendentẽ omnia que ſua ſunt/& ementem vnam veram margaritã/& intelligentem que ſit differentia temporaliũ ad eterna/paruorum ad magna/hominũ ad deum. Quis autem eſt qui diligit deum: niſi qui ſapiẽtiam eius agnouit? Quomodo autem quis agnoſcere poterit ſapientiam dei: niſi aſſiduus ſit ad audiendum verbum eius? Ex quo accidit vt amorem concipiat: & digno eũ honore veneretur/hymnis & orationibus fuſis ad eum/& in his libentiſſime requieſcens/ſummũq; reputans detrimentum/ſi quando aliquid aliud vel ad momentũ temporis loquatur/ aut agat. quia reuera/nec poteſt anima que dei amore repleta eſt/aliquid aliud intueri: niſi quod ad deum pertinet. nec ſatiari poteſt pre amore eius: ea que ipſi ſcit eſſe placita/ meditãdo. ſi vero qui affectum eius minime perceperint/nec illuminatã charitate eius/ gerunt mentem: veluti in tenebris poſiti / lucem videre non poſſunt.

In fine mũdi q etiam malign⁹ habeat ſigna bona & q̃ proſint facere

Gentiũ & illi⁹ q mittet: ille qui miſſus eſt fuit Paulus.

Aquila

PETRVS

Quomõ fauorẽ & auxilium diuinũ ad bonũ nobiſcomparamus. preuenit tamẽ p nuncios ſuos aut intimas iſpiratiões ob ſuã eminentẽ bonitatem: & id nõ ẽ noſtri arbitrii. ſed noſtri arbitrii eſt. illa ſeq au-

Et ideo etiã prius q̃ incipiant requirere de deo: quaſi labore oppreſſi/ſtatim defi-
ciũt/ac tedio repleti/cõtinuo ad ꝓpriã cõſuetudinẽ rapiũtur/ & ad ea verba qbꝰ
delectãtur. Nã de deo audire aliquid/talibus tedioſum eſt & moleſtũ: pro eo (vt
dixi) quia mens eorũ nullam dulcedinem diuine charitatis accepit. Cap.XI.

h Et Petro dicente: dies exorſus eſt. Et ecce veniens quidam ex diſcipulis Si-
monis/clamabat dicẽs. Obſecro te Petre/ ſuſcipe me miſerũ a mago Simo-
ne deceptum: cui ego velut celeſti deo intendebam/pro iis que ab eo fieri mirabi-
libus videbam. auditis tamen ſermonibus tuis: cepit iam michi homo videri ipſe
quidem malus. Veruntamen cum hinc exiret: ego eum ſubſecutus ſum ſolus/nõ-
dum enim ad liquidum/impietates eius agnoueram. Cum autem vidiſſet me ſub-
ſequentẽ: beatũ me dicens/perduxit ad domũ ſuã. Circa mediũ vero noctis ait ad
me: omniũ te hominũ faciã meliorẽ/ſi volueris vſq; ad finẽ perſeuerare mecũ. Cui
cũ promiſiſſem: exegit a me iuramẽtũ ꝑſeuerantie. eoq; accepto: impoſuit ſup hu-
meros meos polluta quedã & execrabilia ſecreta ſua/ vt portarẽ/& ſeq me iuſſit.
vbi vero vẽtũ eſt ad mare: nauigiũ quod forte aderat ingreſſus/ ſumit a ceruicibꝰ
meis/quod portare me iuſſerat. & paulo poſt egreſſus: nichil extulit. certũ: ꝙ in
mare id eiecerat. Rogabat ergo me vt cũ ipſo proficiſcerer: dicẽs ſe romã petere.
ibi eni intantũ placiturũ: vt deus putetur/& diuinis publice donetur honoribus.
tũc inqt te omnibus diuitiis replerũ/ſi huc redire placuerit: pluribus fultũ mini-
ſtris remittam. Hec ego audiẽs/& nichil in eo ſecũdũ hanc profeſſionẽ videns/ſed
magũ & deceptorẽ eſſe intelligẽs: reſpondi. Queſo te/ignoſce michi: qa pedes do-
leo/& propterea exire a Ceſarea nõ valeo. Preterea eſt michi vxor/ſunt paruuli li-
beri: quos relinquere omnino nõ poſſum. At ille hec audiẽs/& ignauie me accu-
ſans: profectus eſt cõtra Dorã dicẽs. Cũ audieris quanta michi gloria erit in vrbe
roma: penitebit te. Et poſt hec: ipſe qdẽ (vt aiebat) romã petit. Ego autẽ cõfeſtim
redii huc: orãs/vt me ſuſcipias ad penitẽtiã/qa ab eo deceptus ſum. Cap.XII.

c Vm hec dixiſſet is q a Simone regreſſus eſt: iuſſit eũ Petrus i atrio reſidere.
Procedẽs autẽ ipſe/& turbas plurimas videns multo plures q̃ ſuperioribus
diebus: ſtetit in loco ſolito. Et oſtendẽs eũ qui a Simone venerat: ſermonẽ facere
hoc modo cepit. Iſte/fratres quẽ oſtẽdo vobis: paulo ante venit ad me/de Simo-
nis michi malis artibus nũcians/ quomodo ipſam ſceleris ſui officinã proiecerit in
profundũ. nõ quaſi penitẽtia ductus: ſed metuẽs ne deprehẽſus/publicis ſubiace-
ret legibus. Rogabat autẽ hũc (vt dicit) munera imẽſa pollicẽs: ſecũ manere. quem
cũ ſuadere minime potuiſſet/tãq̃ ignauũ increpãs/dereliqt ipſe/romã petẽs. Cũq;
hec Petrus indicaſſet turbis: ipſe q regreſſus a Simone fuerat/ ſtans ſingula queq;
populo cepit publice exponere de ſceleribus Simonis. Et cũ grauiter ferrẽt de iis q̃
audiebãt ꝑ artes magicas geſta a Simone: ait Petrꝰ. Nolite fratres grauiter ferre de
iis que trãſacta ſunt: ſed obſeruate de futuris. q̃ eni trãſierũt: iã finita ſunt. que ve-
ro imminẽt: periculoſa ſunt iis/ qui incurrerint. Scãdala enim nunq̃ deerunt huic
mũdo: donec permittatur inimico agere pro voluntate ſua/vt prudẽtes quiq; &
intelligentes aſtutias eius/ſuſcitatos ſibi ab eo ſuperent agones. ii vero qui negli-
gunt diſcere que ad ſalutem pertinent anime ſue: iuſtis ab eo deceptionibus capi-
antur. Quia ergo vt ipſi audiſtis/ Simon egreſſus eſt: aures gentilium qui ad ſalu-
tem vocati ſunt/preuenire neceſſe eſt/& me veſtigia eius inſequi. vt ſi quid ab illo

xilio elꝰ ſemp retento: aut il la fuge re/ſine eiꝰ ad hoc au xilio ꝑ nos ip ſos in malum precipites.

Quidã diſci pulꝰ Simonis magi.

PETRVS

forte diſſipatum fuerit: corrigatur a nobis. Sed qu oniam iuſtum eſt de vobis ma
iorem ſolicitudinem geri/ qui iam intra muros vite continemini (quoniam quod
acquiſitum eſt/ ſi pereat damnũ infert: quod autem nõdum/ ſiquidẽ inueniri po-
tuerit lucrum eſt/ſin min⁹ hoc ſolum damni eſt/quod lucrum factum non eſt) vt
ergo & vos magis ac magis in veritate firmemini/ & gentes quę ad ſalutẽ vocan-
tur/ non vſquequaq; poſſint nequitia Simonis preueniri/cogitaui Zacheum vo-
bis ordinare paſtorem. ego vero ipſe/ tres vobiſcum permanere menſes/ & itaq;
proficiſci ad gentes . ne amplius morantibus nobis/ & ſceleribus Simonis vſque-
quaq; graſſantibus: inſanabiles fiant. Hec illo dicente: vniuerſus populus fleuit/
audiens quod profecturus eſſet . At Petrus compaſſus eis : etiam ipſe lachrimas
fudit/ & in celum ſuſpiciens ait. tibi deus qui celum terramq; feciſti/& omnia que
in eis ſunt: precem/ſupplices fundimus/ vt confugientes ad te in tribulatione ſua
ſoleris.propter affectum enim quem habent erga te/ diligunt me : quia veritatem
Ordinatur Zacheus a Petro epiſcop⁹ ceſaree. tuam ãnunciaui eis . propter quod:miſerationis tue dextera cuſtodi eos . Non e-
nim Zacheus/nec alius quiſq̃ hominum: cuſtos eis idoneus eſſe poteſt . Hec au-
tem & his ſimilia cum dixiſſet Petrus : manibus ſuperpoſitis Zacheo orauit / vt
inculpabiliter epiſcopatus ſui ſeruaret officium. Poſt hec/duodecim preſbyteros
ordinauit/& diacones quattuor . & ait : Zacheum hunc vobis ordinaui epiſco-
pum/ſciens eum/timorem dei habere/ & eruditum eſſe in ſcripturis : quem quaſi
Chriſti locum ſeruantem honorare debetis/obedientes ei ad ſalutem veſtram/ &
ſcientes ꝙ ſiue honor/ſiue iniuria/que ei defertur ad Chriſtũ redundat/& a Chri-
ſto ad deum. Audite ergo eum attentius: & ab ipſo ſuſcipite doctrinam fidei. mo
nita autem vite a preſbyteris: a diaconibus vero ordinem diſciplinę . Viduarum
religioſarum curam gerite . iuuenes pudicitiam docete . & vt breuiter totum di-
cam. alterutrum vos in quibus res popoſcerit/ ſuſtentate . Deum colite qui crea-
uit celum & terram. Chriſto credite. inuicem diligite . miſericordes eſtote ad om-
nes. Non verbo ſolum: ſed opere & rebus implete charitatem. Et cum hec atq;
his ſimilia precepiſſet : pronunciauit ad populum dicens . Quoniam tres menſes
ſtatui facere vobiſcum : ſi qui veſtrum deſiderat/baptizetur: vt exutus prioribus
malis/ de reliquo pro bonis actibus/ heres bonorum celeſtium propriis ex geſtis
fiat. Accedat ergo qui vult ad Zacheum/& ipſi det nomen ſuum: atq; ab eo my-
ſteria regni celorum audiat . ieiuniis frequentibus operam impendat/ ac ſemetip-
Baptiſmus De ſanctis: de euchariſtia. ſum in omnibus probet: vt tribus iis menſibus conſumatis/in die feſto poſſit ba-
ptizari. Baptizabitur autem vnuſquiſq; veſtrum in aquis perennibus: nomine tri-
ne beatitudinis inuocato ſuper ſe. primo perfictus oleo per orationem ſanctifica-
to: vt ita demũ per hec conſecratus/ poſſit percipere de ſanctis . Et cum multa di-
xiſſet de ratione baptiſmi : dimiſſis turbis ad ſolitam ſe recepit manſionem . Ibiq;
aſtantibus ei duodecim / ideſt Zacheo & Sophonia/ Ioſepho & Michea/ Elea-
zaro & Finees/Lazaro & Heliſeo/me Clemẽte & Nichodemo/Niceta & Aqui-
la :hoc modo prolocutus eſt . Conſideremus fratres quod iuſtum eſt . debemus
enim auxilium aliquod ferre gentibus: que ad ſalutem vocate ſunt . Ipſi audiſtis/
ꝙ Simon precedere volens iter noſtrum: profectus eſt. quem oportuerat & eua-
ngelio inſeq: vt ſicubi aliquos ſubuertere tentaret/ continuo cõfutaretur a nobis.
Sed quoniã iniuſtũ michi videtur/vt derelictis iis q iã cõuerſi ſunt ad deũ/eorum

quí adhuc longe ſunt curam preferamus: rectum puto tribus menſibus permanere
cū iis quí in hac ciuitate conuerſi ſunt ad fidem/& firmiores eos efficere. nec tamen
illos quí adhuc longe ſunt: penitꝰ negligere. ne forte ſi diu venenis peſſime doctri-
ne inficiantur: difficilius reuocentur. Et ideo volo/ſi tamen etiam vobis iuſtum vi-
detur: vt pro Zacheo quem hic ordinauimꝰ epiſcopū/ſubiiciatur in numero Ben- Beniamin
iamin filius Saba. Et pro Clemēte/ quem decreui mecū ſemper eſſe(quia ex gētibus Ananias.
veniens: audiendi verbi grande deſideriū gerit) Ananias filius Saphra. Pro Niceta Rubelus
vero & Aquila/quí nuper conuerſi ſunt ad fidē Chriſti: Rubelus Zachei frater/& zacharias
Zacharias ſtructor. Iſtis ergo quattuor pro his quattuor ſubſtitutis: expleri volo
duodenariū numerum/vt in ipſis me ſemper ſecum eſſe ſentiat Simon.Sequeſtratis
igitur me Clemēte & Niceta & Aquila/ad illos duodecim ait: volo vos poſt diem
craſtinum proficiſci ad gentes/ & veſtigia Simonis inſequi/vt omnia que agit ma-
nifeſta michi faciatis.Sed et propoſitum ſingulorum diligenter requirite:& me affu
turum ſine mora eis āṅūciate. & ne multa vobis dicam: per omnia inſtruite genti-
les expectare aduentum meum.Cūq; hec atq; his ſimilia dixiſſet: etiam vos (inquit)
fratres/ſi quid vobis ad hec videtur: dicite. ne forte non ſit rectum: quod michi ſoli
placet. Tunc omnes vna voce collaudantes eum: rogamus magis aiebant/ vt pro
arbitrio tuo cuncta diſponas/ & quod tibi ipſi videtur iubeas. hoc enim putamus
eſſe opus integrum pietatis: vt que tu iuſſeris/impleamus. Igitur ſtatuto die/cū ſte-
tiſſent ante Petrum: ne arbitreris (aiunt) Petre paruū nobis indici merorē/ ꝙ frau-
damur non audientes te per tres menſes. Sed quoniam hoc expedit agere quod tu
iubes: obedimus promptiſſime. Semper ergo vultum tuū in noſtro corde retinen-
tes: ſicut iuſſiſti alacres proficiſcimur. At ille oratione pro eis ad dominū fuſa: emi-
ſit eos. Cap.XIII.

e T cum profecti fuiſſent illi duodecim quí premiſſi ſunt: Petrus ingreſſus/ex
more in loco diſputationis ſtetit. Conuenerat enim populi multitudo/ co-
pioſior numerus q̃ eſſe ſolebat. & omnes cum lachrimis intuebantur eum: pro eo PETRVS
ꝙ pridie ab eo audiſſent profecturum ſe/Simonis gratia. Sed & ipſe lachrimantes
eos videns: ſimilia patiebatur.Licet conaretur occultare & inhibere lachrimas.pro-
debatur tamen ex tremore vocis & interruptione ſermonis: ꝙ ſimili angeretur af-
fectu. Veruntamen manu confricans frontem: equo animo (inquit) eſtote fratres:
& miſericordes animas veſtras conſilii ratione ſolamini/ referentes omnia ad deū/
cuius ſolius implenda & in omnibus preferenda voluntas eſt. Nam ſi verbi gratia
ponamus ꝙ pro affectu quem erga vos gerimus/ contra voluntatem eius agentes
reſideamus vobiſcum: nunquid non poteſt miſſa in me morte/ profectionem mi-
chi a vobis inducere longiorem? Et ideo melius eſt vt hanc breuiorem cum volun
tate ipſius impleamus: vtpote quibus definitum eſt/in omnibus obedire deo. Vn
de & vos debetis ſimili obedientia parere ei: quippe quí etiam me non alia ex cau-
ſa/niſi pro ipſius amore diligitis. Vt ergo amici dei: voluntati eius obtemperate.
Sed & vos ipſi probate quod iuſtum eſt. nunquid non impiū videbatur: ſi cū vos
Simon deciperet ego nō veniſſem ad vos/ detentus a fratribus q erāt in hieruſalē?
equidē. cū haberetis apud vos Zacheū virū bonū/& in ſermone eruditū. Ita ergo
& nūc impiū iudicate: ſi cū exierit Simon ad gētes impugnādas/ qbus nullus oīno
defenſor eſt/ego nō ſubſequar/detētus a vobis.Propter quod obſeruemꝰ:ne affe-
ctu iniuſto/volūtatē maligni faciamꝰ.Interim tribꝰ(vt dixi)mēſibus ꝑmanebo apud

vos: eſtote aſſidui ad audiendū verbū. Et cōſumatis his: ſi qui poſſunt & volūt ſe-
qui nos/pmittitur eis ſalua pietate. Quod autē dico ſalua pietate/hoc eſt: ne quem
diſceſſu ſuo cōtriſtet qui cōtriſtari nō debet/vel parētes relinquens quos nō opor-
tet/vel vxorē fidelē/ vel ſi que ſunt huiuſmodi perſone/quibus propter deum de-
ferri ſolatiū cōuenit. ¶ Interea per dies ſingulos diſputans & docens: propoſitum
tēpus/doctrine labore cōpleuit. & cū aduenifſet dies feſtus: ſuper decē milia bapti-
ʒati ſunt. In illis autē diebus/epiſtola mittitur a fratribus qui preceſſerant: in qua Si-

10000 et plures vno die baptizati.

monis ſcelera cōtinebātur/quomodo per ciuitates deciperet turbas/& Petrū p ſin-
gula laceraret/vt cū forte aduenifſet/nullus ei accomodaret auditū. Aſſerebat enim

Epiſtola cōtinēs qbꝰ incriminationibꝰ/ Simon magꝰ inſectaretur Petrum.

cū magū eſſe & ſine deo/ iniurioſum/callidū/imperitū/ & impoſſibilia proferentē.
mortuos enim reſurrecturos aſſerit: quod eſt (inquit) impoſſibile. Si qs vero cū cō-
futare velit: occultis ab eo inſidiis pimitur per ſatellites eius. Propter quod inquit
cū & ego eū ſuperaſſem & triūphaſſem: inſidias eius veritus / fugi ne forte malefi-
ciis me perimeret/aut mortē meā per inſidias elocaret. indicabāt autē maxime cum

Tripolis vrbs ſyrie

apud Tripolin demorari. Igitur Petrus epiſtolam recitari populo iubet: & poſt le-
ctionē allocutꝰ eſt eos/& de omnibꝰ pleniſſime inſtruxit. Precipue tamen vt obedi-
rent Zacheo: quē ordinauit epiſcopū. ſed & pſbyteros ac diacones populo/ & ip-
ſis nichilominus populū cōmēdauit / ſimul denūciās quod apud Tripolin hiema-
turus eſſet. cōmēdo vos (inqt) gratie dei: craſtino cū volūtate dei profecturꝰ. totos
autē tres mēſes quos apud ceſareā doctrine cauſa exegimꝰ: quecūq; apud populū
differebat p diē/hec nobis ſecreto lucubrātibus ſecū/plenius & pfectiꝰ explanabat/
tāq̄ fidelioribus ac ſibi liqdo probatis. Simul & iperat michi (qa itellexit me ſtudio-
ſius que audirē memoria cōmēdare) libris ſingula queq; que memoria digna vide-
bātur/cōprehēdere/& mittere ad te domine mi Iacobe. ſicut & feci/parens eius p-
ceptis. Pmꝰ ergo liber ex iis quos prius miſi ad te: cōtinet de vero propheta/& de
1 proprietate intelligētie legis/ ſecūdū id quod Moſeos traditio docet. Secundus de
2 principio cōtinet. vtrū eſt vnū principiū/an multa: & q non ignoret hebreorū lex
3 quid ſit imēſitas. Tertius de deo & iis que ab eo ſtatuta ſunt. Quartꝰ quod cū mul-
4 5 ti dicāt dii: ſed vnꝰ ſit verꝰ deus/ſecūdū teſtimonia ſcripturarū. Quintꝰ q duo ſint
celi: quorū vnū ſit iſtud viſibile firmamentū/quod & trāſibit/aliud vero eternū &
6 inuiſibile. Sextus de bono & de malo & q bona cūcta ſubiiciātur a patre. malum
autē quare ſit/ & quomodo/& vnde ſit/ & q cooperetur quidem bono / & que
7 ſunt ſigna boni/que vero mali/& que ſit differētia dualitatis & cōiugatiōis. Septi-
8 mus que ſunt que proſecuti ſunt duodecim apoſtoli apud populū in tēplo. Octa-
uus de verbis domini que ſibi vidētur eſſe cōtraria / ſed nō ſunt : & que ſit horum
9 abſolutio. Nonꝰ/quia lex que a deo poſita eſt iuſta ſit/& perfecta : & que ſola poſ-
10 ſit facere pacem. Decimꝰ de natiuitate hominū carnali/& de regeneratione que eſt
eſt p baptiſmū: & que ſit in homine carnalis ſeminis ſucceſſio/& que anime eius ra-
tio/& quomodo in ipſa libertas arbitrii. que quoniā nō eſt ingenita/ſed facta eſt:
immobilis a bono eſſe non poterat. De his ergo ſingulis que apud ceſaream diſſer-
ta ſunt a Petro: iubēte (vt dixi) ipſo: decem cōſcripta ad te trāſmiſi volumina. Nos
autē die poſtera vt ſtatutū fuerat : cum aliquantis qui Petrum ſequi decreuerant fi-
delibus viris/a ceſarea proficiſcimur.

Recognitionum Petri apoſtoli
Tertii finis.

RECOGNITIONVM PETRI LIBER QVARTVS Cap.I.

P Roſecti a ceſarea vt Tripolin peregeremus: apud Doram breue op⸗ Tripolis
pidũ/primã fecimus manſionẽ. quia nec lõge aberat: & omnes pene Dora
qui per ſermonẽ Petri crediderant / diuelli ab eo ſatis egre habebant. Ptolomais
Sed pariter icedẽtes dũ iterũ videre/iterũ cõplecti iuuat / iterũ cõferre Tyrus Sydon
ſermonẽ: ad diuerſorũ puenimus. Sequenti vero die venimus Ptholomaidem: vbi Berithus
decẽ dies demorati/ cũ aliquanti verbũ dei recepiſſent / nõnulli eorũ qui attẽtiores
eſſe videbãtur/& diutius detinere nos doctrine gratia cupiebant: Tripolim(ſi hoc
vellent)vt ſequerẽtur indicauimus. Similiter & apud Tyrum & Sydonẽ & Berithũ
fecimus. & iis qui plenius deſiderabãt audire ſermonem: apud Tripolin nobis hic⸗
mandũ denũciauimus. Igitur cũ ex ſingulis ciuitatibus ſtudioſi quiq; comitarẽtur
Petrũ: electorũ multitudo plurima ingredimur Tripolin. Continuo autẽ ante por
tas ciuitatis: fratres qui premiſſi fuerãt occurrerũt/& ſuſcipiẽtes nos ducunt ad ho⸗
ſpitia que preparauerãt. Cõmotio autẽ & cõcurſus plurimus fiebat in ciuitate: deſi
derantiũ videre Petrũ. Et cũ veniſſem⁹ ad domũ Maronis / in qua Petro fuerat ꝑ⸗ Maro
paratũ: cõuerſus ad turbas/poſt diẽ craſtinũ ſermonẽ ſe ad eos promiſit facturum.
Igitur q premiſſi fuerãt fratres: omnibus q nobiſcũ venerãt hoſpitia diſpartiũtur.
Petrus vero Maronis domũ igreſſus: cũ rogaret cibũ ſumere/ nequaq̃ ſe facturũ re
ſpondit/ niſi prius ſciſſet ſi omnes qui eum fuerant comitati/ hoſpitiis requieſcerẽt.
Cõperit autẽ a fratrib⁹ qui premiſſi fuerãt:qa a ciuib⁹ pro deſiderio quod erga Pe⸗
trũ cõceperãt/nõ ſolũ hoſpitiis ſed & omni humanitate ſuſcepti ſunt/ intãtũ vt &
cõtriſtarent aliquãti qbus defuerũt/quos ſuſciperẽt. Ita eni oẽs paratos fuiſſe: vt ſi
multo plures veniſſẽt:adhuc tamẽ ſuſcipiẽdos magis q̃ ſuſcipiẽtes/fuiſſe defuturos.
Sup his Petr⁹ valde delectatus: collaudauit/& benedixit eos/ ac ſecũ manere iuſſit.
Ipſe vero cũ lauiſſet in mari: cibo ſumpto quieuit in veſpera. Cap.II.

e T ex more/pullorũ cãtu ſurgẽs/veſpertino adhuc lumine perdurãte:cũctos
inuenit vigilãtes. Eram⁹ autẽ oẽs cũ eo ſedecim. Petrus/& ego Clemẽs/Ni⸗
ceta & Aquila: & illi q ꝓceſſerãt/duodeci. Salutãs itaq; Petr⁹ vt ſolebat: ait. Hodie
qa aliis occupati nõ ſum⁹:nobis ſim⁹. Et ego qdẽ vobis q̃ apud ceſareã poſt digreſ
ſũ veſtrũ geſta ſunt/indicabo:vos autẽ michi q̃ hic a Simone ꝑpetrata ſunt/idicare.
¶ Et cum ſermo de his ab alterutro cuderetur: luceſcente die/ingreſſi quidam de PETRVS
familiaribus nũciãt Petro/ꝙ Simon vbi eũ didiciſſet ingreſſum/ per noctẽ profect⁹ Nuncii ad
eſſet/ſyriam tendẽs. Turbe autẽ: diẽ hãc(inquiũt)quã interpoſuiſti eis/deſiderio tui Petrum
lõgiſſimũ ſibi eſſe tẽp⁹ opinãtur. deniq; nõ ferẽtes/ſtãt ante ianuã/inter ſe inuicem
que audire cupiũt/cõferẽtes: & te ante prefinitũ tẽpus omnimodis viſuros ſperãt.
Quãtoq; magis dies clareſcit/ multitudines colligũtur:& audituros ſe ſermonẽ tuũ
(neſcio vnde preſumẽtes) certiſſime confidũt. Nũc ergo/quod tibi videtur iube: vt
dicamus eis. Abſurdũ nãq; eſt tantam multitudinem conueniſſe/ & diſcedere cum
meſtitia: quippe ſi reſponſa eis nulla reddantur. Non enim cogitabunt: ꝙ ipſi ſta⸗
tutum non expectauerint diem/ſed ꝙ a te magis videantur eſſe contẽpti. ¶ Tum PETRVS
Petrus admirans/ ait. Videtis fratres: quomodo vnuſquiſq; ſermo dei prophetice
dictus/impleatur. memini eni dixiſſe eum: meſſis quidẽ multa/operarii autẽ pauci.
rogate ergo dominũ meſſis: vt mittat operarios in meſſem ſuam. Ecce enim nunc
que in myſterio predicta ſunt: adimplentur. Sed & quod dixit: multi venient ab
oriente & occidente/& a ſeptẽtrione & meridie/ & recũbent in ſinibus Abrahe &

Iſaac & Iacob/etiam hoc pariter(vt videtis)expletur.Propter quod precor vos cō
ſeruos & adiutores meos: vt diſcatis attentius predicādi ordinem/ & abſolutionū
vias. vt poſſitis ſaluare animas hominū: que occulta dei virtute/quem debeant dili
gere/prius etiam q̄ doceātur/agnoſcunt.videtis enim eos quaſi bonos ſeruos:deſi-
derare eum quem ſibi ſperant aduentū ſui domini nūciare / vt poſſint voluntatem
eius cū didicerint implere. deſideriū ergo audiēdi verbi dei/& volūtatē eius querē-
di: ex eo habēt. & hoc eſt initiū doni dei/quod gētibus datur : vt poſſint doctrinā
recipere veritatis.Sic enim & hebreorū populo ex initio datū eſt: vt diligerent Mo
ſen & crederent verbo eius. vnde & ſcriptū eſt: credidit populus deo/& Moſi ſer-
uo eius.Quod ergo fuit proprii muneris a deo erga hebreorum gentem: a deo hic
nūc videmus dari etiam iis qui ex gentibus conuocantur ad fidem.Operū vero ra-
tio poteſtati & arbitrio vniuſcuiuſq̧ pmittitur:& hoc ipſorū eſt propriū.deſideriū
vero habere erga doctorē veritatis:hoc a patre celeſti donatū eſt. Sed ſalꝰ in eo eſt/
vt volūtatē eius cuius amorē & deſideriū(deo largiēte)cōceperis: facias. ne dicatur
ad te ille ſermo eius quē dixit: quid autē dicitis michi domine domine/ & nō facitis
que dico? Eſt ergo proprii muneris a deo cōceſſi hebreis/ vt Moſi credāt: gentibꝰ
autē vt Ieſum diligāt. hoc enī indicabat & magiſter vbi ait: Cōfiteor tibi pater do-
mine celi & terre/ qa occultaſti hec a ſapiētibꝰ & prudētibus/ & reuelaſti ea paruu-
lis. Per quod vtiq̧ declaratur: qa hebreorū populus q ex lege eruditus eſt/ignora-
uit eū. populꝰ autē gētiū: agnouit Ieſum & veneratur . Propter quod & ſaluabit:
nō ſolū agnoſcens eū/ſed & voluntatē eius faciens. debet autē is qui ex gētibus eſt:
& ex deo habet vt diligat Ieſum: proprii habere propoſiti vt credat Moſi. Et rur-
ſus hebreus qui ex deo habet vt credat Moſi:habere debet & ex propoſito ſuo/vt
credat in Ieſum.vnuſq̄ſq̧ eorū habēs aliud diuini muneris/aliud proprie induſtrie:
vt ſit ex vtroq̧ pfectus.De tali enī dicebat dominus noſter viro diuite:q profert de
theſauro ſuo noua & vetera.Sed de his ſatis dictū.vrget enī tēpꝰ:& populi religio-
ſa deuotio inuitat nos/ad ipſos facere ſermonē . ¶ Et cū hec dixiſſet regrebat vbi
oportunꝰ eſſet diſputādi locus/& Maro ait.Eſt michi edes āpliſſima: q̄ plus q̄ qn-
gētos recipiat viros.eſt & ortꝰ itra domū. aut ſi in publico aliquo placet loco: hoc
magis oēs deſiderāt . nemo eſt enī : q nō cupiat vel faciē tuā videre tātū. Cap.III.

E T Petrus. Oſtēde michi edē vel ortū:& cū vidiſſet ingrediebatur/vt & ortū
pſpiceret. & ſubito omnis multitudo quaſi ab aliquo vocata: cū feſtinatiōe
ingreſſa eſt domū/atq̧ inde ad ortū prorupit/ vbi iā ſtabat Petrꝰ cōſiderās/qs eſſet
aptus locus ad diſputādū . vbi autē vidit turbas velut ingētis fluuii inundaſſe leuē
meatū : aſcēdēs ſup baſim quādā que forte iuxta orti parietē ſtabat/ primo religio-
nis more/populū ſalutauit.Quidā autē ex iis qui aderāt/& multo tēpore fuerāt fa-
tigati a demonibꝰ: in terrā proruūt/obſecrātibus ſpiritibꝰ imūdis/vt vel vno die i-
dulgeret eis in obſeſſis corporibꝰ pmanere. quos Petrus increpās/ ſtatim iuſſit ab-
ſcedere: & ſine mora diſceſſerunt.Poſt hos alii longis afflicti doloribus : rogabant
Petrum vt reciperēt ſanitatē. pro quibus ſupplicaturū ſe domino pollicetur: cōpri
mū ſermo doctrine fuiſſet expletus. ſed ſtatim vt promiſit: lāguoribꝰ reſoluti ſunt/
& iuſſit eos ſeorſum reſidere. & cū illis eos qui a demonibꝰ fuerāt curati/quaſi poſt
laboris fatigationē.Interea cū hec agūtur. plurima multitudo conuenit/quos non
ſolū deſideriū Petri ſed & ſanitatū (que patrate fuerāt)fama ptraxerat. ¶ At Petrꝰ
Manu qeſcere populū docēs & turbas in trāqlitate cōponēs:hoc mō ſermōis fecit

Deus nō ſolū arbitriū dat : ſed(q̄ ſua bonitas eſt)datū adiuuat.

Maro

Gratia ſanitatū.

PETRVS

exordiũ. Incipienti de vera dei cultura facere ſermonẽ: neceſſariũ michi videtur eos
qui nõdũ de hoc aliquid ſcientie cõſecuti ſunt/primo omniũ docere/per omnia in-
culpabilẽ ponẽdã eſſe diuinã prouidẽtiã/per quã mũd⁹ regit & gubernatur. Hũc
autẽ nobis exordii titulũ dedit preſentis operis ratio/& eorũ quos dei virtus ſana-
uit/occaſio: vt oſtẽdamus quod recta ratione ꝗplurimi a diuerſis demonibus obti-
nẽtur/vt per hoc appareat iuſticia dei inueniri. etenim omniũ pene malorũ: mater
eſt ignorãtia. ſed iã veniamus ad cauſam. Deus cum feciſſet hominẽ ad imaginẽ &
ſimilitudinẽ ſuã: operi ſuo ſpiramen quoddã & odorẽ ſue diuinitatis inſeruit. vt ꝑ
hoc participes facti mortales/ vnigeniti eius: ꝑ ipſum etiã amici dei/& filii adoptio-
nis exiſterẽt. vnde & qua via id poſſunt adipiſci/ipſe eos ceu propheta verus edo-
cuit: ſciẽs qbus actibus hominũ/delectaretur pater. Vnus itaqꝫ apud homines tunc
dei cultus erat mẽs pura/& ſpiritus incorrupt⁹: & hoc omnis creatura humano ge-
neri fedus inuiolabile cõſeruabat. Ob reuerẽtiam nãqꝫ creatoris: nulla egritudo in
eos/nullũ viciũ corporis/nulla ciborum dominata corruptio eſt. Ex quo fiebat/ vt
mille annorũ etas: in fragilitatẽ nõ incideret ſenectutis. ſed vbi vita laborũ expers/
bonorũ perſeuerãtiã nõ putauit diuina largitione/ ſed rerũ ſorte cõceſſam/ & ſine
vllo ſudore diuina amenitate perfrui nature debitũ/& nõ dei bonitatis munus ac-
cepit: in cõtrarias per hec homines & impias cogitationes (ocio docẽte) ꝑueniũt/
putãtes deorũ ſibi vitã/nullis laboribus nulliſqꝫ meritis natã. Hinc proficiũt in de-
terius: vt neqꝫ prouidẽtia dei mũdũ regi crederẽt/ neqꝫ virtutibus eſſe aliquẽ locũ.
quãdoquidẽ ſemetipſos ſcirẽt nullis prius bonis operibus aſſignatis / ocii ac delici-
arum ſummã tenere: & amicos dei abſqꝫ vllis laboribus haberi. Iuſtiſſimo itaqꝫ dei
iudicio in huiuſmodi cogitationũ vanitate languẽtib⁹ : labores & afflictiones pro
remedio conferũtur. Vbi ergo affuit labor ac tribulatio: deliciarũ & amenitatis/ex-
cluſi ſunt loco. terra autẽ cepit nichil eis ſine labore producere. iubet & tũc cõuerſa
in hominibus cogitatio creatoris ſui requirere auxiliũ. cõmonetur & orationibus &
votis ꝑſidia iuitare diuina. Et ita factũ eſt/vt cultũ dei quẽ pro bonis neglexerãt: re-
cuperarẽt pro malis: & cogitationes in deũ (quas ꝑuerterat indulgẽtia) emendaret
afflictio. Sic ergo diuina prouidẽtia hoc eſſe vtilius videns: vias benignitatis & abũ-
dãtie (tãꝗ que lederẽt) ſubſtrahit ab hominib⁹/& vexationis iter ac tribulatiõis in-
ducit. ſed vt oſtẽderet/qa hec pro ingratis agerẽtur: vnũ quẽdã ex illis q primit⁹ ce-
perãt inuocare eũ inter mortales/ꝙ eũ gratie ſue nõ imemorẽ vidit/& qa ſperauit
inuocare nomẽ domini/ad imortales trãſtulit/ ceteris q intãtũ igrati extiterant/ vt
nec laborib⁹ nec tribulatiõib⁹ emẽdari & corrigi potuiſſẽt: grauiſſima morte dãna-
tis. Inuenit tamẽ & inter ipſos vnũ quẽdã cũ domo ſua iuſtũ : quẽ reſeruaret/ꝑce-
pto ei dato/vt fabricaret arcã. & in ea cũ diluuio cuncta necarẽtur: ipſe cũ iis qbus
ꝑceptũ fuerat/poſſet euadere. quo impiis inũdatione aquarũ perẽptis/ purificatio-
nẽ mũdus acciperet. & is q ad poſteritatẽ generis fuerat reſeruatus/ꝑ aquã mũdus
effect⁹: mundũ denuo repararet. Sed his omnib⁹ geſtis: rurſus homines ad ipietatẽ
vertũtur. & propter hoc/a deo ponitur lex: ꝗ viuẽdi modũ doceret. Sed proceſſu
tẽporis: dei quidẽ cultus & iuſticia ab infidelibus et impiis corrũpitur/ ſicut paulo
poſt apertius oſtendemus. Peruerſe autẽ & erratice religiones introducũtur: qui-
bus ſe plurima pars hominũ per occaſionem feriarũ & ſolẽnitatum dedũt/ potus
inſtaurãtes & cõuiuia/ tibiaſqꝫ ac fiſtulas/ & cytharas/ ac diuerſa genera muſicorũ
ſoſtantes/& ſemetipſos ꝑ omnia/temulẽtia ac luxuria ingnãtes. Hinc omnis error

Ignorãtia dei cauſa omniũ malorum.

Sine ope diui na nichil poſ- ſum⁹. & ideo tã bon⁹ eſt: vt nos preueniat & variis mo- dis moueat/& propemodũ cogat ad req- rẽdã opẽ ſuã. Ille prim⁹ fuit Enoch

accepit originẽ. hinc lucos & aras: hinc coronas & victimas reperere/& poſt ebrietatem quaſi lymphaticis motibus agi. Ex hoc iã poteſtas demoniis data ingrediẽdi huiuſmodi mẽtes: & choros ducere iſanos/vt Bacho furere viderẽtur. hinc fremere dentibus/& mugire de profundis viſceribus inuentũ. hinc horribilis vultus/ et ferus in hominibus aſpectus/ & is quẽ temulẽtia ſubuerterat/ ac demon inſtigauerat: numine repletus a deceptis & errãtibus crederetur. Vnde cũ tã multe in hũc mundũ falſe & erratice religiones eſſent introducte: miſſi ſumus nos/deferẽtes vobis tanq̃ boni negociatores a patribus datũ & conſeruatũ/verũ dei cultum. cuius quaſi ſemina quedam: vobis hec verba reſpergimus. & in veſtro iudicio ponimꝰ: quod rectũ videtur eligere. Si enim recipiatis que noſtra ſunt: non ſolũ ipſi incurſiones demonis effugere: ſed & ex aliis eos fugare poteritis/ſimul & eternorũ bonorum premia conſequemini. Cap. IIII.

PETRVS

Qui autem cõtempſerint recipere que dicũtur a nobis: in preſenti quidẽ vita diuerſis demonibus & egritudinũ viciis ſubiacebũt/poſt exceſſum autẽ corporis etiã anime eorũ cruciabũtur in perpetuũ. deus enim non ſolũ bonus: ſed & iuſtus eſt. nam ſi ſemper bonꝰ ſit/& nũq̃ iuſtus/vt non reddat vnicuiq; ſecũdũ geſta ſua: bonũ hoc inueuietur iniuſtũ. Iniuſtũ nãq; eſt: ſi ita apud deũ habeatur impius ſicut pius. igitur demones (ſicut paulo ante diximus) cũ occaſionibꝰ receptis ingerere ſe potuerit/ per malos & turpes actus corporibus hominũ/ſi multo tempore permaneãt in eis per negligentiã ipſorũ/quia anime ſue/quod eſt vtile nõ requirunt: neceſſario cogũt eos/ habitantiũ in ſe demonũ de reliquo facere voluntates. quod autem eſt omniũ deterius: in conſumatione ſeculi/ cum demon ille igni tradetur eterno/neceſſario & anima que ei paruit/cũ ipſo eternis ignibꝰ cruciabitur vna cũ corpore ſuo/quod polluit. Demones autẽ habere deſideriũ immergendi ſe corporibus hominũ: hec cauſa eſt. Spiritus ſunt: habentes propoſitũ conuerſum ad maliciã. per cibos ergo & potus immoderatos: ad libidinẽ perurgent homines ad peccatũ/eos tamen qui peccandi propoſitũ gerũt. qui dum videntur neceſſaria nature velle cõplere/ non tenẽtes modũ per nimietatẽ: ingrediendi in ſemetipſos demonibus faciũt locũ. donec autem nature menſura ſeruatur/ & modus legitime cuſtoditur: dei clementia/ingrediendi in homines nõ eis tribuit facultatem. vbi vero aut mens ad impietatẽ declinauerit/ aut corpus immoderatis cibis aut potibus adimplebitur: tanq̃ volũtate/& propoſito eorũ qui ſe negligunt/ita inuitati/quaſi aduerſum eos qui a deo poſitam legẽ ſoluerint/accipiunt facultatem. videtis ergo quantũ valeat agnitio dei/& diuine religionis obſeruantia: que non ſolũ defendit credentes ab incurſionibus demonũ/verũ & imperare eos facit iis qui in ceteris dominantur. Et ideo neceſſariũ vobis eſt/qui ex gentibus eſtis: cõfugere ad dominũ & obſeruare vos ab omni immũdicia. vt expulſis demonibus: dei habitatio fiat in vobis. Simul & orationibus cõmendate vos deo: & interpellate eũ aduerſus impudentiam demonũ. credentes enim: quecũq; petieritis/accipietis. Sed & ipſi demones/quando viderint fidẽ in homine creſcere: tanto ab eo ipſi refugiũt/in ea ſolum parte reſidẽtes/ in qua adhuc aliquid infidelitatis reſederit. ab iis vero qui plena fide credunt: abſq; vlla remoratione diſcedunt. Anima enim cũ venerit ad fidẽ dei/ celeſtis aque virtutẽ cõſequitur: per quã demonẽ tanq̃ ſcintillã: ignis extinguat. Eſt ergo fidei menſura: que ſi integra ſit/ex integro de anima demonem fuget. ſi vero minus aliquid habeat; reſidet adhuc aliquid de portione demonis in portione in-

De eterna pena demonũ & dãnatorum.

Cur/& quos/ demones intrant.

fidelitatis/& eſt plurim⁹ labor: vt intelligat anima/quãdo aut qualiter/ ſi plene aut minus plene/ex ſe fugatus ſit demon. Si enim in aliqua parte reſederit: cum tempus inueniet/cogitationes ſubiicit cordibus hominũ/& illi neſcientes vnde hec veniãt/ ſuggeſtionibus demonũ quaſi anime ſue ſenſibus credunt. Suggerũt ergo aliis occaſione corporee neceſſitatis delicias ſequi/ aliorũ iracũdiam excuſant per abundãtiam fellis/aliorũ inſaniã nigri fellis vehemẽtia colorant. ſed & ſtultitiã quorundã: pro multitudine flegmatis extenuant. quod & ſi ita eſſet: tamen hec ſingula moleſta corpori eſſe non poſſent/niſi ex ciborũ potuũq; nimietate. qui cũ iuſto amplius ſumũtur: abundantia eorum quã decoquere naturalis nõ ſufficit calor/crudeſcit in venenũ quoddã. Idq; viſceribus veniſq; omnibus ſentine in modũ redundãs: motus corporis inſanos reddit/& turpes. Propter quod in omnibus eſt obtinẽda parcimonia: vt neq; demonibus locus detur/neq; anima ab eis obſeſſa/ vna cum ipſis tradatur eternis ignibus cruciãda. Eſt & alius error demonũ: quẽ ſubiiciũt ſenſibus hominũ. vt putent ſe ab iis qui dicũtur dii perpeti que patiũtur: quo per hec/ſacrificia offerentes & munera/quaſi repropiciantes eos/ cultũ falſe religionis affirment/ nos vero fugiant qui pro ſalute eorũ ſatagimus/vt ab errore liberẽtur. Sed hoc (vt dixi) faciũt: ignorantes ꝙ demones iſta ſibi ſuggerãt/ne ſaluentur. eſt ergo in poteſtate vniuſcuiuſq;/ quia liberi arbitrii factus eſt homo: vtrũ nobis obedire velit ad vitam/an demonibus ad interitũ. Aliis etiam demones in viſu per diuerſas imagines apparentes: interdũ minas intentãt/ interdũ ſanitates incommoditatibus pollicentur. vt iis quos decipiũt: deorũ nichilominus de ſe inſerant opinionẽ/& ꝙ ſint demones ignorentur. ſed non latet ſciẽtes myſteriũ creature: & quã ob cauſam demonib⁹ hec agere in preſenti ſeculo permittatur/vt vel trãſmutari eis liceat in quas volunt imagines/vel ſuggerere prauas cogitationes/ vel inſerere ſe per cibos & potũ ſibi conſecratũ mẽtibus vel corporibus eorũ/ qui ex eo ſumpſerint/ vel ad idoli alicuius venerationẽ ſomnia vana confingere. & tamẽ quis ita ſine ſenſu inuenitur: cui perſuaderi debeat/vt idolũ colat/ſiue illud ex auro/ ſiue ex quolibet metallo factum ſit: cui non palam ſit: id eſſe illud metallum/quod artifex voluit? Quomodo ergo ineſſe ibi diuinitas putanda eſt: quod ſi noluiſſet artifex omnino nõ eſſet? aut quomodo inde futura ſibi ãnunciari ſperant: vbi nec preſentium aliquis intellectus eſt?

Cap. V.

q Vãuis etiã ſi aliquid diuinarent: non cõtinuo dii haberi poſſint. quia aliud eſt diuinatio: & aliud diuinitas. nam & Phitones diuinare videntur: & nõ continuo dii ſunt. deniq; a chriſtianis hominibus effugãtur. & quomodo de⁹ eſt: qui fugatur ab hoie? ¶ Sed dicis fortaſſe. quid ꝙ ſanitates efficiunt: & quomodo quis curet oſtendunt? Hac ratione colendi ſunt medici vt dii. multos enim ſanãt. Et quãto quis peritior fuerit: tanto plures ſanabit. vnde conſtat illos cũ ſint demonici ſpiritibus: & multo citius ſcire aliqua/& multo perfectius. nõ enim ad diſcẽdũ tarditate corporis degrauantur. & ideo que medici longo tempore & labore plurimo aſſequũtur: hec illi tanq̃ ſpiritus abſq; mora vlla/& abſq; difficultate cognoſcunt. non ergo mirum eſt: ſi plus aliquid q̃ homines ſciunt. Sed hoc intuendũ eſt: ꝙ ea que ſciũt/non ad ſalutẽ/ſed ad deceptionẽ proferunt animarũ. vt per hec eas cultum falſe religionis edoceãt. Sed deus ne tante deceptionis error lateret/& errantibus ipſe cauſa videretur exiſtere/ qui tantũ eis licere pmiſit/vt per diuinationes/p curationes/per ſomnia/ decipere homines poſſint: dementie ſue remediũ prouidit

Phitones: ſpirit⁹ diuinatorii. vnde & phitonici q & diuinatorii/ dicũtur. Execrãtur ab eccleſia paſſim i ſolẽni quaq; die. et ſpiritus illi cum icurſant adigũt in inſaniã/& per inſanos futura p̄nũciãt. vnde et φοιτοσ mania illa furorq; quẽ icurſione facit demõ. nõ tamẽ ſemper eſt eis icurſandi poteſtas.

Demones/ incorporei.

hominibus/& diſtinctionē falſi veriꝗ ſcire cupiētibus in propatulo poſuit. Eſt er-
go iſta diſtinctio: quod a vero deo dicitur/ſiue per prophetas/ſiue per viſiones di-
uerſas/ſemper verū eſt. quod autē a demonibus predicitur: non ſemper verū. Eſt
ergo euidēns indicii: non a vero deo dici/ea in quibus eſt aliquando mendaciū. In
veritate enim mendaciū nūꝗ eſt: in iis autē qui mentiūtur/poteſt aliquādo & veri-
tatis aliqd admiſceri/per quod mēdacia cōdiantur. ❡ Q. ſi dicat aliqs: quid enim
opus erat hoc ipſum/vt eis permitteretur vel aliquādo verū dicere/& per hoc tan-
tum errorē mortalibus introduci? Audiat hec. ſi eis nūꝗ fuiſſet indultū veri aliquid
dicere: omnino nec predicerent aliquid. nō predicētes autē: nec ꝙ eſſent demones
noſcerentur. quod ſi ignorarētur eſſe demones in hoc mūdo: agonis noſtri & cer-
taminis nos cauſa latuiſſet. & pateremur palam que gererētur in oculto: quippe ſi
Nota agendi tantū aduerſū nos/& nichil loquendi facultas eis conceſſa videretur. Nunc
autem vbi aliquādo vera/aliquādo falſa dicūtur: debemus agnoſcere(vt ſuperius
dixi) demonū & non dei eſſe reſponſa/apud quē mēdaciū nūꝗ eſt. ❡ Q. ſi curio-
ſius progrediēs quis dicat. Quid enim opus erat huiuſmodi mala a deo fieri: qbus
ad ſubuertendas mētes humanas/tanta eſſet intentio? Hec proponenti reſponde-
Nota cōtra ip̄ios q de deo mouent ꝗ nō ſunt mouēda. bimus: requirendū eſſe primo omniū/ſi eſt aliquid in ſubſtantia malum. Et quāuis
ſufficeret dicere ad eum/quia non eſt conueniens vt creatura iudicet creatorem/ſed
illius eſſe iudicare opus alienū/qui aut ſimilis artificii/aut ſimilis potētie eſt: tamē ne
circuitionib⁹ vtamur/abſolute dicim⁹/in ſubſtātia nichil eſſe malū. Quod ſi ita eſt:
ſubſtātiarū conditor/fruſtra culpať. ❡ Sed occurris michi/& dicis: etiā ſi arbitrii li-
bertate in hoc vētū eſt/nūquid ignorabat ille qui creabat illos ꝙ in malū declinatu-
ri eſſent/quos creabat? oportuit ergo nec creari eos: quos deuiaturos ab itinere iu-
ſticie preuidebat. Audiant ad hec: qui ita proponunt. ꝙ huiuſmodi aſſertionibus
illud volunt oſtendere: cur non malicia eorum qui nondum erant/bonitatem vi-
cerit creatoris. Si enim volēs implere numerū & mēſurā creationis ſue/ extimuiſſet
eorum qui futuri erant maliciam/ & quaſi qui aliam nullam inuenire viam remedii
ac medicine potuiſſet/niſi hoc ſolū vt retraheret ſe a propoſito creandi/ne ſibi aſcri
beretur malicia eorum qui futuri erant: quid aliud per hoc doceretur/niſi indigna
paſſio & indecora fragilitas conditoris / qui ita pertimuerit eorum actus qui nōdū
erant/vt a propoſita conditione ceſſaret. Sed his procul amotis: illud animo con-
templemur. quia deus vniuerſitatis conditor/cōditionis ſue futuras differētias pre
uidens: vnicuiꝗ creature ſecundum proprios motus quos ex arbitrii libertate pro
ferebat proſpexit/& prouidit diuerſos ordines atꝗ officia differētia. vt cum vnius
eſſent ſubſtantie omnes ſecundum creature rationem: eſſet tamen diuerſitas in or-
dinibus & in officiis/ſecundum proprios animarū motus ex arbitrii libertate pro-
ferendos. Prouidebat ergo futuras in creaturis culpas: & iuſticie eius ratio poſce-
bat vt emēdationis cauſa/culpas pena ſequeretur. Oportuit ergo eſſe & penarum
miniſtros: quos tamen & libertas arbitrii in hunc ordinem traheret. Preter hec au-
tem & debuerunt habere quos vincerent ii: qui agones ſuſceperunt celeſtium pre-
miorum. Sic ergo ea que putantur mala: non vacant ab vtilitate. dum victis iis (a
quibus vincuntur: licet inuiti) eterna premia conquirunt. ſed de his iſta ſufficiant.
Proceſſu enim temporis: etiam ſecretiora pandentur.

Caput. VI.

N .Vnc ergo/quoniam nondū intelligitis quanta vos ignorātie colendi idola circunſtet caligo: interim volo vobis exponere vnde colēdi idola exordiū mūdo huic datū ſit. Idola autē dico exanimata ſimulachra que colitis: ſiue lignea/ ſiue fictilia/ſiue lapidea/vel erea/vel ex quibuſcūꝗ aliis ſumpta ſint metallis. Horum ergo initium tale eſt. Angeli quidam relicto proprii ordinis curſu: hominū fauere viciis ceperunt/& libidini eorum quodāmodo indignū prebere miniſterium. quo illorum opera: ſuis magis voluptatibus morem gererent. Quiꝗ ne ſponte inclinati viderentur ad indigna miniſteria: docuerunt homines/ꝙ demones artibus quibuſdam obedire mortalibus(id eſt magicis inuocationib⁹) poſſent. ac velut ex fornace quadam/& officina malicie: totum mūdum ſubtracto pietatis lumine/impietatis fumo repleuerūt. pro his ergo & aliis nōnullis cauſis: diluuiū mūdo introductuum eſt. ſicut iam in aliis diximus & dicemus. & omnes qui erant ſuper terras deleti ſunt: excepta Noe familia. qui cum trib⁹ filiis/eorūꝗ vxoribus ſuperfuit. Ex q̄bus vn⁹ Cam noīe: cuidā ex filiis ſuis q Meſraim appellabatur (a quo egyptiorū & babyloniorū/ & perſarū ducitur genus) male cōpertā magice artis tradidit diſciplinā. hunc gentes que tūc erant Zoroaſtrem appellauerūt: admirantes primū magice artis auctorē. cuius nomine etiā libri ſuper hoc plurimi habent. hic ergo aſtris multū ac frequenter intentus/& volens apud homines videri deus: velut ſcintillas quaſdā ex ſtellis producere/& hominibus oſtētare cepit. quo rudes atꝗ ignari: in ſtuporē miraculi traherētur. Cupiēſꝗ augere de ſe huiuſmodi opinionē: ſepius iſta moliebatur. vſꝗquo ab ipſo demone quē importunius frequētabat: igni ſuccēſus/ cōcremaretur. ſed ſtulti homines qui tūc erāt: cū debuiſſent vtiꝗ opinionē quā de eo cōceperāt abiicere/quippe quā penali morte eius viderāt cōfutatā: in maius eā extollunt. extructo enim ſepulchro ad honorē eius: tanq̄ amicū dei ac fulminis vehiculo ad celū ſublatū/adorare auſi ſunt/& quaſi viuens aſtrū colere. hinc enim & nomē poſt mortē ei⁹ Zoroaſter/eſt hoc viuū ſidus appellatū eſt ab iis/q poſt vnā generationē/grece lingue loquelis fuerāt repleti. hoc deniꝗ exēplo etiā nūc multi eos qui fulmine obierūt: ſepulchris honeratos/tāq̄ amicos dei colūt. ¶ Hic ergo cū quarta decima generatione cepiſſet/q̄nta decima defunctus eſt: in qua turris edificata eſt/& lingue hominū multipliciter diuiſe ſunt. Inter quos primus magica nichilominus arte quaſi chorusco ad eū delata/rex appellatur quidā Nembroth. quē & ipſum greci Ninum vocauerunt/ex cuius nomine niniue vocabulū ciuitas ſumpſit. ſic ergo diuerſe & erratice religiones: ab arte magica initium ſumpſere. etenim quoniā difficile erat humanū genus ab amore dei abſtrahi/& ad ſurda atꝗ exanima ſimulachra deduci: iccirco excelſioribus vſi ſunt magi molitionibus. vt aſtrorū ſignis ac motibus: tāq̄ celitus & voluntate dei delatis/ad perſuadendos cultus erraticos verterētur. & eius (quem ſupradixim⁹/indignatione demonis cui nimis moleſtus fuerat: cōflagraſſe) buſti cineres tanq̄ fulminei ignis reliquias colligētes ii/qui erant primitus decepti: deferūt ad perſas. vt ab eis tāq̄ diuin⁹ & celo lapſus ignis/ perpetuis cōſeruaretur excubiis/atꝗ vt celeſtis deus coleretur. ſimili exemplo etiā per cetera loca reliqui homines: iis quos vel in artib⁹ aliquibus vel in virtute fuerāt admirati/vel certe in amore plurimo habuerant: templa cōſtruere/imagines collocare/myſteria & cerimonias inſtituere/& per omnia deorū de his famā poſteris tradúcere/geſtierunt. eo precipue quod(vt ſupra diximus)phantaſiis aliq̄bus magice artis fulta videbātur. vt inuocatione demonū: agi ab iis aliquid ad deceptionē ho-

PETRVS

Vnde magica & idolatria.

Cōcordat id cum Beroſo Cam. Meſraim: zoroaſter

Vt oli orpheū Id ſexto cap. primi libri reſpondet.

Cur inducta per aſtra/ diuinatoria ars.

minū/moueriq; videretur. his adiiciunt & ſolénitates quaſdá ac temuléta conuiua
quibus & homines libētius indulgerent/& demones crapulis tanq̄ vehiculis illati
ipſis eorū viſceribus miſcerētur. In quibus collocati demones: ad omné voluntati/
ſuá actus hominū/cogitationeſq; deflecterent. huiuſmodi igitur ex initio erroribus
introductis/eiſq; libidine & temulétia (que carnales homines maxime delectát) ad-
iutis: religio dei/que per continentiá ſobrietatéq; cōſtabat/rareſcere inter homines
atq; aboleri propemodū cepit. ná cū ex initio homines/vtpote iuſtū & omnia cō-
tuenté deū colentes: neq; peccare auderent/ neq; iniuriá facere proximis ſuis/ certi
quod vniuſcuiuſq; actus & mot⁹ aſpiceret deus/ vbi religionis cultus ad ſimulacra
exanimata cōuerſus eſt/táq̄ de quibus certi eſſent ꝙ neq; viderent/ neq; audirent/
neq; mouerētur in aliquo: licēter peccare/& in omne facin⁹ progredi cepere. qppe
qui nichil pati vererentur ab iis: quos colebant vt deos. hinc bellorū rabies exarſit/
hinc prede/rapine/captiuitates: & libertas in ſeruituté redacta. prout quiſq; potuit:
libidini & cupiditati ſue ſatiſfecit. quáuis ſatiſfacere cupiditati: nulla vis poſſit. ſicut
enim ignis quátomagis ligna ceperit: táto amplius accéditur & inualeſcit. ita & cu-
piditatis rabies: per ea que adipiſcitur/auctior & vehemētior efficitur. Cap. VII.

PETRVS

P Ropter quod incipite iam meliori itellectu vobiſmetipſis reſiſtere in iis: que
nō recte cupitis. ſi quo forte modo reparare in vobis/ ac reſtituere poſſitis
illá: que ex initio mortalibus a deo tradita eſt religionis puritaté/& innocētiá vite.
vt per eá vobis etiá ſpes bonorū immortaliū reparetur: & agatis gratias largitori

Rex pacis/& theſaurus ieffabiliū: Chriſtus domin⁹.

omniū patri/per eū qué poſuit regé pacis/ & theſaurū ineffabiliū bonorum. vt in
preſenti quidé tépore diluantur peccata veſtra per aquam fontis aut fluminis/ aut
etiá maris: inuocato ſuper vos trino beatitudinis nomine. vt per hoc non ſolū fu-
gētur/ſi qui intra vos habitant ſpiritus maligni: verū etiá cū deſtiteritis a peccatis/
& tota fide totaq; mētis puritate deo credideritis/ etiá & ab aliis vos malignos ſpi-
ritus & demones effugetis/atq; a paſſionibus & a languoribus alios liberare poſſi-
tis. Ipſi enim demones ſciūt & agnoſcunt eos/qui ſe tradiderunt deo: & interdū ſo-
la eorū preſentia propellūtur. ſicut paulo ante vidiſti: quomodo cū vocé tantum
ſalutationis feciſſemus ad vos/cōtinuo demones propter honoré religionis noſtre
exclamare ceperūt/& ne parū quidé téporis potuerūt ferre preſentiá noſtri. Nun-
quid alterius ſum⁹ nos nature ſuperioris alicu⁹: & propterea nos demones timēt:
vnius eiuſdéq; vobiſcū nature ſumus: ſed religione differimus. quod & ſi vos eſſe
vultis: nō inuidemus/quin potius & hortamur. certoſq; eſſe vos volum⁹: ꝙ cum
fuerit in vobis eadé que in nobis eſt fides & religio/ ac vite innocētia (remuneráte
deo fidé veſtrá) erit par vobis/ atq; eadem etiá cōtra demones poteſtas & virtus.
Sicut enim is qui acceperit ſub ſe milites: etiá ſi ipſe inferior/ & illi ſupiores ſint viri-
bus/tamen dicit huic vade & vadit/& alii veni & venit/& alii fac hoc & facit. hoc
auté poteſt nō propria virtute: ſed Ceſaris metu. Ita & fidelis quiſq;/demonib⁹ ipe-
rat (etiá ſi videátur illi multo eſſe hominibus fortiores) nō propter ſuá virtuté: ſed
propter dei/q eos illorū ſubiecit poteſtati. Ná & quod dixim⁹: vt Ceſar apud oēs
milites/vt in omnibus caſtris/ & in omni regno timeatur cū ſit vnus & fortaſſis exi-
guis viribus: nō niſi dei poteſtate agitur/q timoré dat omnib⁹/vt vni obtēperent.
hoc ſane ſcire vos volum⁹: ꝙ demon niſi quis volūtatibus ei⁹ ſponte ſe ſubdiderit:

De tentatiōe domini.

poteſtaté aduerſus hominé nō habet. vnde & ipſe qui eſt princeps malicie: ad hūc
(qué diximus a deo deſtinatū regé pacis) acceſſit tentans/& polliceri ei cepit omné

gloriā mundi. quod cum aliis obtuliſſet decipiendi cauſa/adoratum ſe nouerat imē pius:& immemor ſui quod proprium & ſpeciale eſt malicie/ adorādū ſe ab eo preſumebat/a quo ſe nouerat deſtruendum. dominus ergo noſter/ vnius dei cultū cōfirmans: reſpondit ei. Scriptum eſt: dominū deum tuū adorabis/& illi ſoli ſerujes. qua reſpōſione deterritus/ & metuēs ne vnius & veri dei repararetur vera religio: feſtinat cōtinuo immittere in hunc mundū pſeudoprophetas/& pſeudapoſtolos/ falſoſq; doctores . qui ſub nomine quidem Chriſti loquerentur: demonis tamen facerent volūtatem . propter quod obſeruate cautius: vt nulli doctorum credatis/ niſi qui Iacobi fratris domini ex hieruſalem detulerit teſtimoniū/ vel eius/quicunq; poſt ipſum fuerit. niſi enim qs illuc aſcēderit & ibi fuerit probatus ꝙ ſit doctor idoneus & fidelis/ad predicādum Chriſti verbū (niſi inquā inde detulerit teſtimoniū) recipiendus omnino non eſt . Sed neq; propheta/ neq; apoſtolus in hoc tempore ſperet a vobis aliquis: preter nos. vnus enim eſt verus propheta : cui⁹ nos duodecim apoſtoli verba predicamus.Ipſe eſt annus dei acceptus: nos apoſtolos habens duodecim menſes. qua autem cauſa vel mundus ipſe factus ſit/vel diuerſitates que ſunt in eo acciderint/& cur ad reparationem eius veniens dominus noſter elegerit nos duodecim apoſtolos & miſerit: alias lati⁹ explanabim⁹.Interim nos iuſſit exire ad predicandum: & inuitare vos ad cenam regis celeſtis/quam preparauit pater in nuptiis filii ſui. & vt demus vobis indumenta nuptialia : quod eſt gratia baptiſmi. quam qui fuerit conſecutus : tanq̄ veſtimentum mūdum cum quo ei ingrediēdum eſt ad cenam regis/obſeruare debet ne peccato aliqua ex parte maculetur. Cauſe autem quibus maculetur illud indumentum: he ſunt.Si quis recedat a patre & conditore omniū deo/alium recipiens doctorem preter Chriſtum/qui eſt ſolus fidelis ac verus propheta/quiq; nos duodecim apoſtolos miſit ad predicādum verbum/& ſi qs de ſubſtantia diuinitatis que cuncta precellit aliter q̄ dignū eſt ſentiat: hec ſunt que vſq; ad mortem/baptiſmi polluūt indumentum.que vero in actibus polluūt/ iſta ſunt : homicidia/adulteria/odia/auaricia/& cupiditas mala. que autem animā ſimul & corpus polluūt iſta ſunt: participare demonum menſe/ hoc eſt immolata deguſtare/vel ſanguinē vel morticiniū quod eſt ſuffocatū/& ſi quid aliud eſt quod demonibus oblatū eſt . hic ergo vobis ſit primus gradus ex tribus : qui gradus triginta ex ſe gignit. Secundus vero qui ſexaginta. Tertius qui centū: ſicut alias de his vobis latius exponemus . & cum hec dixiſſet/ ac precepiſſet vt die poſtera ad eūdē locum maturius cōuenirent: turbas dimiſit . quibus recedere nolētibus ait Petrus: donate michi hanc gratiam/propter heſterni itineris labores . & nunc diſcedentes: die craſtina maturius conuenite. & ita/cum leticia diſceſſerunt. At Petrus paululū me ſecedere precipiens orationis cauſa: iubet poſt hec in loco orti quē vmbra contegebat/accubitum ſterni.& vnuſquiſq; ex more cognoſcens proprii ordinis locū: cibum ſumpſimus. Tum deinde quia ſupererat adhuc aliquātulum diei: de mirabilibus domini collocutus nobiſcū/veſpere facto ingreſſus cubiculū quieuit.

De Iacobo fratre domini: quantū ei delatum ſit.

Recognitionum Petri apoſtoli
quarti libri
Finis.

RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI LIBER QVINTVS.

Cap.I.

ſ Equenti autem die paulo citius ꝗ ſolebat conſurgens Petrus: in uenit
nos dormientes. quod vbi ſenſit: quaſi ipſe adhuc dormire volens/
ſilentium ſibi fieri iuſſit/vt nobis quieſcendi facultatem daret. vbi au-
tem refecti ſomno exurreximus: inuenimus eum oratione facta/ in-
PETRUS tra cubiculum operientem nos. Et cum iam eſſet crepuſculum: ſalutãs ex more/ bre
uiter allocutus eſt/ & continuo ad conſuetum locum/docendi gratia procedit. vbi
cum vidiſſet ad audiendum plurimos conueniſſe: primo/religionis ritu pace eis in-
uocata/dicere hoc modo cepit. Deus creator omniũ ex initio ad imaginem ſuã ho-
Solus: ſolꝰ homo in hoc inferiori mũdo. minem fecit/eiqꝫ dominationẽ terre/maris & aeris ipſius dedit: ſicut & verus nobis
propheta enarrauit/& ipſa rerum ratio docet. Solus enim eſt rationabilis. & conſe
quẽs eſt: vt ratio irrationabilibus dominetur. hic ergo ab initio cum adhuc iuſtus
eſſet: cunctis viciis / & omni fragilitate ſuperior erat. vbi autem peccauit (ſicut he-
ſterna die docuimus) & factus eſt ſeruus peccati: ſimul & fragilitati efficitur obno-
xius. Quod icirco ſcriptum eſt: vt ſciant homines/quia ſicut ex impietate paſſibiles
facti ſunt/ita & per pietatem poſſunt eſſe impaſſibiles. Et non ſolum impaſſibiles:
verum & parua in dei fide aliorũ paſſiones curãtes. Ita enim verus propheta pro-
miſit: dicens. amen dico vobis/ſi habueritis fidem ſicut granũ ſinapis: dicetis mõti
huic tranſi hinc/& tranſibit. huius vocis etiam: vos ipſi documenta accepiſtis. he-
ſterno enim die vidiſtis: quomodo aſſtãtibus nobis demones cũ paſſionibus quas
hominibus inuexerãt/tranſierunt/& fugati ſunt. Quia ergo alii quidem homines
patiuntur/alii quidem patientes ſanãt: cauſa ſine dubio vel patiẽdi vel curandi no-
ſcenda eſt. quã non aliam eſſe: ꝗ patientibus quidem infidelitatis/ curantibus vero
fidei monſtratur. infidelitas enim dũ non credit futurũ dei iudiciũ: peccandi licẽtiã
prebet. peccatũ vero: hominẽ paſſionibꝰ obnoxiũ eſſe facit. fides autẽ futurũ eſſe
iudiciũ credẽs: cõtinet homines a peccato. nõ peccãtes vero nõ ſolum liberi ſunt a
demonibus & paſſionibus: verũ & aliorũ demones & paſſiones fugare poſſunt.
Ex his ergo omnibus colligitur: ꝙ origo totius mali/ab ignorãtia deſcẽdat/& ipſa
ſit omniũ malorũ mater. que incuria quidẽ & ignauia gignitur: negligẽtia vero ali
tur & augetur/atqꝫ in ſenſibus hominũ radicatur. quã ſi quis forte doceat effugan-
dam: velut antiquis & hereditariis ſedibus/moleſte & indignãter auellitur. & ideo
paululũ laborandũ nobis eſt: vt indagãtes ignorãtie preſumptiones/ſciẽtie ratione
reſecemus. in iis precipue qui in aliquibus minus rectis oppinionibus preuẽti ſunt.
per quas quaſi ſub ſpecie alicuius ſcientie: ignorãtia in eis vehementius radicata eſt.
In omni ſtatu tales ſunt ſophiſte. nichil enim grauius: ꝗ ſi id quod ignorat quis/ ſcire ſe credat/ & defendat verũ eſſe
quod falſum eſt. qđ tale eſt/quaſi ſi quis ebrius ſobrium ſe putet: & agat cuncta vt
ebrius. ſobriũ ſe tamen & ipſe putet: & dici a ceteris velit. Ita ſunt ergo & ii q igno
rantes quod verũ eſt: ſpeciẽ tamen alicuius ſciẽtie tenẽt. & mala quaſi bona gerũt:
atqꝫ ad perniciẽ quaſi ad ſalutẽ feſtinãt. Propter quod ante omnia properandũ eſt
Quia ſubſtantia nõ habet: quia eſt priuatio. ad agnitionẽ veritatis: vt poſſimꝰ quaſi lumine nobis ide ſuccẽſo/errorũ tenebras
depellere. grãde enim malũ (vt diximꝰ) ignorãtia. ſed qa ſubſtãtiã nõ habet: facile
ab iis qui ſtudioſi ſunt fugatur. nõ enim aliud quid eſt ignorãtia: niſi nõ agnouiſſe
quod expedit. vbi autem agnoueris: perit ignorantia.

Cap.II.

q Veri ergo magnopere debet veritatis agnitio:quam nemo poteſt alius aſſi-
gnare/niſi verus propheta. hec enim porta eſt vite: volentibus ingredi. & PETRVS
iter operum bonorum: pergentibus ad ſalutis ciuitatē. Si quis ſane audiēs ſermonē
veri prophete: velit recipere an nolit/& amplexiones eius (id eſt mandata vite) ha
bent in ſua poteſtate. liberi enim ſumus arbitrii. nā ſi hoc eſſet vt audientes eū iam
non haberēt in poteſtate aliud facere q̃ audirent: vis erat quedā nature/per quam
liberum nō eſſet ad aliā migrare ſententiā. Aut ſi rurſus ex audientibus nullus om-
nino reciperet: & hoc nature vis erat/que vnū aliqd fieri cogeret/& alteri parti nō
daret locū. Nūc autē quia liberum eſt animo/ in quam velit partē declinare iudiciū
ſuū/& quā probauerit eligere viā: cōſtat euidenter ineſſe hominibus arbitrii liber-
tatem. Igitur priuſq̃ audiat quis quid ei expedit: certū quia ignoret. & ignorās vult
& deſiderat: quod non expedit agere. propter quod: per hoc nō iudicatur. cum
vero audierit cauſas erroris ſui/& rationem veritatis acceperit: tunc ſi permanſerit
in iis erroribus quibus dudum fuerat preuētus: recte iam vocabitur ad iudiciū/pe-
nas daturus/ cur vite huius ſpacium quod ad bene viuendum accepit/ in ludibriis
conſumpſit errorum. qui vero audiens hec libenter accipit/& gratulatur bonorū
ſibi doctrinam fuiſſe delatam: requirit intentius/& diſcere non deſinit vſq3quo ve-
re cognoſcat aliud ſeculū/in quo bonis premia preparata ſunt. Et cū certus de hoc
fuerit: gratias agens deo/quod ſibi veritatis lumen oſtenderit/de cetero dirigit act⁹
ſuos in omnibus operibus bonis. quorum ſibi in futuro mercedem certus eſt eſſe
preparatam/demirans per omnia & ſtupens ceterorum hominū errores/ & q͏ an-
te oculos poſitam veritatem nemo videat. Ipſe tamen gaudens ſuper diuitiis ſapiē-
tie quas inuenit: inſatiabiliter eis perfrui cupit. & exercitio bonorum operum/de-
lectatur: feſtinans ad ſeculum futurum/mundo corde & pura conſcientia perueni-
re/vbi etiam videre deum regē omniū poſſit. his autem omnib⁹ carere nos & frau-
dari: ſola facit ignorantia. dum enim ignorant homines quantum boni habeat ſciē
tia: ignorantie malum de ſe non patiuntur excludi. neſciūt enim quanta ſit in ho-
rum permutatione diuerſitas. propter quod conſulū do vnicuiq3 diſcentiū: libēter
prebere aurem verbo dei/& cum amore veritatis audire que dicimus. vt mens op-
timo ſemine ſuſcepto: per bonos actus/ letos afferat fruct⁹. nā ſi me docēte/ea que
ad ſalutem pertinent/recipere quis abnuit/& animo prauis opinionibus occupato
obſtinate renitit: non ex nobis/ſed ex ſemetipſo habebit pereūdi cauſam. debet enī
iuſto iudicio examinare que dicimus: & intelligere quia verba loquimur veritatis.
vt cognitis iis que ſunt vt ſunt/& in bonis actib⁹ dirigens viam ſuam: regni celorū
poſſit particeps inueniri/ſubiiciens ſibi carnis deſideria/& dominus eorū factus. vt
ita demū etiam ipſe fiat: dominatoris omniū iocūda poſſeſſio. Nam qui permanet
in malo/ & ſeruus eſt maligni: non poteſt effici portio boni/donec ꝑmanet in ma-
lo. quia ab initio (vt ātē iam diximus) duo regna ſtatuit deus: & poteſtatem dedit
vnicuiq3 hominū/vt illius regni fiat portio/cui ſe ad obediēdū ipſe ſubiecerit. & q͏a
definitum eſt apud deum/non poſſe vnū hominem vtriuſq3 regni eſſe ſeruū: omni
ſtudio dare operam in boni regis fedus ac iura concurrere. propter hoc deniq3 ve-
rus propheta cū eſſet preſens nobiſcum/& quoſdam ex diuitibus negligentes erga Mammona diuitie.
dei cultū videret: huius rei ita aperuit veritatē. nemo poteſt (inquit) duobus domi-
nis ſeruire. nō poteſtis deo ſeruire & māmone/ māmona patria eorum voce diui-
tias vocans. hic ergo verus propheta qui in iudea nobis apparuit (vt audiſtis) ſtās

publice ſola iuſſione faciebat cecos videre/ ſurdos audire/ fugabat demones/ egris
ſanitatem reddebat/& mortuis vitam. cũq; nichil eſſet ei impoſſibile: etiam cogita-
tiones hominũ preuidebat. quod nulli eſt poſſibile: niſi ſoli deo. hic annũciauit re-
gnum dei. Cui nos de omnibus que dicebat tãq̃ vero prophete credidimus: firmi-
tatem fidei noſtre/non ſolum ex verbis eius/ſed ex operibus aſſumẽtes. quia & di-
cta legis que ante multas generationes de preſentia eius expoſuerant: in ipſo conſi-
gnabãtur. & imagines geſtorum Moſis/& ante ipſum patriarche Iacob: ipſius per
omnia typum ferebãt. Tẽpus quoq; aduẽtus eius: hoc ipſum in quo venerat /pre-
dictum ab eis conſtat. & ſuper omnia ꝙ eſſet a gentibus expectandus: ſacris litteris
comprehenſum eſt/que in eo pariter vniuerſa cõpleta ſunt. Cap.III.

PETRVS q Vod autem iudeorum propheta predixit eum a gẽtibus expectandũ: in eo
fidem veri confirmat ſupra modũ. Si enim dixiſſet a iudeis expectandũ: non
aliquid eximiũ prophetaſſe videretur/ꝙ a cõtribuli populo & a propria gẽte ſpe-
raretur is/cuius aduentus ad ſalutẽ mũdi fuerat repromiſſus. videretur enim magis
conſequentie ratio eſſe vt hoc fieret: q̃ magnificentia prophetalis. nunc autem cum
prophete dicunt omnẽ illam ſpem que de ſalute mundi repromittitur/& nouitatẽ
regni que inſtituenda per Chriſtũ eſt/atq; omnia que de eo iudicãtur/ad gẽtes eſſe
transferenda: iam non ſecũdum conſequentiam rerum/ ſed incredibili quodã vati-
cinationis euentu / magnificentia prophetica confirmatur. Iudei nãq; ex initio af-
fore aliquando hunc virum per quem cuncta repararẽtur: veriſſima traditione ſu-
ſceperant. & quotidie meditantes ac proſpicientes quando eius fieret aduẽtus: vbi
adeſſe eum viderunt/& ſigna ac prodigia ſicut de eo ſcriptũ fuerat adimpleta ſunt/
inuidia excecati/agnoſcere nequiuerũt preſentem/in cuius ſpe letabantur abſentis.
Intelleximus tamẽ pauci nos / qui ab eo electi ſumus. hoc autẽ totũ prouidẽtia dei
factũ eſt: vt agnitio boni huius/ etiam gẽtibus traderetur. & ii qui nunq̃ de eo au-
dierant/nec a prophetis didicerant: agnoſcerẽt eũ. illi vero qui quotidianis medita-
tionibus eũ agnouerant: ignorarent. Ecce enim per vos nũc qui preſentes eſtis/&
deſideratis audire doctrinã fidei eius/& agnoſcere qs & quomodo & qualis ſit eiꝰ
aduẽtus: prophetica veritas adimpletur. hoc eſt enim/quod predixerunt prophe-
te: quia a vobis querendus eſſet/qui de eo nũq̃ audiſtis. Et ideo videntes in vobiſ-
metipſis prophetica dicta compleri: huic vni recte creditis. hũc recte expectatis: de
hoc recte inquiritis. vt non ſolũ expectetis eũ: ſed & hereditatem regni eius creden-
tes conſequamini. Et ſecundũ quod ipſe dixit: quia vnuſquiſq; illius fit ſeruus/ cui
ſe ipſe ſubiecerit. Propterea ergo euigilate: dominũ deũ veſtrũ vobis aſcribite do-
minũ/qui & celi ac terre dominus eſt. & ad ipſius imaginẽ ac ſimilitudinem vos re-
formate/ſicut ipſe verus propheta docet dicẽs. eſtote boni & miſericordes: ſicut &
pater veſter celeſtis miſericors eſt / qui pluit ſuper iuſtos & iniuſtos/ & ſolem ſuũ
oriri facit ſuper bonos & malos. hũc ergo imitamini/& hunc timete/ſicut mãdatũ
datur hominibus: dominũ deum tuũ timebis/& ipſi ſoli ſeruies. Expedit enim vo-
bis huic vni domino ſeruire: vt per ipſum cognoſcentes vnũ deum/ a multis quos
inutiliter timebatis liberemini. qui enim creatorem omniũ nõ timet deũ/ſed eos ti-
met quos ipſe manibus ſuis fecit: quid niſi vano & inutili ſemetipſum obnoxiũ fa-
cit timori/vilioremq; ſe & abiectiorem reddit q̃ ſunt illa ipſa/quorum timorem mẽte
concepit? quin potius per bonitatẽ eius qui vos inuitat: redite ad priorem nobili-
tatem veſtrã. & ex bonis actibus: ꝙ ipſius creatoris veſtri imaginẽ portetis/oſten-

dite. vt ex contemplatione ſi...ilitudinis ipſius: etiam filii eius eſſe credamini. Incipi-
te ergo a ſenſibus veſtris abiicere vanas idolorum ſpecies/ atqꝫ inutiles & inanes ti
mores. vt ſimul etiā cōditionem poſſitis inique ſeruitutis effugere. domini etenim
veſtri effecti ſunt illi: qui nec ſerui quidem vtiles vobis eſſe potuiſſent. Quomodo
enim ſimulachra exanimata/ vel ad ſeruitutem vobis viderētur idonea: cum neqꝫ
audiant/neqꝫ videant/neqꝫ aliquid ſentiant? niſi ꝙ ipſā ſaltem materiam ex qua fa-
cta ſunt/ſiue auri/ſiue argenti/ſiue etiā eris/aut ligni cum poſſint vobis ad vſus ne-
ceſſarios prodeſſe: vos ex ea formando deos/ocioſam per omnia eam atqꝫ inutilem
reddidiſtis. Nos vero annūciamꝰ vobis verū dei cultum: ſimulqꝫ monemus & hor
tamur cultores/vt per bonos actus imitentur eum/quem colunt/ & ad imaginem
& ſimilitudinem eius (vt ſuperius diximus) redire feſtinent.

Caput. IIII.

V Elim autē dicerēt michi ii qui idola colūt: ſi optant ſimiles fieri iis/ quos co- PETRVS.
lunt. vult ne aliquis veſtrū ſic videre quomodo illi vidēt/ſic audire quomo
do illi audiunt/ ſic habere ſenſum quomodo illi habēt? Abſit hoc ab vnoquoqꝫ au
dientiū. hoc enim maledictū potius/ & cōuiciū credendū eſt homini: qui imaginē
dei in ſe gerit/etiā ſi ſimilitudinē perdidit. Quales ergo dii habēdi ſunt iſti: quos imi
tari execrabile eſt cultoribus ſuis? quorū ſimilitudinē habere contumelia eſt? Quid
ergo? ſoluite ſimulacra inutilia & facite vaſa vtilia. ſoluite ocioſam pigrāqꝫ mate-
riam: & facite humano vſui apta miniſteria. Sed nō ſinunt (inquis) leges humane.
Bene/quia humane leges: & nō ipſorū virtus. Quomodo ergo dii ſunt ii: qui hu-
manis legibus & nō ſuis viribus defendūtur? ſic & a furibus/canum vigiliis & clau
ſtrorū munitionibus conſeruantur. & hoc: ſi fuerint argentea/ vel aurea/ vel etiā
erea. nā lapidea & fictilia: ipſa ſui vilitate muniūtur. nemo eni lapideum aut fictilē
deū furatur. Vnde miſerabiliores vidētur ii: quibus precioſius metalū/ pericula vi-
ciniora conquirit. Qui ergo furari poſſunt/ qui ab hominibꝰ cuſtodiūtur/ qui con
flari & appendi & malleis cedi: iſti ab hominibus ſenſum habentibus dii debēt vi-
deri? O in quantā miſeriā mortaliū decidit intelligētia? Nā ſi mortuos timere ſum-
me ſtultitie dicitur: quid iudicemꝰ de iis/ qui deterius aliquid ꝙ̄ ſunt mortui/timēt?
Iſta enim ſimulacra nec in mortuorū numero habenda ſunt: quia nunꝙ̄ vixerunt.
Preferenda ſunt eis etiam ſepulcra mortuorum: quoniam nūc licet mortui ſint/ha
buerunt tamen aliquādo vitam. iſti autem quos colitis: ne eā quidem que eſt om-
niū deterrima/ranarum ac bufonum vitam aliquando geſſerunt. Et quid opus eſt
nos de his plurima memorare: cum ſufficiat dicere ei qui adorat ea/ nō vides quia
quem adoras non videt? Audis: quia quem adoras/nō audit. Et intelligis: quia nō
intelligit. opus enim/mortalis manꝰ eſt: & neceſſario/ſenſu caret. Tu ergo adoras
inſenſibilem: cum vnuſquiſqꝫ habens ſenſum/nec ea quidem credat adoranda/que
a deo facta ſunt & mentem preſentem habent/ideſt ſolem & lunam/vel ſtellas om
niaqꝫ/que in celo ſunt/& ſuper terram. Iuſtum enim putant: non ea que pro mun
di miniſterio facta ſunt/ ſed ipſorum/ & mundi totius creatorem debere venerari.
Gaudent enim etiam hec: cum ille adoratur & colitur. nec libenter accipiunt: vt ho
nor creatoris / creature deferatur. exceptus eſt enim dei ſolius cultus: qui ſo-
lus increatus eſt. cetera autem omnia: factura eius ſunt. Sicut ergo proprium eſt eius
qui ſolus non eſt factus/ deum eſſe: ita omne quod factum eſt / deus vere non eſt.
Ante omnia ergo intelligere debetis deceptionem ſerpentis antiqui/ & callidas

Mentes ſuper ne celeſtibus corporibus p̄ ſunt: quibꝰ & vniuerſis/mēs diuina preeſt.

eius ſuggeſtiones: qui quaſi per prudentiam decipit vos / & & velut ratione quadam ſerpit per ſenſus veſtros. atq; ab ipſo vertice incipiens: per interiores dilabitur medullas/ lucrum magnum computans deceptionem veſtram. Interſerit ergo ſenſibus veſtris opiniones quorũcũq; deorum: tantum vt vos ab vnius dei reuocet fide/ſciens peccatum veſtrum/ſuum eſſe ſolatium. Ille enim pro nequitia ſua: ab initio terram edere condẽnatus eſt. propter eum quem de terra aſſumptũ: iterũ reſolui fecit in terram/ vſq; ad tempus quo anime noſtre per ignem traducte reparentur/ſicut alias de hoc plenius edocebimus. Ex ipſo ergo ſunt omnes errores & ambiguitates: quibus ab vnius dei fide & credulitate conturbamini. Et primo omnium ſubiicit cogitationibus hominũ: vti ne audiant verba veritatis/per que malorum ignorantiam fugent. Et hoc facit/quaſi occaſione alterius ſcientie: aſſeuerás illis illam opinionem qua vtuntur plurimi / vt putent ſe reos futuros non eſſe/ ſi in ignorantia fecerint / nec reddituros eſſe rationem pro iis que non audierunt. & ideo a verbo declinare eos ſuadet auditum. Sed accipite econtra hec. ipſa per ſemetipſam ignorantia validiſſimũ venenum eſt: quod ſufficiat animam nulla extrinſecus queſita adiectione perimere. Et ideo nemo eſt: q ignorás/per hoc quod ignorat euadat/ſed certum eſt quod intereat. naturaliter enim peccatorum vis: interimit peccatorem. Sed quoniam iudicium rationabile erit: tam ignorátie ğ vniuſcuiuſq; peccati cauſa & origo requiretur. Si ergo quis ſcire noluit quomodo poſſit venire ad vitam/ſed maluit ignorare/ne per hoc quaſi reus fieri videretur: ex hoc ipſo iam quaſi ſcierit & habuerit ſciẽtiam/iudicatur. agnouit enim quid eſſet: quod nolebat audire. & nichil ei confert ad excuſationem: ſerpentis artificio queſita calliditas. cũ eo enim erit & ratio quem non latet cor. Vt autẽ ſcias quia ignorantia per ſeipſam generat interitum anime: cum diſceſſerit e corpore ſi talis exeat que ignorauerit eũ a quo creata eſt/a quo in hoc mundo omnia que vſibus ſuis erant neceſſaria conſecuta eſt/tanğ infidelis a regni eius luce proiicitur.

PETRVS

Caput. V.

Sententia magorũ & a pſuaſionibus diaboli ſeductorum

ſVbiicit iterum nequiſſimus ſeruus & aliam hominibus opinionem: quam plures veſtrum proferre ſolent. vnum eſſe & nos dicimus deum/ qui eſt omniũ dominus: ſed & iſti (inquiunt) dii ſunt. Sicut enim vnus eſt Ceſar & habet ſubſe multos iudices/verbigratia prefectos/conſules/tribunos/ & ceteras poteſtates: ſimili arbitramur modo/ cum vnus ſit maior omniũ deus/ etiam iſtos ad ſimilitudinem earum quas diximus poteſtatum/ ordinatos eſſe in hoc mũdo deos/ illi quidem maiori ſubiectos/nos tamen/& que in hoc mundo ſunt diſpenſantes. Audite ergo ad hec: quomodo in iis ipſis que ad deceptionem proponitis/ veritatis ratione cõfutemini. Dicitis quia locum Ceſaris teneat deus: iudicum vero eius & poteſtatum ſpeciem ferruent ii/ qui dicũtur dii. Seruate ergo vt propoſuiſtis exẽplũ Ceſaris: & ſcitote/ quia ſicut nullis ex iudicibus vel adminiſtratoribus Ceſaris/ id eſt prefectis/vel proconſulibus/vel ducibus/vel tribunis/ fas eſt Ceſaris nomen imponi /alioqui & ille ſi ſuſceperit/& illi qui detulerint pariter interibunt: ita & de hoc debetis pariter aduertere/ ꝙ ſi quis nomen dei alicui preter ipſum impoſuerit/ & ille receperit: vnũ eũdẽ ꝗ; ſortientur interitũ/multo deteriore ſorte ğ miniſtri Ceſaris. hic enim qui delinquit in Ceſaré/interitũ ſuſcipiet téporalé: q vero in vnũ qui ſolꝰ eſt & verꝰ deꝰ delinqt/in ſeculũ luet penas. & merito: vt q nomé qđ eſt vnicũ/ iniurioſa conditione violauerit. Quis hoc ipſum deus nõ nomé ſit dei: ſed hominis

bus interim vocabulum illud quaſi pro nomine eius conceſſum eſt. quod tamen vt dixi: cum contumelioſe tractatur/ad veri eius nominis refertur iniuriam. Denicꝫ veteres egyptiorum qui de celeſti curſu & aſtrorum natura/ rationem ſibi viſi ſunt reperiſſe: obſidente ſenſus eorum demone/omnibus nichilominus cõtumeliis/ nomen incommutabile ſubiecerunt. nam alii eorũ Bouem (qui apis dicitur) colendũ tradiderunt/ alii Hircum/alii Gattas /nõnulli Ibin/quidã Serpẽtẽ/ Piſcẽ quocꝫ/& Cepas & Cloacas ac Crepitus ventris pro numinibus habendos eſſe docuerũt/ ac alia innumera que pudet etiam nominare. Quid/Petrus ridetis inquit: vos aliorũ dedecora quia cõſuetudine propria nõ videtis/ nã egyptiorũ quidẽ ſtultitiã merito ridetis: quia muta animalia ipſi cum ſint rationabiles colũt. Audite tamen quomodo & illi vos rideãt. aiũt enim nos viuẽtia colimus animalia licet moritura: vos vero que nũꝙ omnino vixerũt hec colitis/& adoratis. addunt preterea etiam illud figuras eſſe hec/& allegorias virtutum quarũdam: quibus adiutricibus regatur hominũ genus. Sed pudoris perfugio hoc/& nonnulla ſimilia connectẽtes: errorem ſuũ vellere nituntur. Sed non eſt nunc temporis egyptiis reſpõdere: et derelicta cura preſentium/abſentium medicari lãguores. certũ nãcꝫ indicium eſt vos ab huiuſmodi egritudine haberi alienos: qui eam non doluiſtis vt propriam/ ſed riſiſtis vt alienam. Sed redeamus ad vos: quibus placet ita haberi deum vt Ceſarẽ. deos autem vt miniſtros & procuratores Ceſaris. ſequimini me attentius: & modo vobis oſtendam in argumẽti huius curuis anfractibus collocati/ ꝙ certum apud vos omnes eſſe debet & indubitatum/deo qui a nullo factus eſt/ſed ipſe fecit vniuerſa: nichil ex facturis ſuis poſſe equari. necꝫ enim ita quis irrationabilis inueniri poteſt: ꝗ putet ꝙ conferri poſſit/factura factori. Si ergo humana mens/non ſolum ratione: ſed etiam naturali quodam motu/ recte hanc opinionem tenet illud dici deum/cui conferri aut equari nichil poteſt/ſed quod cũctis emineat & cũcta ꝓcellat: quomodo nomen illud quod ſuperat omnia/infra ſe eſſe credit: an recte iis videbitur dari quos ad miniſteriũ & procurationem humane vite putatis eſſe diſpoſitos: Sed & illud addemꝰ. mũdus hic ſine dubio factus eſt/& eſt corruptibilis ſicut etiam latius poſt modum oſtendemus. interim & factum eum eſſe & corruptibilem conſtet. Si ergo mũdus deus dici non poteſt (& recte non poteſt: quia corruptibilis eſt) quomodo mundi partes/ dei nomen acceperint: quod enim totus eſſe non poteſt mũdus: multo magis nõ erit pars eius. Igitur ſi redeamus ad exemplum Ceſaris: videte ꝗ longe erretis. Ceſari eiuſdem licet nature hominem cuius ipſe eſt/conferri tamen neminem licet: deo qui hoc ipſo quo a nullo factus eſt /ſed ipſe fecit omnia/ cuncta ſupereminet/conferri debere aliquem creditis: Sed Ceſaris quidem nomen nulli audetis imponere: quia reum ſuum ſtatim punire non differt/deus autem punire propter penitentiam differt.

Cap. VI.

P Er alios autem ſerpens ille proferre verba huiuſcemodi ſolet. nos ad honorem inuiſibilis dei imagines viſibiles adoramus. Quod certiſſime falſum eſt. ſi enim vere velletis dei imaginem colere: homini benefacientes veram in eodem coleretis imaginem. in omni enim homine eſt imago dei: non tamen in omnibus vere ſimilitudo/ſed vbi benigna anima eſt & mens pura. Si ergo vultis honorare imaginem dei: nos vobis quod bonum eſt/aperimus. vt homini qui ad imaginem dei factus eſt benefaciatis: honorem & reuerentiam deferatis. eſurienti cibum/ſitienti potum/nudo indumentum/egro miniſteriũ/peregrino hoſpi

Margin notes: Ꝙ parum caldeis & egyptiis aſtrologis tribuendũ. — dii egyptiorũ: Bos, Hircus, Gatte, Ibis, Serpens, Piſcis, Cepe. Cloace, Crepitus ventris. — Et id genꝰ iſaniarum — Gatte: felles — PETRVS

tium/ et in carcere poſito neceſſaria miniſtretis . & hoc eſt quod vere deo delatum deputabitur . Hec autem in tantum ad honorem dei imaginis cedunt : vt qui iſta non fecerit/contumeliã imagini diuine intuliſſe credatur. Quis ergo iſte honor dei eſt: per lapideas & ligneas formas diſcurrere/ & inanes atq̃ exanimes figuras tãq̃ numina venerari/& hominẽ in quo vere dei imago eſt ſpernere ? imo potius certi eſtote/ꝙ qui homicidiũ facit/aut adulteriũ/& quidquid in hominũ vel penam/vel iniuriam geritur: in his omnibus dei imago violatur. magna enim impietas in deũ eſt: ledere hominẽ . omne enĩ quod ipſe pati nõ vis:cũ facis alii/ imaginẽ dei/iniq̃s meroribus fedas. Intelligite ergo quia latẽtis intrinſecus ſerpentis eſt iſta ſuggeſtio: que perſuadet pios vos videri poſſe/cũ inſenſibilia colitis/ & nõ videri impios/ cũ ſenſibiles & rationabiles leditis. ¶ Sed hec alius nobis ſerpentis ore reſpõdet & dicit. Si nolebat hec eſſe deus: vtiq̃ nõ eſſent . Nõdũ vobis dico: quomodo ad vniuſcuiuſq̃ mentis probationẽ/in hoc mũdo permittũtur multa eſſe cõtraria . ſed illud eſt: ꝙ nunc interim conuenit dici . ſi ſecundum vos / omne qnod adorandum erat/ eſſe non debuit : nichil pene futurum erat in hoc mũdo . quid einm eſt quod reliquiſtis : quod non adoraſtis? ſolẽ/lunam/ſtellas/aquam/terram/montes/arbores/lapides/lignũ/homines: nichil horum eſt quod non adoraſtis. Oportuit ergo iuxta vocẽ veſtrã/nichil horũ fieri a deo : ne haberetis quod poſſetis adorare . ſed ne homines quidẽ ipſos eſſe oportuit : qui adorarent. Vere hoc eſt quod deſiderat ille: qui intra vos latet ſerpens. nulli veſtrũ parcit: nullum/vult effugere interitum.

Nullum: nullũ hominem.

Sed non ita erit. audite enim : quia non delinquit illud quod adoratur/ ſed ille qui adorat. iuſtũ nãq̃ eſt apud deũ iudiciũ: & aliter patientẽ iniuriã iudicat/aliter inferẽtem. ¶ Sed dices. oportebat ergo eos qui adorãt quod nõ licet adorari/ ſtatim perimi a deo:ne & alius hoc faceret. Sed nõne es tu prudẽtior deo:vt ei cõſilia ſuggeras? ſcit ille quid faciat. omnib⁹ etenim in ignorãtia poſitis/ patientiã preſtat: qa miſericors & pius eſt. & preuidet quia ex impiis: multi efficiũtur pii . & ex ipſis qui impura figmenta & pollutas imagines venerantur: nõnulli conuerſi ad deũ/& reuocantes ſe a peccatis & agentes bona opera/perueniũt ad ſalutem. ¶ Sed debuimus(inquit)omnino nec ad cogitationẽ iſtam venire: ne hec faceremus. Ignoratis

Quid eſt liberi arbitrii: qd attinet ad liberũ arbitriũ.

quid eſt liberi arbitrii:& latet vos/quia ille vere bonus eſt/qui ſuo propoſito bon⁹ eſt . qui autem neceſſitate retinetur in bono : bonus non poteſt dici/ quia non eſt ſuũ quod eſt. quia ergo nũc in vnoquoq̃ libertas eſt : in electione bonorũ vel malorũ ipſe ſibi vel premia vel interitũ querit. ¶ Imo(inquit)quicq̃d cogitamus:deus nobis adducit ad mentẽ. Quid agitis o homines? Blaſphematis . ſi enĩ omne quod cogitamus ipſe nobis adducit ad mentẽ: ipſe ergo nobis cogitationes adulterii ſuggerit/& auaricie/& blaſphemie/omniſq̃ luxurie . Deſinite q̃ſo ab huiuſmodi blaſphemiis: & quis ſit deo dignus honor intelligite.ne dicatis vt ſolẽt quidã veſtrum: quia deus mortaliũ honore nõ indiget. ille quidẽ vere nullius indiget : ſed vos debetis agnoſcere quia vobis prodeſt honor/quẽ deo defertis . Quid enim tã execrabile q̃ ſi gratiam habere neſciat homo/proprio conditori? ¶ Sed melius(inquit)facimus nos: qui & ipſi/& omnibus cum ipſo/gratias agimus. In hoc ſubuerſionem ſalutis veſtre non intelligitis. tale enim eſt hoc: quale ſi quis eger ad medelã ſui/medicũ pariter & venenarios inuitet. cũ illi nocere quidẽ poſſint/ curare non poſſint: verus autẽ medicus/venenis illorũ recuſet ſua medicamenta miſcere/ ne aut pernicies bono/aut ſanitas nocentibus aſcribatur.

Cap. VII.

d Icis ergo/ indignatur aut inuidet deus: ſi cū ipſe benefaciat/ aliis gratie refe- rantur. Etiam ſi non indignetur: non vult tamē erroris actor exiſtere/ vt ſui operis beneficio/ inani idolo fides detur. quid certe tā impiū/ tam ingratū: q̄ a deo beneficiū cōſequi/ & reddere lignis & lapidibus gratiam? Propter quod expergiſcimini/ & intelligite ſalutē veſtrā. deus enim nulliꝰ indiget/ neq; aliquid requirit/ neq; ab aliquo: ſed nos ſumus qui aut iuuamur/ aut ledimur in eo/ ꝙ grati aut ingrati ſumus. nā deo quid confertur ex laudibus noſtris/ aut quid aufertur ex blaſphemiis: niſi ꝙ deus animā ſibi gratias agentē/ proximā ſibi & familiarem facit/ ingratam vero malꝰ poſſidet demon? Sed illud ſcire vos volo: ꝙ aduerſum huiuſmodi animas/ nō ipſe deus per ſe vltionē profert/ ſed vniuerſa creatura eius inſurgit/ & penas de impiis ſumit. & q̄uis in preſenti ſeculo dei bonitas equaliter piis & impiis mūdi lucem ac terre miniſteria largiatur: tamē nō abſq; dolore ſui/ lucē ſol impiis p̄bet/ ceteraq; elemēta exibent ſeruitutē. deniq; interdū etiam cōtra bonitatē cōditoris fatigata: ſceleribus impiorū vincūtur elemēta. & inde eſt ꝙ aut terre fructus corrūpiſ/ aut aeris tēperies nō temperatur/ aut ſupra modū ardor ſolis incēditur/ vel imbriū aut frigorū vis imēſa diffunditur: inde lues & fames/ & mortis facies diuerſa pcurrit. feſtinat enim creatura: in ipios mouere vindictā. dei tamē bonitas reprimit eā/ & ab impiorū indignatiōe refrenat: ac ſue miſericordie obedire cogit magis/ q̄ peccatis hominū & ſcelerībꝰ iflāmari. expectat enī patiētia dei: dū in hoc corpore ſūt/ hominū cōuerſionē. quod ſi vſq; ad exitū vite in ipietate pſtiterint: tūc iā diſcedēs anima q̄ imortalis eſt/ pro ipietatis ſue pſeuerantia/ luet penas imortales. nāq; ſunt etiā impiorū anime/ quas ipſi fortaſſe velint pariter cū corporibus ſuis finiri: ſed nō ita ē. pferēt enī ignis eterni ſine fine ſupplicia: & ad pniciē ſui/ naturā nō habēt moriēdi. ❡ Sed fortaſſe dicetis michi: terres nos Petre. Et quomō vobis dicemꝰ: q̄ in re ſunt? nūquid tacētes ānūciare poſſumꝰ veritatē? q̄ ſunt: aliter q̄ ſunt proferre neſcimus. quod ſi taceamꝰ: cauſam vobis pnicioſe ignorātie nos dabimꝰ & ſatiſfaciemꝰ latēti intra vos & obſidēti ſenſus veſtros ſerpēti. q hec vobis callide ſuggerit: vt ſēp vos inimicos faciat deo. ſed nos ad hoc miſſi ſumꝰ: vt pdamꝰ vobis latebras eiꝰ/ & abſoluētes inimicitias/ recōciliemꝰ vos deo. vt ad ipſū cōuertamini: & placeatis ei in opibus bonis. Inimicitie nāq; ſunt homini ad deū: irrationabilis & impius ſenſus/ prauūq; propoſitū. maxime cū videtur ſcire ſibi aliquid: & eſt in ignorātia. vbi autem abiectis his eadē vobis placere ceperint que deo placēt/ & eadē diſplicere/ atq; ea ceperitis velle que vult deus: tūc vere amici eius dicemini. Cap. VIII.

PETRVS

De anima ſic imortali vt ſi etiā mori velit non poſſit.

ſ Ed fortaſſis aliqs ex vobis dicat: nichil cure eē deo de rebꝰ hūanis. & cuiꝰ/ ne ad notitiā qdē poſſumꝰ pueníre: quomodo ad eiꝰ amicitiā peruenie mus? Qd' deꝰ curā gerat hūanarū rerū: ipſa mūdi gubernatio teſtis eſt/ cui ſol quotidie deſeruit/ cui imbres miniſtrant/ cui fontes/ flumina/ vētiq;/ & oīa famulanē elemēta. que quāto potiora hoībꝰ videnē: tāto curā dei eſſe erga hoies indicant. niſi enim poteſtate excelſi: nūq̄ potiora inferioribꝰ miniſtrarēt. & p hoc non ſolū curā deus erga hoies: ſed & grādē quēdā habere doceē affectū/ quorū miniſterio tā p̄clara mācipauit elemēta. Qui autē etiā ad amicitias dei pueniāt hoies: exēplo nobis ſunt ii quorū precibus tātū indulſit/ vt & clauderet imbribus celū cū vellēt/ & rurſum cū peterēt/ relaxaret. & multa alia/ voluntatem ſuam facientibus preſtitit: que non niſi amiciſſimis preſtarentur. ❡ Sed dicis. quid enim leditur deus: ſi & iſta colātur a nobis? Si quis veſtrum honorē patri debitū/ a quo plurima beneficia cōſecutus eſt/ alii defe-

PETRVS

rat/& alienu atq; extraneũ quaſi patrẽ colat: nõ tibi videtur impius exiſtere in patrẽ/& exheredatione digniſſimus? ¶ Alii dicunt. Impiũ eſt: ſi nõ colamus ea/que nobis tradita ſuut a parẽtibus noſtris/& religionẽ preuaricemꝰ a maioribus datã. Hac ratione: ſi cuius pater latro fuit/ſi filius a parẽtibus ſibi traditã cõſuetudinem mutare nõ debet/ nec ad meliorẽ viã a paternis erroribus reuocari: etiã impiũ ducetur ſi quis nõ cũ parẽtibus peccet/aut nõ cũ ipſis impius perſeueret. ¶ Alii dicũt. Non debemus moleſti eſſe deo: & ipſum ſemꝑ ꝑ aut miſeriarũ querelis/ aut petitionũ noſtrarũ neceſſitatibus onerare. O ſtulta & abſq; omni ſale reſpõſio. moleſtũ deo putas: ſi ei pro beneficiis ſuis gratias agas. cui moleſtũ nõ putas: ſi pro ipſius muneribus/ lignis & lapidibus gratias referas. & quomodo/cum forte imber lõga ſerenitate ſuſpẽditur: omnes/oculos ad celũ tẽdimus/& ab omnipotente deo pluuiarũ munera flagitamus/omneſq; cũ paruulis/ fuſis precibus/ miſerationes ipſius exoramꝰ: ſed reuera ingrate anime cũ impetrauerint: cito eũ obliuiſcũtur. collectis enim meſſibus/aut vindemiis: cõtinuo ad ſurda & muta ſimulachra primitias frugũ deferũt. & pro iis que deus cõceſſit: in tẽplis ac lucis vota perſoluũt/& ſacrificia demonibus offerũt. atq; accepta gratia: ꝑmutãt gratie largitorem. Cap. VIIII.

PETRVS

ſEd quidã dicũt/hec letitie gratia/& ad releuãdos animos iſtituta: & ad hoc inuẽta/vt humana mẽs aliquãtulũ curis & meroribꝰ relaxetur. Videte quomodo ipſi accuſatores eſtis: eorũ que geritis. ſi hec leuãdi meroris & letitie capiẽde cauſa/repta ſunt: quomodo i lucis & ſiluis inuocationes demonũ fiũt? quomodo inſani rotatus hominũ/ſectioneſq; mẽbrorũ/& abſciſiones verẽdorũ? quomodo in his furor rabidus concipitur? quomodo inuitatur inſania? quomodo mulieres ſparſis crinibus: furibũde iactãtur? Vnde ſtridor & fremitus dẽtiũ? vnde mugitus cordis/& viſcerũ: & omnia illa que vel ſimulata/ vel etiã miniſterio demonũ cõpaginata tã ad terrorẽ ſtultorũ/ꝗ & ignorãtiã hominũ proferũtur? hec leuãdi animi gratia fiũt: an potius opprimẽdi? Nõdũ ſentitis neq; intelligitis: latentis intra vos ſerpẽtis/hec eſſe cõſilia. q vos ꝑ irrationabiles errores/ac ſuggeſtiones a ratione veritatis abducit: vt vos libidinis/& cõcupiſcẽtie/ ac totiꝰ dedecoris ſeruos teneat ac miniſtros. ſed ego clara vos omnes predicationis voce cõteſtor: ꝙ ecõtrario religio dei ad ſobrietatẽ vos reuocat/& pudiciciã. a luxuria & furore iubet eſſe cõtinẽtes: & ꝑ patiẽtiã ac mãſuetudinẽ reſecare lapſus iracũdie/propriis eſſe cõtẽtos/& virtute parcimonie/nõ egeſtate qdẽ eſſe cõpulſos aliena diripere/ ſed i oibꝰ ſeruare iuſticiã/ab idolorũ vos imolationibꝰ penitꝰ remouere. ꝑ hec eni inuitatis demones ad voſmetipſos: & introeũdi eis aditũ ſpõte ꝓbetis. & ex hoc iã vel furoris cauſas/vel illiciti clamoris accipitis. hinc ois ipietatis origo deſcẽdit: hinc homicidia/adulteria/furta/& ſeminariũ malorũ omniũ flagitiorũ/cõcipit/ dũ prophanis libaminibꝰ & odoribꝰ indulgetis/& locũ dominãdi in vos & ius quodã modo optinendi/malignis ſpiritibꝰ datis. Ingreſſi eni ſenſus veſtros: qd niſi ꝗ libidinis ſunt/ꝗ iniuſticie/ꝗ crudelitatis ſunt/operant? & ad oia vos (qbꝰ ipſi delectant) ſubiugãt obedire: permittẽte reuera hoc deo pati vos ab eis/iuſto quodam iudicio/ vt ex ipſo dedecore actuũ/ſẽſuũq; veſtrorũ itelligatis/ꝗ idignũ ſit demonibꝰ & nõ deo eẽ ſubiectos. hic & ad indecoros & fedos actꝰ: ꝑ amicitias demonũ ꝑueniẽt. hic vſq; ad ipſiꝰ vite ꝑniciẽ: vel ꝑ flãmã libidis accẽdit/vel ꝑ iracũdie rabiẽ/aut nimietatẽ triſtitie ꝑuenit. vt ſepe notũ eſt etiã ſibi manꝰ itulIſſe nõnullos. qd (vt diximꝰ) iuſta ꝗdã dei ſẽtẽtia fieri ab iis nõ ꝓhibet: vt & qbꝰ ſe ſubdiderit itelligãt/& quẽ deſeruerit recognoſcãt

Sed dicet aliquis. paſſiones iſte interdum accidunt etiam iis: qui deum colunt.
Non eſt verum. etenim dicimus eſſe dei cultorem: qui voluntatem dei facit/ & le-
gis precepta cuſtodit. apud deum enim/non ille qui apud homines iudeus dicitur/
iudeus eſt/neq3 qui gentilis vocatur/ille gentilis eſt: ſed qui deo credens/legem im-
pleuerit ac voluntatem eius fecerit/ etiam ſi non ſit circunciſus: verus dei cultor eſt.
iſq3 non ſolum liber eſt ab huiuſmodi paſſionibus: verum & alios/ ab eis liberos
reddit. etiam ſi ſint ita graues vt montibus coequẽtur: per fidem qua credidit deo/
tranſfert eas. ſed & montes vere cum arboribus ſuis: ſi neceſſe ſit/per fidem trãſfert.
qui autem videtur quidem colere deum/ſed neq3 fide plena neq3 mãdatorum ope-
ribus munitur/ ſed eſt peccator: pro peccatis locum dedit in ſemetipſo paſſionib9/
que ad penam peccantium cõſtitute ſunt a deo. vt ab eis per illata ſupplicia exigãt
debita peccatorum: & purgatiores eos ad iudicium illud generale perducant/ſi ta-
men caſtigationem eorum/non deſerat fides. nam infidelium caſtigatio in preſenti
vita: indicium eſt/ꝙ alieni incipiunt exiſtere a futuris bonis. deum vero colentium De penis.
caſtigatio/cum pro peccatis que acciderint eis infertur: commiſſi ab eis exigit debi-
tum/vt preuenientes iudicium/in preſenti ſeculo peccati debitum ſoluant/ & libe-
rẽtur vel ex parte media ab eternis que illic preparate ſunt penis. Sed hec ita eſſe nõ
recipit/qui nõ credit futurum eſſe iudicium dei: & ob hoc preſentis ſeculi volupta-
tibus obligatus/ab eternis excluditur bonis. & ideo nos non negligimus predicare
vobis: que ſaluti veſtre ſcimus eſſe neceſſaria/ & qui ſit verus dei cultus oſtendere.
vt credẽtes deo: per opera bona poſſitis vna nobiſcũ futuri ſeculi heredes exiſtere.
Q2 ſi nondum apud vos certum eſt/vera eſſe que dicimus: interim pro hoc/primo
non debetis egre accipere & infenſi eſſe: quia que putamus bona/hec vobis ãnun-
ciamus. & quod vobis ſalutare eſſe credimus: hoc etiam vobis conferre non inui-
demus/omni(vt dixi)ſtudio laborãtes quo coheredes vos bonorũ(que ipſi nobis
euentura credimus) habeamini. vtrũ autem pro certo vera ſint/que annunciamus
vobis: nõ aliter ſcire poteritis/ niſi vt obedientes iis que mandantur/ ipſo rerũ exi-
tu & beatitudinis certiſſimo fine doceamini. Et ideo etiã ſi latens intrinſecus ſerpẽs
ſenſus veſtros mille deprauandi artibus occupet/ & impedimẽta mille ſubiciat/q-
bus a ſalutari doctrina veſtrum declinet auditum: eo magis obſiſtere ei debetis/ &
ſpretis eius ſuggeſtionibus/ad audiendum a nobis verbum/ ſuſcipiẽdamq3 doctri-
nam/ frequentius conuenire. quia nemo poteſt diſcere aliquid: qui non docetur.
Cũq3 hec dixiſſet/iuſſit ſibi eos q languoribus vel demonibus vrgebantur offer-
ri: & impoſuit eis manus cũ oratione/ atq3 ita turbas dimiſit/ admonens vt ad au-
diendũ verbũ/diebus quibus ibidẽ demoraturus eſſet frequẽtarẽt. Igitur vbi turbe
abſceſſere: Petrus aquis que in orto fluebant corpus diluens/vna cũ ceteris volen-
tib9/humi ſterni iuſſit ſub arbore quadã/ cuius vmbra erat plurima/& recumbere
nos ſecũdũ ordinẽ apud ceſareã ſtatutũ/precepit. Atq3 ita cibo ſumpto/hebreorũ
ritu gratias agẽs deo: quia adhuc aliquãtulũ diei ſuperat/iubet nos de qbus velim9 Libelli illi/ha
pcõctari. Cũq3 eſſemus omnes cũ eo viginti: vnicuiq3 de quo querere voluit expla- biti non ſunt.
nauit. quorũ ſingula queq3 libellis comprehenſa: tibi iam miſi. veſpere autẽ facto/
ingreſſi hoſpitium cum ipſo: ſuis quiq3 locis requieuimus.

Recognitionum Petri apoſtoli:
Quinti libri finis.

RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI LIBER SEXTVS.

Caput.I.

Illa que cũ viginti diſſeruit Petrus: in hoc opere non habentur/ ſed in alio trãſmiſit Clemens.

v

Bi vero creſcẽtibus tenebris/primũ dies cepit proferre crepuſculũ: Pe-
trus orationis gratia ortũ ingreſſus/exinde egrediẽs velut excuſari ſe
nobis videbat/ ꝙ tardi⁹ ſolito euigilans/veniſſet ad nos. Aiebat ergo
vbi veris tempus longiorẽ fecerit diẽ/neceſſe eſt vt nox breuior fiat. ſi
quis ergo ſtudiorũ cauſa/noctis aliquid occupare deſiderat: non in omni tempore
eaſdẽ horas obſeruare debet ad vigilandũ/ ſed eadẽ temporis ſpatia: ſiue breuior/
ſiue longior ſit nox/dormiendo cõſumere. & curare magnopere: ne preſumens ex
iis ſpaciis que habere ad ſtudẽdũ ſolet/ addat ſomno/& vigilãdi tempus iminuat.
obſeruandũ nãq; & illud eſt: ne forte ſi nondũ decoctis cibis interrumpatur ſomnus/indigeſtũ corpus aggrauet mẽtẽ/ & crudos adhuc exhalans cibos/ ſpiritus in-
teriorem ſenſum cõfuſum reddat ac turbidũ. rectũ ergo eſt: vt competẽti etiã pars
iſta quiete foueatur/ quo poſſit ſufficiẽter iis (que ſibi debẽtur) corpus expletis/ iu-
ſtum in reliquis menti exhibere miniſterium.

Cap.II.

PETRVS

e

T cũ hec dixiſſet: plurimis iam conſueto in orti loco ad audiendũ cõgrega-
tis/proceſſit Petr⁹. Et ſalutatis ex more turbis: dicere hoc modo cepit. Quo-
niã quidẽ ſicut terra cultore neglecta/ſpinas & tribulos neceſſario producit: ita ſen
ſus veſter longi tẽporis incuria/multas & noxias opiniones rerũ/ & intelligentias
falſe ſcientie germinauit. opus eſt nũc multa diligentia/ad excolendũ rus mẽtis ve-
ſtre: vt id ſermo veritatis/ qui eſt verus & diligens cordis colonus/aſſiduis excolat
diſciplinis. veſtrũ eſt ergo prebere ei obediẽtiã: & occupationes ac ſolicitudines ſu-
perfluas amputare/ ne bonũ verbi ſemen/necet noxiũ germen/poteſt enim fieri vt
multi tẽporis negligentiã: breuis & aſſidua reparet diligẽtia. incertũ nãq; eſt vniuſ
cuiuſq; vite tẽpus: & ideo feſtinandũ eſt ad ſalutẽ/ne forte cunctantẽ/ mors repen-
tina preueniat. & ob hoc acrius innitẽdũ eſt: vt dũ eſt tẽporis ſpaciũ/collecta ma-
le cõſuetudinis vicia reſecentur. quod non aliter facere poteritis: niſi vt iraſcamini
quodãmodo aduerſus voſmet ipſos / pro iis que inutiliter geſſiſtis ac turpiter. hec
enim eſt iuſta & neceſſaria iracũdia: qua vnuſquiſq; in iis quibus errauit & perpe-
ram geſſit/indignatur & ſemetipſum incuſat. ex qua indignatione accẽditur in vo
bis ignis quidã: qui velut agro ſterili immiſſus/& conſumptis & excoctis radicibus
peſſime voluptatis/bono ſemini verbi dei / fecundiorem cordis preparat glebam.
Puto autem ꝙ ſatis dignas habeatis cauſas iracũdie/ex quibus iuſtiſſimus ignis iſte
coaleſcat: ſi cõſideretis in quantos vos errores ſeduxit ignorantie malũ/quantoſq;
lapſus & ad quãta precipitia ad peccandũ dedit/a quãtis vos bonis abſtraxit/& in
que precipitauit mala. & quod eſt ſup omnia grauius: ꝙ vos in futuro ſeculo eter
nis penis obnoxios fecit. Nonne pro his omnibus vbi vobis veritatis lumen efful
ſit: ignis iuſtiſſime indignationis accẽditur /& iracũdie deo placite intra vos cõſur-
git incendiũ/ quo cõſumatur & radicitus intereat/ omne germen ſi quod forte in-
tra vos male cõcupiſcentie pullulauit? Vnde & ipſe qui miſit nos cum veniſſet/&
omnẽ mũdũ vidiſſet ad maliciã declinaſſe: non continuo pacẽ in erroribus poſito
dedit/ne eũ cõfirmaret in malis/ſed ignorantie eius ruinis ſcientiam veritatis oppo
ſuit. vt ſi qui forte reſipiſcerent & lumẽ veritatis aſpicerẽt: deceptos ſe & in precipi
tia erroris abſtractos merito dolerent/ & iracundie ſalutaris ignem/aduerſus dece-
ptricem ſui conciperẽt/ignorantiam. ob hoc itaq; dicebat: ignẽ veni mittere in ter-

ram/& quem volo vt accendatur. eſt ergo pugna quedam: que gerenda nobis eſt
in hac vita. ſermo enim veritatis & ſcientie/neceſſario ſeparat homines ab errore &
ignorantia: ſicut ſepe videmus putrefactas corporis carnes/a nexione viuentiũ mē-
brorum ferro ſecante ſeparari. tale ergo aliquid eſt: quod agit veritatis agnitio. ne-
ceſſe eſt enī vt ſalutis cauſa/filius (verbi gratia) qui ſermonē receperit veritatis: a pa
rentibus ſeparetur incredulis/aut rurſum pater ſeparetur a filio/aut filia a matre. &
hoc modo inter propinquos & conſanguineos/credentes atqꝫ incredulos: ſcientie
& ignorantie/veritatiſqꝫ & erroris pugna conſurgit. Et ob hoc iterum inquit qui
nos miſit: non veni pacem mittere in terram/ſed gladium. ¶ Quod ſi dicit aliquis:
& quomodo iuſtum videtur ſeparari filios a parentibus? Audi quomodo. quia ſi
cum ipſis in errore permaneant: neqꝫ illis proderunt/ & ipſi cum illis pariter interi-
bunt. iuſtum igitur/& valde iuſtum eſt: ſeparari eum qui ſaluari vult ab eo qui nō
vult. Sed & illud aduerte: quia non ex illis qui rectius intelligũt/venit iſta ſeparatio.
illi enim volunt eſſe/pariter & prodeſſe eis/& docere meliora: ſed eſt iſtud propriũ
ignorantie vicium/ vt eā/confutantis veritatis lucē nō ferat habere de proximo/&
ideo ex illis iſta naſcitur ſeparatio. nam qui ſcientiam veritatis accipiunt que bonita
tis plena eſt/tanq̄ a bono deo datam/cupiunt eam ſi fieri poteſt/cum omnibus ha
bere communē/etiam cũ iis qui oderunt eos & perſequũtur. ſciunt enim ꝙ peccati
ipſorum cauſa: ignorantia eſt. Propterea deniqꝫ ipſe magiſter cum ab iis qui igno-
rabant eum/duceretur ad crucem: orabat patrem pro interfectoribus ſuis/ & dice-
bat. pater/remitte eis peccatum: non enim ſciunt quid faciunt. imitantes quoqꝫ di-
ſcipuli magiſtrum: etiam ipſi cum paterentur/ſimiliter pro interfectoribus ſuis ora-
bant. Q; ſi diſciplina eſt nobis orare etiam pro interfectoribus & pſecutoribus no-
ſtris: quomodo non etiam parētum & propinquorum perſecutiones ferre/& pro
conuerſione eorum orare debemus? Tum deniqꝫ etiam illud diligentius conſidere-
mus: que ſit nobis cauſa parentes diligendi. pro eo inquis ꝙ vite noſtre habentur
actores. actores quidem noſtre vite parentes non ſunt/ſed miniſtri. non enim vitā
prebent: ſed ingrediendi nobis ad hanc vitam exhibent miniſterium. actor autem
vite/vnus & ſolus eſt deus. Si ergo actorem vite diligere volumus: illum nobis ſci-
amus eſſe diligendum. Cap.III.

ſ Ed illum inquis cognoſcere non potuimus: iſtos autem & nouimus & in affectu habemus. Eſto cum non potueris agnoſcere quid ſit deus: quid ta- PETRVS
men non ſit deus perfacile ſcire potuiſti. nā quomodo latere potuit homi-
nem: ꝙ lignũ/aut lapis/aut es/vel alia huiuſmodi materia/deus non ſit? ꝙ ſi in iis
que facile deprehendere potuiſtis/ animũ ad diſcutiendũ noluiſtis intendere: certũ
eſt ꝙ & in agnitione dei impediti eſtis/non impoſſibilitatis ſed ignauie vicio. nam
ſi voluiſſetis: ex his ipſis inutilib⁹ ſimulacris/profecto accepiſſetis intelligentie viā.
certum eſt enim quia per ferrum facta ſunt ſimulacra/ ferrum vero per ignem con-
fectum eſt: qui ignis aqua extinguitur/ aqua autem per ſpiritum mouetur/ ſpiritus
autem a deo initium habet. ſic enim dicit Moſes propheta. in principio fecit deus
celum & terram: terra autem erat inuiſibilis & incompoſita/& tenebre erant ſuper
abyſſum/& ſpiritus dei erat ſuper aquas. qui ſpiritus iuſſu dei/quaſi ipſa cōditoris
manus lucem ſeparauit a tenebris: & poſt illud inuiſibile celum/ iſtud viſibile pro-
duxit. vt ſuperiora quidem/habitaculum faceret āgelis: inferiora vero hominibus.
propter te ergo dei iuſſu/aqua que erat ſuper faciem terre/receſſit: vt terra tibi pro-

duceret fructus. cui etiam humorũ venas latenter inſeruit: vt tibi ex ea profluerent
fontes & flumina. propter te iuſſa eſt producere animãtia/ & omnia que tuo vſui
voluntatiq; ſeruirent. an non propter te venti ſpirãt: vt ex ipſis concipiẽs fructus/
tibi terra parturiat? non propter te imbres profluũt/& tempora viciſſitudines mu-
tant? non propter te ſol oritur & occidit: & mutationes luna perpetitur? propter
te mare exhibet famulatũ ſuũ: vt tibi ingrato cuncta ſubiaceant. nonne pro his om
nibus iuſta erit vltionis pena: quia horum omniũ largitorem/quem ante omnia &
agnoſcere & venerari debuiſtis ſolum pre ceteris ignoraſtis? Sed & nunc eiſdẽ vos
ad hanc intelligentiam viis duco. videtis etenim quod omnia gignuntur ex aquis:
a qua vero per vnigenitum/ex initio facta eſt. vnigeniti vero omnipotens deus ca-
put eſt: per quem tali ordine (quo ſupradiximus) peruenitur ad patrem. cũ autem
perueneris: agnoſces hãc eſſe volũtatem eius/ vt per aquas que prime create ſunt/
denuo renaſcaris. qui enim regeneratus fuerit per aquam/bonis operibus adimple-
tus: heres efficietur eius/a quo in incorruptione generatꝰ eſt. Propter quod paratis
animis accedite quaſi filii ad patrem: vt peccata veſtra diluãtur/& cauſa eorum ſo-
la ignorantia fuiſſe probetur apud deum. nam ſi poſt agnitionem horum perman
ſeritis in incredulitate: vobis iam perditionis veſtre cauſa/& non ignorantie/repu-
tabitur. nec putes ꝙ etiam ſi omnem pietatem colas/ omnẽq; iuſticiam/baptiſmũ
vero nõ accipias: ſpem poſſis habere apud deum. imo potius maiore pena dignus
eris: qui bona opera non bene operaris. confertur enim/meritum homini ex bo-
nis geſtis: ſed ſi ita gerãtur/ſicut deus iubet. deus autem iuſſit omnem colentem ſe
baptiſmo conſignari. Q; ſi tu reniteris & tue voluntati magis ꝗ dei obtemperas:
contrarius ſine dubio & inimicus volũtati eius exiſtis. Cap.IIII.

ETRVS ſ Ed dices fortaſſe. Quid confert aque baptiſmus ad dei cultum? Primo qui-
dem quia quod deo placuit: impletur. ſecũdo quia regenerato ex aquis/&
deo renato: fragilitatis prioris natiuitas/que tibi per hominẽ facta eſt/amputatur.
& ita demũ peruenire poteris ad ſalutem: aliter vero impoſſibile eſt. ſic enim nobis
cum ſacramento verus propheta teſtatus eſt dicens: amen dico vobis niſi quis de-
nuo renatus fuerit ex aqua/non intrabit in regnum celorum. Et ideo accelerate. eſt
enim in aquis iſtis: miſericordie vis quedã. que ex initio ferebat ſuper eas: & agno-
ſcit eos qui baptiſantur ſub appellatione triplicis ſacramenti. & eripit eos de ſuppli-
ciis futuris: quaſi donũ quoddam offerens domino animas/ per baptiſmũ cõſecra
tas. Confugite ergo ad aquas iſtas. ſole ſunt enim: que poſſint vim futuri ignis ex-
tinguere. ad quas qui moratur accedere: conſtat in eo infidelitatis adhuc dolũ ma-
nere/& ab ipſo prohiberi/ad aquas que ſalutẽ cõferunt properare. ſiue enim iuſtus
ſis/ſiue iniuſtus: baptiſmus tibi per omnia neceſſarius eſt. iuſto quidẽ vt adimplea-
tur in eo perfectio/& regneretur deo. iniuſto vero vt peccatorũ que geſſit in igno
rantia/remiſſio concedatur. omnibus ergo feſtinandum eſt ſine mora renaſci deo:
quia incertꝰ eſt vniuſcuiuſq; exitus vite. cum autem regeneratus fueris per aquam:
ex operibus bonis oſtende in te ſimilitudinem eius/qui te genuit patris. agnouiſti
enim deum: honora patrem. honor autem eius eſt: vt ita viuas/ſicut ille vult. vult
autem te ita viuere: vt homicidium/adulterium neſcias/ odium/auariciam fugias/
iram/ſuperbiam/iactantiam reſpuas/& execreris inuidiam/ ceteraq; his ſimilia peni
tus a te ducas aliena. Eſt ſane propria quedam noſtre religionis obſeruantia: que
non tam imponitur hominibus/ꝗ ab vnoquoq; deum colente/cauſa puritatis ex-

petitur/caſtimonie dico cauſa/cuꝰ ſpecies multe ſunt. Sed primo vt obſeruet vnuſ
quiſq;: ne menſtruate mulieri miſceatur. hoc enim execrabile ducit lex dei/ quod ſi
lex de his non admonuiſſet: nos libenter volueremur in ſtercore: debemus aliquid
amplius habere animalibus/ vt pote rationabiles homines & celeſtium ſenſuum ca
paces: quibus ſummi ſtudii eſſe debet/ ab omni inquinamento cordis conſcientiam
cuſtodire. bonum eſt autem & puritati conueniens: etiam corpus aqua diluere. bo
nū vero dico/ non quaſi princ͞ipale illud/ in quo mens purificatur: ſed quod ſeque-
la ſit illius boni hoc/ in quo caro diluatur. ſic enim & magiſter noſter quoſdā pha-
riſeorum & ſcribarum/ qui videntur eſſe ceteris meliores/ & a vulgo ſeparati: incre-
pabat/ dicens eos ipocritas. qa ea ſola que ab hominibus videbantur: purificabāt.
corda vero / que ſolus deus aſpicit: inquinata relinquebant & ſordida. ad quoſ-
dam ergo ex ipſis/ non ad omnes dicebat: ve vobis ſcribe & phariſei ipocrite/ quia
mundatis calicis & parapſydis quod de foris eſt / intus vero plena ſunt ſordibus.
Phariſee cece emunda prius quod intus eſt: & quod de foris eſt erit mūdum. vere
enim ſi mens mundetur luce ſcientie: cum ipſa fuerit mūda ac ſplendida/ tunc etiam
eius qui de foris eſt hominis/ ipſa neceſſario curam gerit (id eſt carnis ſue) vt & ipſa
purificetur. vbi autem iſta que de foris eſt/ purificatio carnis negligitur: certum eſt/
ibi neq; de puritate mentis ac mundicia cordis curam geri. ita ergo fit/ vt is quidem
qui intrinſecus mundus eſt: mūdetur ſine dubio & extrinſecus. non ſemper autem
is qui mundatur extrinſecus: etiam intrinſecus mundus/ videlicet cum agit hec/ vt
hominibus placeat. Cap. V.

¶ Ed illa ſpecies caſtimonie obſeruāda eſt: vti ne paſſim & libidinis ſoliꝰ cau- PETRVS
ſa feminis conueniatur/ ſed poſteritatis reparande gratia: que obſeruantia
cū in nonnullis etiam pecudibus inueniatur: pudoris eſt/ ſi non ab hominibus ra-
tionabilibus & deum colentibus obſeruetur. in tantum autem caſtimonia verum
dei cultum tenentibus: per has quas ſupra dixi/ aliaſq; horum ſimiles ſpecies conſer
uanda eſt/ vt etiā apud eos qui a diabolo adhuc in erroribus detinentur/ attentius
obſeruetur. eſt enim & apud illos nonnulla obſeruantia caſtimonie. quid ergo ꝙ
errantes/ cuſtodiebatis: hoc non obſeruabitis emendati? ¶ Sed fortaſſe dicet aliqs
veſtrum. oportet ergo nos omnia que fecimus dū coleremus idola: cuſtodire. Nō
omnia: ſed quecunq; benefiebant/ hec etiam nunc conuenit obſeruare. quia ſi quid
recte fit ab iis qui in errore ſunt: certum eſt id a veritate ſumptum. quia & ſi quid in
vera religione non recte fit: non eſt dubium/ quin ab errore mutuatum ſit. bonum
nanq; etiam ſi ab errantibus geſtum fuerit: bonum eſt. & malum etiam ſi ab iis qui
veritatem ſequuntur geſtum fuerit: malum eſt. Aut nunquid ita deſipimus: vt ſi vi-
deamus eum qui idola colit eſſe ſobrium: nos qui deum colimus/ ſobrii eſſe recuſe-
mꝰ/ ne eadem facere que ille qui colit idola videamur? Non ita eſt: ſed ſit nobis ſtu
dium/ vt ſi illi qui errant/ homicidium non faciunt/ nos ne iraſcamur quidem. & ſi
illi adulterium non admittunt: nos ne concupiſcamus quidem alienam mulierem.
ſi illi amant proximos ſuos: nos diligamꝰ etiam inimicos noſtros. ſi illi mutuo dāt
iis qui habent vnde reddant: nos etiam iis demus/ a quibus recipere non ſperamꝰ.
& per omnia nos qui eterni ſeculi hereditatem ſperamus: debemus precellere eos/
qui preſens tantum ſeculum norunt. ſcientes quia ſi opera eorum noſtris operibꝰ
collata/ in die iudicii ſimilia inueniantur ac paria: confuſio nobis erit/ ꝙ equales in-
ueniamur in operibꝰ/ iis/ qui propter ignorantiam condemnantur/ & nullam ſpem

futuri ſeculi habuerunt. & vere digna confuſio eſt: vbi nichil amplius geſſimus ab iis/quibus amplius intellexerimus. Q. ſi confuſio nobis erit equales eis inueniri in operibus bonis: quid erit nobis/ ſi inferiores nos ac deteriores examinatio futura repperiat? Audite ergo quomodo de his nos ipſe verus propheta docuerit. ad eos enim qui negligunt audire verba ſapientie: ita ait. regina auſtri ſurget in iudicio cū generatione hac: & condemnabit eam. quia venit a finibus terre audire ſapientiam Salomonis: & ecce plus q̃ Salomon hic/& non audiunt. ad eos vero qui de malis actibus/gerere penitentiam detractabant: ita ait. viri niniuite ſurgēt in iudicio cum generatione hac: & condemnabunt eam. quia penitentiam egerunt in predicatione Ione: & ecce pluſq̃ Iona hic. Vides ergo quomodo eos qui erudiebantur ex lege (adductis ad exemplum illis/ qui ex gentili ignorantia veniebant: & oſtendens eos nec illis equales eſſe/qui in errore poſiti videbantur) ex ipſa tantum comparatione cōdēnat. ex quibus omnibus/ſermo quem propoſuimus approbatur/& caſtimonia que aliquatenus etiam ab iis qui in errore ſunt poſiti/ cuſtoditur: multo purius & attentius & per ſingulas qualqꝫ (ſicut ſupra oſtendimus) ſpecies/a nobis qui veritatem ſequimur teneatur. eo magis: quo apud nos/ obſeruantie eius premia eterna ſunt poſita.

Caput. VI.

h Ec & his ſimilia cum dixiſſet Petrus: turbas dimiſit. & ex more cum familiaribus ſuis cibo ſumpto/ quieuit. hoc autem modo/per tres continuos menſes cum verbum dei doceret/& plurimos conuerteret ad fidem: ad vltimū ieiunare me iuſſit. & poſt ieiunium in fontibus qui contigui habentur mari/perennis aque michi baptiſmum dedit. Cunqꝫ pro regenerationis gratia diuinitus michi collata/ feriati cum fratribus & leti egiſſemus: Petrus eos qui ad precedendum fuerant ordinati/proficiſci antiochiam/iubet/ atqꝫ ibi tres alios expectare menſes. quibus profectis: ipſe eos qui fidē domini plene receperant/adducens ad fontes (quos mari contiguos ſupradiximus) baptizauit. & euchariſtiam frangens cum eis: Maronem qui cum hoſpitio receperat/perfectum iam in omnibus/cōſtituit eis epiſcopum/ & duodecim cum eo preſbyteros/ſimulqꝫ diacones ordinat. inſtituit etiam ordinem viduarū: atqꝫ omnia eccleſie miniſteria diſponit. Vniuerſoſqꝫ admonet: Maroni epiſcopo in omnibus que precipiat obedire. & ita cunctis competēter diſpoſitis: cum tempus trium menſium fuiſſet expletum/ vale dicentes iis qui fuerant apud tripolim/antiochiam proficiſcimur.

Clemens baptizatur

Maro ordinatus epiſcopus tripolitanis.

Petrus miniſteria eccleſie ordinat

RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI
LIBRI SEXTI
FINIS.

RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI LIBER SEPTIMVS.

Cap.I.

Greſſi tandem etiam tripolim phenicis vrbem: primam in ortoſiade/ haud procul a tripoli fecimus manſionem. vbi ſequenti quoqȝ die remorati: quia omnes pene qui deo crediderant/ dū diuelli a Petro nequeunt/ illo vſqȝ ſecuti ſunt. Inde antharadum venimus. ſed ꝙ multi nos comitarentur: ait Petrus ad Nicetam ſimulqȝ & Aquilam. quoniā quidē pluríme fratrum turbe nobiſcum ſunt/ & ingredientes ſingulas quaſqȝ vrbes/ non parum inuidie contrahimus: videtur michi prouidendum/ vt neqȝ ipſis ingratum ſit ſi prohibeantur ſequi/ neqȝ nobis pompe alicuius excitet malignus inuidiam. cēſeo itaqȝ te Nicetam & Aquilam precedere nos cum ipſis: ita vt etiam vos/ in duas partes diuiſam multitudinem ducatis. vt ſparſim magis q̄ ſub vna congregatione iter agentes/ ſingulas quaſqȝ introeamus gentium ciuitates. ſcio autē quia triſte vobis videbitur: ꝙ videamini a me/ duorum ſaltem dierū ſpacio ſeparari. credite michi: quia qua menſura diligitis me/ decuplo amplior michi quoqȝ erga vos affectus eſt. ſed ſi pro affectu quem adinuicem gerimus/ non faciamus que conuenientia & honeſta ſunt: irrationabilis huiuſmodi amor videbitur. & ideo nequāq̄ titulo charitatis imminuto: que vtilia videantur ac neceſſaria procuremus. maxime cum nullus dies poſſit intercedere: quo nō diſputationibꝰ meis intereſſe poſſitis. per ſingulas quaſqȝ nobiliores prouinciarum ciuitates: propoſui (ſicut etiam vos ſcitis) ternos docendi gratia/ reſidere menſes. nunc etiam/ laodiciam que eſt vrbs proxima: precedite me/ & ego poſt biduum aut triduum/ quantum ad propoſitum meū ſpectat/ aſſequar vos. operimini autem me ad proximū porte ciuitatis ſtabulum. & inde interim cum dies ibi aliquot trāſegerimus: precedetis me ad vlteriores ciuitates. & hoc vos facere per ſingula cupio: declināde (quantū in nobis eſt) inuidie gratia. & vt fratres qui nobiſcum ſunt: veſtri prouidentia per ſingulas ciuitates parata inuenientes hoſpitia/ minus vagari videantur. hec dicente Petro: neceſſario acquieſcunt dicentes. non valde nos contriſtat hoc agere: quia a te iubemur/ qui omnia bene & agere & bene conſulere pro Chriſti prouidentia electus es. ſed vna die aut ſi multum biduo/ quāuis grande ſit in hoc omni ſpacio nō videre dominū noſtrū Petrum: tamen tolerabile eſt. conſideramus enim quid patiuntur illi duodecim fratres noſtri: qui precedunt nos/ & mēſem pene integrū ex tribus menſibus quibus per vnam quāqȝ vrbem reſident/ tanto bono auditus tui viſioniſqȝ fraudantur. vt ergo iubes: quia recte omnia iubes/ agere non morabimur. Et his dictis preceſſerūt acceptis mandatis/ vt extra vrbem alloquerētur fratres qui ſecum iter agebant/ ne conſtipati quaſi cū tumultu/ ſed ſparſim & in binos diuiſi ingrediantur ciuitates.

Cap.II.

v Erum vbi illi profecti ſunt: ego Clemens valde gauiſus ſum/ ꝙ me ſecū eſſe fecit. (Clemens) & aio ad eum: deo gratias ago/ ꝙ me non premiſiſti cum aliis. nam triſticia interiſſem. (PETRVS) ¶ Tum Petrus: & quid fiet inquit/ ſi neceſſitas exegerit mitti te aliquo doctrine gratia: ſeparatus a me pro vtilitate/ morieris: nec tibimet ipſi imperabis ferre patiēter/ que neceſſitas impoſuerit: an ignoras q̄a amici ſemper ſimul ſunt/ & licet corporibus ſeparentur/ memoria tamen iunguntur: ſicut econtrario: non nulli corporibus vna poſiti/ animis diuiduntur. ¶ Et ego reſpondi. non putes mi (Clemens)

dominé/hec me irrationabiliter pati : ſed certa & cauſa & ratio eſt huius erga te af-
fectus mei. te enim ſolum pro omnibus meis affectionibus habeo : pro patre/pro
matre/pro fratribus. ſuper hec autem omnia eſt : quod michi ſalutis cauſa & agno
ſcende veritatis/tu ſolus exiſtis . ſed & illud non michi in poſtremo habetur loco :
quod iuuenilis etas que in me eſt/concupiſcẽtiarum inſidiis ſubiacet. & vereor eſſe
ſine te: cuius ſolam preſentiam omnis luxuria/ q̄uis ratione careat erubeſcit. licet cō
fidam de miſericordia dei : ꝙ etiam ſenſus meus ex iis que per doctrinam tuam con
cepit/aliud iā aliquid cogitatione recipere nō poſſit . Preterea memini te apud Ce-
ſaream dixiſſe: vt ſi quis vult: me(ſalua pietate)comitetur. ſalua autem pietate dice-
bas: vt neminem cōtriſtaret/cui ſecundum deum ſolatium deberet adhibere. verbi
gratia ne vxorē fidelem relinqueret/vel parentes/ vel alias huiuſcemodi perſonas/
a quibus ego valde liber ſum:& ideo aptus ad ſequendum te. atq; vtinā michi con

PETRVS Faceta iro-nia.

cedas: vt tibi etiam ſerui miniſterium exhibeam. ¶ Tō Petrus ad hec ridens ait. Et
quid putas Clemens: niſi ꝙ te ipſa neceſſitas michi faciat ſeruum. nā quis michi po
terit alius ſternere ſindones/& ſtragula pulchra componere ? quis ſeruare anulos:
& indumēta que aſſidue mutare debeam preparabit? quis etiam cocis imperabit:&
diuerſa atq; electa pulmentaria prouidebit? que arte vt ſcis maxima & varia prepa-

Cib⁹ PETRI & veſtitus /& conditio ſua.

rantur: & omnia illa que hominibus molliter inſtitutis/imo potius cupiditati corū
velut immaniſſime cuidam beſtie iniuſtis queſita ſumptibus conuectantur.Sed for-
taſſe q̄uis mecum poſitus videaris : nondum agnoueris vitam meam . panis michi
ſolus cum oliuis/& raro cum oleribus in vſu eſt . indumētum autem hoc eſt michi
quod vides/tunica cum pallio. & hec habens: aliud nichil requiro. hoc michi ſuffi-
cit: quia mens mea/non hec preſentia/ſed ad illa que eterna ſunt aſpicit . & ideo ni-
chil me rerum preſentium viſibiliumq;/delectat. vnde tuum quidem erga me bonū
animū amplector: & miror magis ac laudo quomodo cum tu vir ex conſuetudine
multe abundantie veniens/tam cito transferre & aptare te potueris ad hanc vitam
noſtrā/que ſolis neceſſariis vtitur. nos enim a puero(id eſt ego & frater germanus
meus Andreas) non ſolum orphani/ſed & valde pauperes creuimus: & neceſſita-
te operarii eſſe cōſueuimus. vnde & nunc facile vexationes itineris ferimus. ſed po
tius ſi michi acquieſceres & pmitteres: ego magis homo operarius/facilius tibi poſ
ſem ſerui implere miniſterium . ¶ At ego Clemens hec audiens/contremui: & la-

Clemens

chrime michi continuo proruperunt/ꝙ talem michi ſermonem dixerit vir tantus/

PETRVS

quo omnis mundus habetur inferior. ¶ Tum ille lachrimantem me videns : cau-

Clemens

ſam percontatur. ¶ Cui ego reſpondi. Quid tantum in te peccaui : vt me tali ſer-

PETRVS

mone onerares? ¶ Et Petrus. Si malum eſt inquit/quod dixi/vt ſeruiam tibi: tu

Clemens

prior peccaſti/hoc michi dicendo.¶ Et ego. Non eſt inquam ſimile. me enim de-
cet hoc tibi facere : tu autem qui dei ſummi preco ad ſaluandas animas hominum

PETRVS

miſſus es/graue eſt vt hoc michi dicas. ¶ Et Petrus. Acquieſcerem tibi inquit: niſi
dominus noſter/qui ad ſalutem totius mundi venit/& qui erat omni creatura no-
bilior/ſeruire paſſus eſſet. vt nobis ſuaderet: non erubeſcere fratribus noſtris/ſeruo

Clemens

rum exhibere miniſterium.¶ Tum ego.Si puto ꝙ poſſim te vincere:valde ſtultus
ſum. veruntamen ego gratias prouidentie dei: ꝙ parentum loco te habere merui.

PETRVS Clemens.

¶ Tum Petrus.Nemo (inquit) vere ex genere tibi ſuper eſt ? ¶ Et ego reſpondi.
Sunt quidem multi potentes viri: ex Ceſaris proſapia venientes . nam patri/vt po
te propinquo ſuo & vna educato/nobilis ac eque familie/Ceſar ipſe iūxit vxorem.

ex qua duos geminos ante me filios ſuſcepit: nõ valde(vt aiebat pater)ſibi inuicem
ſimiles. ego enim eos non adeo ſciebam:ſed nec matris quidem valde memor ſum.
ſed quaſi per ſomniũ: ita tenuiter vultus eius ſpeciem recolo. mater ergo mea Ma-
tidia/pater Fauſtinianus vocatus eſt/fratrũ autem meorum/alter Fauſtinus/alter
Fauſtus dicebatur. interea cum ego quinqꝫ vix eſſem annorum: mater ſicut a patre
didici/ſomniũ vidit. quo moneretur: niſi cum duobus filiis ſuis geminis confeſtim
vrbem fuiſſet egreſſa/& fuiſſet decem annis peregrina/ipſam pariter cum liberis in-
teritu exitiali periturã. Tum pater qui tenere diligebat filios: adiunctis ſeruis & an-
cillis ac ſumptibus ſufficienter prebitis/ naui impoſitos cũ matre filios athenas mit-
tit erudiendos/me ſolum ſibi filium ad ſolatium retinens/& in hoc quidem gratias
agens/quia non etiam me imperauit ſomniũ cum matre diſcedere. Anno autẽ com
pleto: pater miſit ad eos athenas homines & ſumptus/ſcire ſimul cupiens qd agãt.
nec tamen redeunt qui miſſi ſunt. Tertio rurſus anno meſtiſſimus pater mittit alios
cum pecuniis: qui quarto anno regreſſi/ nũciant neqꝫ matrem/neqꝫ fratres vidiſſe/
ſed neqꝫ athenas eos perueniſſe omnino/ neqꝫ vnq̃ alicuius ſaltem qui cum ipſis fu
erant/veſtigium repertum. Pater hec audiens/& multa triſtitia obſtupefactus/ ne-
ſciens quo tenderet/aut vbi quereret: vna mecum deſcendit ad portum/& require
re a nautis cepit/ſicubi aliquis eorum vidiſſet aut audiſſet aliquando/corpus muli-
eris ante quattuor annos cum duobus paruulis eiectum. cum multi multa dicerẽt/
nec aliquid nobis eluceſceret tam immenſum pelagus perſcrutantibus: pro multo
tamen affectu/pater quẽ erga ſuos gerebat/paſcebatur vanis ſpebus. donec viſum
eſt ei: vt me ſub procuratoribus ordinatum rome relinqueret/ cũ eſſem annorum
duodecim/ & ipſe pergeret ad requirendum. Flens itaqꝫ deſcendit ad portum: &
nauem conſcẽdens profectꝰ eſt. Et ex eo/vſqꝫ in hodiernũ diẽ neqꝫ litteras eius ac-
cepi/neqꝫ ſi viuat aut defunctus ſit/ noui. ſed magis ſuſpicor: quia & ipſe obierit/
aut triſtitia victus/aut naufragio. Anni etenim viginti elapſi ſunt/ quibus hec gerũ
tur: & ne nuncius quidem de eo ad me aliquis venit. ¶ Petrus hec audiens: ex affe
ctu lachrimas fudit/& ad eos qui aderant familiares ait. hec ſi quis in dei cultu poſi
tus/pertuliſſet que huius pertulit pater: ſtatim homines/religioni aſcriberent erũna
rum cauſam. cum accidunt miſeris gentilibus: cauſam fato aſcribunt. Miſeros autẽ
dico eos: quia & hic vexantur erroribus/& ab ſpe futura fraudantur. dei enim cul
tores/cum hec patiuntur: ad purgationem peccatorum cedit eis/quod perferũt pa-
tienter. Poſt hec dicta: vnus ex aſtantibus/Petrum rogare cepit/vt die craſtina ma-
turius ad inſulam proximam que ſex non amplius ſtadiis aberat/ antharadum no-
mine/pergeremus vidẽdi gratia mirum aliquod in ea opus/ colũnas viteras magni
tudinis immenſe. Cap. III

Matidia Fauſtinianus Fauſtinus Fauſtus.
Hic nota prouidẽtia multa fieri: que fortuita videntur.
PETRVS
Colũne vitree & opa Phidie

QVi Petrus vt erat clementiſſimus acquieuit. ſed monuit nos/cum nauẽ de-
ſcendiſſemus: non vna omnes concurrere ad videndũ. nolo enim(inquit)
notari vos a turbis. Cum ergo die poſtera naui ſub momento hore veniſſemus ad
inſulam: continuo ad locum in quo erant columne mirabiles/properauimꝰ. erant
autem in ede quadam poſite. in qua Phidie opera permagnifica habebantur: qui-
bus intento vnuſquiſqꝫ noſtrum detinebatur aſpectu. Petrus vero vbi ſolas colum
nas miratus eſt vitreas: nequaq̃ raptus picture gratia/egreſſus videt pro foribꝰ mu
lierculam quandam/ ſtipem ab introeuntibus depoſcentem/ quam attentius reſpi-

enim tale michi erat ingeniũ: vt aliorum mala/mea eſſe ſolatia aduerterem. & cũ me
multe hoſpitio cuperent recipere: vna quedam paupercula hic habitans/ extorſit
michi vt tugurio eius ſuccederem/ dicens fuiſſe ſibi virũ nautam/eũq; in mari ado-
leſcentem defunctum/ſibiq; ex eo tempore cum multi eam accipere in coniugiũ cu-
perent/amore viri/viduitatem fuiſſe cariorem. erunt enim(inquit)cõmunia: quecũ-
q; manibus noſtris operantes querere poterimus. & ne longa ac minus vtili narra
tione vtar: libenter habitaui cum ea/propter affectum fidei/quam ſeruauerat viro.
ſed non multo poſt michi infelici/lacerate dudũ morſibus/michi reſolute ſunt ma-
nus. & illa que me ſuſceperat: incurrit paralyſin & domi in lecto iacet. illarum au-
tem mulierum que me prius miſerabantur: refrixit affectus. nos ambe debiles. ego
vt vides ſedeo ſtipem petens. & ſi quid forte acquiſiero: fit vnus duarum infeliciũ
cibus. Ecce iam que mea ſunt: ſufficienter audiſti. tu nunc quid moraris implere/
que promiſeras: & dare medicamentum/ quo poſſit abſq; cruciatu (vt ais) vtraq;
noſtrum miſerabilis vite finem inuenire. Capur. IIII.

h Et dicente muliere/multa Petrus cogitatione diſtentus: velut attonitus ſta-
bat. & ego Clemens ſuperueniens: dudum inquam per omnia diſcurrens/
querebam te. & nunc quid faciemus. At ille precepit michi: vt ad nauiculam prece-
derem. ibi me (inquit) operire. & quia cõtradici ei nõ poterat: quod iuſſit impleui. PETRVS
Ipſe vero (vt michi cuncta poſterius enarrauit) ſuſpitione quadam pulſatus: requi
rebat a muliere genus & patriam/ ſimul & nomina filiorum. que ſi michi (inquit)
dixeris: dabo continuo medicamentum. ¶ At illa/quaſi vim ſuſtinens: quia neq; Mulier
fateri hec audebat/& medicamenti cupida erat/ fingit alia ex aliis. & ait ſe quidem
eſſe epheſiam/ virum autem ſiculum: ſed & filiorum nomina ſimiliter immutauit.
¶ Tum Petrus putans eã vere reſpondiſſe: ait. heu mulier putabam(inquit)gran PETRVS
de aliquod gaudium/ hodierna die nobis oriturum. ſuſpicabar enim te eſſe quan-
dam mulierem: de qua ſimilia quedam/nuper ad fidem didici. ¶ At illa adiurabat Mulier
eum dicens: rogo te vt indices michi que iſta ſit/ vt ſciam ſi eſt vlla inter mulieres/
me infelicior. ¶ Tum Petrus fallere neſciens/& miſeratione cõmotus: cepit dicere. PETRVS
eſt quidam adoleſcẽs inter eos qui me ſequũtur religionis & ſecte gratia/romanus
ciuis: qui michi enarrauit ꝙ patrem habuerit/ & duos geminos fratres/ ex quibus
nullꝰ ei ſupereſt. mater enim inquit mea(ſicut a patre didici)ſomniũ vidit: vt roma-
nã vrbem ad tempus excederet/cum duobus geminis natis/ ne forte exitiali interi-
tu perirent. que cum diſceſſiſſet: nuſq̃ terrarum/vltra comparuit. pater vero ſuus:
poſt hec ad inquiſitionem vxoris ac filiorum profectus/nec ipſe inuenitur. ¶ Hec Mulier
cum dixiſſet Petrus: mulier ſtupore percuſſa corruit. ¶ Tum Petrus: continere & PTTRVS
ſolari eam cepit/ac requirere quid eſſet cauſe/aut quid pateretur. ¶ At illa vix ali- Mulier
quãdo ſpiritum reuocans/ ac ſemetipſam ad gaudii quod ſuperabat magnitudinẽ
reparãs/ſimulq; affricãs vultũ: hic meꝰ eſt inq̃t(quẽ dicis) adoleſcẽs? ¶ At Petrus. PETRVS
vbi rem intellexit: dic(inq̃t)michi tu prior. nã videre eũ nõ poteris. ¶ Tũ illa. Ego Mulier
(inq̃t) ſũ adoleſcẽtis mater. ¶ Et Petrꝰ. quod ei nomẽ eſt? ¶ At illa. Clemens ait. PETRVS
¶ Et Petrꝰ. Ipſe eſt: & ipſe erat q paulo ante mecũ loq̃bat/& quẽ iuſſi ad nauẽ ꝓce Mulier
dere. ¶ Tũ illa procidẽs ad pedes Petri: rogare cepit/vt feſtinaret ad nauẽ. ¶ Et PETRVS
Petrus. ſi michi(inq̃t)ſeruas fidẽ: & facias quod dico. ¶ At illa. omnia(inq̃t)facio: Mulier
tãtũ michi oſtẽde vnicũ meũ natũ. puto enĩ me ꝑ ipſum & geminos meos videre. PETRVS
Mulier

PETRVS Mulier Clemens. ¶ Et Petrus. Cum videris (inquit) eum: modo interim diſſimula paululum/vſq
quo egrediamur ab inſula. Ita inquit faciam. & tenens manum eius Petrus: adduce
bat eam ad nauem. quem ego videns/manum dantem mulieri: ridere cepi. accedēs
tantum honoris gratia/pro ipſo cepi velle ſubiicere manum meā/& ſuſtentare mu
lierem. ſimul autem vt manum eius contigi: vlulatu ingenti reddito/ in amplexus
meos ruit/& maternis me cōſectari oſculis cepit. At ego ignorans omne negociū/
quaſi inſanientem mulierem repellebam / ſimul & cum verecūdia licet / indignabar
tamen quodam modo aduerſus Petrum. ¶ At ille. Deſine inquit. quid agis o fili
PETRVS Clemens Clemens: noli repellere matrem tuā. ¶ Ego vero vbi hec audiui/continuo lachri
mis ſuffuſus: concidi ſuper iacētem matrem/& oſculari eam cepi. ſimul enim vt au
diui: paulatim vultum eius reuocabam ad memoriā/& notior michi intuenti/tan
to magis fiebat. Multitudo interim conueniebat plurima: audiēs ꝙ mulier que ad
ſtipem petendam ſedebat/recognita eſt a filio ſuo / viro quodam bono.

Caput. V.

E T cum vellemus confeſtim enauigare ex inſula: mater ait ad me. fili dulciſſi
me rectum eſt vt vale dicam muliercule: que me ſuſcepit. eſt enim egens &
Mater paralytica iacens in lectulo. ¶ Quibus auditis/ Petrus & omnes qui aderant admi
rati ſunt bonitatem ac prudētiam femine: & continuo iuſſit Petrus abire quoſdā/
& deferre mulierē in lectulo vbi iacebat. Cūq fuiſſet allata/& in medio aſtantis tur
Paralytica virtute dei ſanatur be poſita: in conſpectu omniū Petrus ait. Si veritatis ego ſum preco: ad confirman
dam fidem horum omniū qui aſſiſtunt/vt ſciant & credant quia vnus eſt deus qui
fecit celum ac terram/ in nomine Iheſu Chriſti filii eius/ſurgat hec mulier. Et ſtatim
vt hec Petrus dixit: ſurrexit ſana/ & procidit ad pedes Petri/ atq amicam ſuā ac fa
miliarem oſculis petens/percōtabatur ab ea/quid iſtud eſſet negocii. At illa: omnē
breuiter ei ordinem agnitionis/ expoſuit. ita vt etiam turbe aſtantes / mirarentur.
PETRVS ¶ Tum Petrus/de fide dei ac religionis inſtitutis/quod ad ſe pertinebat inquātum
tempus patiebatur/locutus ad turbas: addidit etiam hoc. vt ſi quis vellet de his di
ligentius noſcere: antiochiam veniret/ vbi tribus (inquit) menſibus ſtatuimus reſi
dere/& que ad ſalutem pertinent edocere. Si enim (inquit) negociandi aut militandi
cauſa/patriā relinquūt homines ac parentes/& longas peregrinationes ſubire non
metuunt: pro vita eterna/tribus ſaltem menſibus peregrinari/cur oneroſum videa
tur aut difficile? Cūq hec & alia his ſimilia dixiſſet: ego mulieri que ſuſceperat ma
trem/& ſanitatem receperat per Petrum/mille dragmas donaui. & preſentibus cū
ctis commendaui eam cuidam viro bono primario illius oppidi: qui & libenter ſe
facturum quod imperabamus ſpopondit. Sed & aliis quibuſdam aliquantulum pe
cunie diſtribui: & illis mulieribus que aliquando dicebātur ſolate in miſeriis matrē
meam. quibus & gratias retuli. ¶ Et poſt hec vna cū matre enauigauimus antha
radū. Cūq veniſſemus ad hoſpitiū: mater requirere a me cepit. Quomodo pater ?
Matidia. Clemens ¶ Ad te inquā requirendā profectus: vltra non rediit. At illa audiēs: ſuſpirauit tā
tum. grande enim gaudiū habens: reliquos ſolabatur merores. Die autē poſtera ſe
dens vna cū vxore Petri: iter agebat nobiſcū. ¶ Et venimus Balaneas: vbi triduo
remorati/inde acceſſimus Paltho. & poſt hoc Gabala: & ſic Laodiciā peruenimus.
Vxor PETRI comitabatur. vbi occurrunt nobis ante portas Niceta & Aquila: & oſculātes nos/ducūt ad ho
ſpitium.

Cap. VI.

P Etrus autem videns amplam ciuitatem & ſplendidam: dignum (inquit) eſt
remorari in hac/ diebus decem aut etiam amplius. Tunc Niceta & Aquila
requirebant a me: que eſſet mulier hec ignora. Et ego reſpondi. mater mea eſt/ quã
michi redonauit deus/ per dominũ meum Petrum. hec cum ego dixiſſem/ cũcta eis
Petrus per ordinem cepit exponere: & ait. ¶ Cũ veniſſemus antharadum/ & ego PETRVS
vos precedere iuſſiſſem: profectis vobis eadem die Clemens (cum incidiſſet ſermo-
nis occaſio) genus ſuum michi expoſuit ac familiam: & ꝙ parẽtibus eſſet orbatus/
duoſq; haberet priores geminos fratres. Et ſicut michi (inquit) pater enarrauit: ſom
nium vidit aliquando mater/ quo iuſſa eſt cũ geminis ſuis ex vrbe roma proficiſci/
ne ſubito & pariter interirent. Cumq; hoc ſomniũ patri indicaſſet: ille qui tenero fi-
lios diligeret affectu/ ne quid forte mali paterentur/ vxorem pariter ac filios naui cũ
omnibus neceſſariis impoſitos/ emittit athenas erudiendos. Poſt hec miſit ſemel &
iterum qui requirerent: nuſquam vllius ne veſtigium quidem repperit. Ipſe ad vlti-
mũ pater ad inquirendum proficiſcitur: & vſq; ad preſens ne ipſe quidem vſq̃ eſt.
Hec cum michi Clemens enarraſſet: acceſſit ad nos quidam rogans/ vt ad inſulam
antharadum que vicina erat accederemus / videndi gratia columnas vitreas mire
magnitudinis. acquieui. & vt ventum eſt ad locũ: ceteri omnes interiora edis ſunt
ingreſſi/ michi animus neſcio ob quam cauſam/ ingrediendi vltra non dedit. Sed
dum illos foris operior: mulierem hanc conſiderare cepi / qua parte membrorum
eſſet debilis/ vt non labore manuũ victum quereret/ ſed mendicantis pudorem ſu-
biret. Requiſiui ergo ab ea cauſas. Illa nobili ortam ſe genere/ & nobili nichilominꝰ
viro in matrimonio fuiſſe iunctam fatetur: cuius frater (inquit) illicito in me amore
inflammatus: fraternum thorum polluere cupiebat. Quod ego abhorreſcens/ &
rurſum de tanto ſcelere/ viro indicare non audens / ne bellum fratribus & oppro-
brium generi inducerem: magis patriam diſcedere iudicaui cum duobus geminis fi-
liis meis/ iuniore puero ad ſolatium/ patri relicto. & vt hec (inquit) honeſta ſpecie
fierẽt: cogitaui ſomniũ fingere & dicere viro: aſtitiſſe michi numen quoddam per
viſum/ & dixiſſe/ vt cum duobus geminis meis confeſtim ex vrbe proficiſcerer/ vſ-
quequo ab ipſo audirem/ quando redire deberem. Quibus auditis: credidiſſe aie-
bat virum/ athenaſq; geminis cum liberis emiſiſſe/ inibi erudiendis: ſed tempeſtate
graui ad hanc inſulã fuiſſe depulſos. vbi cõfracta naui: ſe fluctu excuſſam ſupra ſa-
xum quoddam/ ob hoc ſolum mortẽ diſtuliſſe/ donec inquit infeliciũ natorũ ſaltẽ
mortua mẽbra cõplecterer/ ac ſepulture mandarẽ. Sed cũ dies fuiſſet exortus/ & tur
be cõueniſſent: miſeratione moti/ proiecerũt michi indumẽtũ. At ego infelix fletibꝰ
multis rogabã: vt regrerẽt ſicubi infeliciũ natorũ poſſent inuenire corpuſcula. Ego
autẽ corpus meũ dẽtibus laniãs planctibus & vlulatibus: nichil aliud clamabã/ niſi
vbi michi ifelici Fauſtus/ vbi Fauſtinꝰ. ¶ Et hec cũ dixiſſet Petrus: Niceta & Aqla Niceta
aſſurgunt/ & obſtupefacti/ pturbari ceperũt/ dicẽtes. Dominator domine/ & deus Aquila
omniũ: vera ne ſunt/ an ſomniũ eſt quod agitur? ¶ Tũ Petrus. Niſi (inqt) nos inſa PETRVS
nimꝰ: hec vera ſunt. At illi paululũ remorati/ & cõfricãtes faciẽ: aiũt. Nos ſumꝰ Fau Niceta.
ſtinus & Fauſtus. Sed ab initio cũ narrare cepiſti: ſtatim in ſuſpitionẽ incidimꝰ/ ne Aquila
forte ad nos ptinerẽt que dicebãtur. rurſum tamẽ cõſiderãtes multa ſimilia accidere
in vita hominũ: reticuimus. licet cor noſtrũ ſpe aliqua pulſaret: aſpiciebamꝰ tamẽ
ad finẽ ſermonis/ vt ſi ad itegrũ de nobis eſſe cõſtaret/ tũc fateremur. Et cũ hec dixiſ
ſẽt: lachrimãtes igrediebãtur ad matrẽ. quã cũ repperiſſẽt qeſcẽtẽ/ & pplecti vellẽt:

PETRVS prohibuit Petrus dicens. ❡ Sinite me prius p̃parare animos matris:& ita vos of
ferte ei. ne forte multo & ſubito gaudio/mẽte excidat : & ſenſus eius turbetur/ma
xime quia nunc etiam ſomno occupatus ſtupet.

Cap.VII.

I Gitur vbi mater exurrexit e ſomno: alloqui eam Petrus cepit/dicens. Scire
te volo mulier/religionis noſtre obſeruãtiam. Nos vnum colimus deum/
qui mundum fecit: huius & legem obſeruamus/qua mandat imprimis ipſum cole
dum/& nomen eius venerandum/ parentes honorandos/ pudicitiam iuſticiamqꝫ
ſeruandam. Sed & illud obſeruamꝰ/menſam cum gentilibus non habere commu
nem: niſi cum crediderint/& recepta veritate baptizati fuerint/ ac doctrina quadã/
trine beatitudinis inuocatione conſecrati/& tunc cum eis cibum ſumimus . alioqui
etiam ſi pater/aut mater ſit/aut vxor/aut filii/aut fratres: non poſſumus cũ eis men
ſam habere communem. Quia ergo religionis cauſa precipue hoc facimus : non ti
bi iniurioſum videatur/ꝙ non poteſt filius tuus vna tecũ ſumere cibum/ vſqꝫquo
Matidia. eadem tibi ſit que illi/ſentẽtia fidei. ❡ Quibus illa auditis: & quid(inquit)vetat me
hodie baptizari ? que etiam priuſq̃ te viderem : illos quos dicunt deos penitus ad
uerſata ſum. quoniã michi frequenter & pene quotidie ſacrificanti eis: preſtare po
tuerunt nichil.Nam de pudicitia quid dicam: cum me neqꝫ tunc delitie deceperint/
neqꝫ nunc egeſtas peccare compulerit.Satis autem puto innotuiſſe tibi/quãtus mi
chi exinde fuerit amor pudicitie: que vt euaderem illiciti amoris inſidias/ ſomnium
finxi/vt cum duobus geminis meis peregrinarer: & hunc ſolum filium meum Cle
mentem ad ſolatium patri reliqui. ſi enim vix michi duo ſufficiebant : quãto magis
id patrem contriſtaret/ ſi nullum penitus habuiſſet . erat enim miſer grandi affectu
erga filios : ita vt vix ei ſomnii auctoritas extorqueret Fauſtinum & Fauſtum Cle
mentis huius fratres michi concedere/& ipſe ſolo contentus eſſet Clemente.Hec il
la cum diceret vltra non ferentes fratres mei: irruunt in complexus matris/ cũ mul
tis lachrymis & oſculantur eam. At illa: quid vult inquit hoc eſſe. ❡ Tum Petrus.
PETRVS Nolo turberis mulier: conſtans eſto . Iſti ſunt Fauſtinus & Fauſtus filii tui : quos
Matidia in profundo periſſe dicebas . Quomodo autem viuant/& quomodo in illa horri
bili nocte de profundo euaſerit/& quemadmodum alius ipſorum Niceta/alius A
quila dicatur/ipſi tibi exponere poterunt:& vna tecũ etiam nos audiemus. ❡ Vbi
hec Petrus dixit.Mater nimio gaudio intercepta: corruit. & tandem aliquando re
parata/atqꝫ in ſemetipſam regreſſa:ait.Obſecro vos dulciſſimi filii: dicite michi que
Niceta accidérint vobis/poſt illam feralem & crudeliſſimam noctem . ❡ Tum Niceta ce
pit dicere. In illa nocte O mater cum nauis fuiſſet reſoluta/& nos innitẽtes fragmẽ
to cuidam tabularom per pelagus iactaremur : viri quidam quibus in profundum
latrocinandi artificium eſt/ repertos impoſuerunt nauicule ſue/ & remis vndarum
vertices ſuperantes : diuerſis itineribus Ceſaream Stratonis perduxerunt/ ibiqꝫ af
fligentes nos fame/ verberibus/ metu/ ne quod eſſet in vero proderemus/ immu
tatis etiam nominibus noſtris vendiderunt nos cuidam vidue/honeſte admodum
Iuſta. femine/Iuſte nomine. Que cũ nos emiſſet/ habuit loco filiorũ:ita vt etiã grecis nos
Ad religionis litteris liberalibus/attentiſſime erudiret . Vbi autẽ adoleuimus: etiã philoſophorũ
diuine dog ſtudiis operã dedimꝰ/ quo poſſemus ad religionis diuine dogmata philoſophicis
mata : ad dog diſputationibus aſſerentes/ cõfutare gentiles.Simoni autem cuidam mago/qui no
mata hebrai biſcum vna educatus eſt : pro amicitia & pueríli conſuetudine adheſimus / ita vt
ce religionis

ab eo penitus decipi poſſemus. Fertur ab omnibus/q religioni huic deſeruiunt:ꝙ Religioni tūc
cuiuſpiā ſperaretur aduentus p quē immortalis & beata vita/credētibus dāda pro- ſcilicet hebrai
mittitur. hūc ergo nos putabamus eſſe Simonem. ſed hec tibi mater/oportuniꝰ ex- ce.
ponentur. Nos interim cum pene iam deciperemur a Simone: quidam collega do-
mini mei Petri Zacheꝰ nomine/monuit ne falleremur a mago/ ſed obtulit nos ad-
uenienti Petro/vt ab ipſo que erant ſana & perfecta doceremur. quod & tibi op-
tamus euenire: ſicut & nobis conceſſit deus / vt poſſimus etiam cibum & menſam
habere communem. hinc ergo fuit mater: ꝙ nos a piratis raptos/tu in mari defun-
ctos eſſe credidiſti. Cap. VIII.

C Vm hec diceret Niceta/mater noſtra procidit ad pedes Petri: rogās & ob-
ſecrans/vt & ſeipſam & hoſpitam ſuam/ euocaret ſine mora/ ac baptizare-
tur. vti ne vna (inquit) die damna patiar conſortii & ſocietatis natorum meorum.
Similiter autem & nos filii eius/rogabamus Petrum. ¶ At ille. Quid putatis(inqt) PETRVS
quia ego immiſericors ſum ſolus: & nolo vos matris conuiuio ſociari? ſed neceſſe
eſt eam/vel vna die ieiunare prius/& ita baptizari. & hoc quia ſermonē ab ea quē-
dam audiui: per quem michi fides eius claruit/& qui indiciū dedit credulitatis eius.
Alioqui multis eam diebꝰ: inſtrui & doceri oportebat. ¶ Et ego. Queſo te inquā Clemens
domine mi Petre: dic quis eſt iſte ſermo/quem dicis dediſſe tibi indicium fidei eius.
¶ Et Petrus. Ille ſermo eſt: quo rogauit/vt & hoſpita ſua cuius beneficiis vicē red- PETRVS
dere deſiderat/ſimul baptizaretur cum ipſa. non autem rogaret/ vt & illi quam di-
ligit/preſtaretur hec gratia: niſi crediſſet/ꝙ magnum aliquod in baptiſmate munꝰ
eſſet. Vnde & ego reprehendo plurimos: qui cum ipſi baptizentur & credant/ni-
chil tamen dignū fide agunt cum iis/quos diligūt(id eſt vxoribus/vel filiis/ vel ami-
cis) quos non ad hoc cohortantur quod ipſi aſſecuti ſunt / ſi quidem vere credide-
rint/ꝙ eterna vita per hoc donatur. Denicꝫ ſi eos egrotare videāt/aut periculo ali-
cui carnaliter ſubiacere: dolent & lugent. quia in hoc certi ſunt: eis imminere perni-
ciem. ita ergo ſi & de hoc certi eſſent/ ꝙ qui deum non colūt manet eos pena ignis
eterni: quomodo ceſſarent monentes & cohortātes? aut ſi obſiſterent: quomodo
non lugerent eos & plangerent/certi eterna eis imminere ſupplicia? Nunc ergo il-
lam quidem mulierem euocabimus: & poſt modum videbimus ſi amat fidem reli-
gionis noſtre/& prout conſequens fuerit agemus. Hec autem quoniā fideliter ſen-
tit de baptiſmo: ieiunet vel vna die ante baptiſmum. ¶ At illa cum iuramento ſa-
tiſfaciebat preſente vxore domini mei Petri: quia ex quo recognouerit filium/pre Matidia;
multo gaudio cibum capere omnino nequiuerit/ niſi heſterna die calicem aque ſo- Vxor Petri
lum biberit. Teſtabatur autem & vxor Petri: dicens ita eſſe. ¶ Et Aquila ait. quid
ergo obſtat: vt non baptizetur? ¶ Tum Petrus ſubridēs/ſed non hoc inquit ieiu- Aquila
nium baptiſmi: quod non propter baptiſmū ieiunatum eſt. ¶ Et Niceta. Sed for- PETRVS Niceta
te(inqt)nolēs deus matrē noſtrā nec vna die/agnitis nobis ſeparari a cōſortio mē-
ſe noſtre: preordinauit hoc vt ante ieiunaret. Sicut enim pudicitiā ſeruauit in igno
rātia/vt proficeret ei ad baptiſmi gratiam: ita & ieiunauit āteq̄ ſciret ieiunii rationē/
vt proficeret ei ad baptiſmū/ & ſtatim ab initio agnitionis noſtre/ nobiſcū pariter
conſortio frueretur. ¶ Tū Petrus. Nō nos (inquit) vincat malignus/occaſione ac- PETRVS
cepta per affectum matris: ſed magis vos & ego vobiſcum/hodie ieiunemus cum
ipſa/ & craſtina baptizabitur. necꝫ enim iuſtum eſt ad gratiā perſone alicuius/ aut
amicitie/reſolui: & extenuare preceptū veritatis. Nō ergo pigeat nos laborare cum

ſila. quia omne mandatū preterire: peccatum eſt. doceamus autem ſenſus noſtros
corporales/qui extrinſecus ſunt: ſeruire interioribus ſenſibus. & non interiores ſen
ſus qui que dei ſunt ſapiunt: cogamus ſequi exteriores/qui que carnis ſunt ſapiunt.
Propter hoc enim & dominus mandatum dedit: dicens. Quicunqꝫ viderit mulierē
ad concupiſcendam eam: iam mechatus eſt eam in corde ſuo. & his addidit. Si ocu
lus tuus dexter ſcandalizat te: erue eum/& proiice abs te. expedit enim tibi vt vnū
membrum tuum pereat: ꝗ totum corpus tuum/mittatur in gehennam ignis. Non
dicit ſi ſcandalizauerit te/vt poſtea ꝗ peccaueris tunc abiicias cauſam peccati: ſed ſi
ſcandalizat te/ hoc eſt vt anteꝗ pecces cauſam peccati prouocantis te & irritantis/
abſcidas. Ne quis autem veſtrum putet fratres/ꝙ membrorū amputationem man-
dauerit dominus: propoſitum in hoc vult reſecari/nō membrum/& cauſas que ad
peccandum illiciunt. quo cogitatio/veſtri aſpectus vehiculo ſubuecta ad amorem
dei/ſenſibus corporeis inuiſa contendere velit: nec carnalibus oculis velut laſciuien-
tibus equis/& extra mādatorū viā currū declinare cupiētibus/relaxare frena & ha-
benas indulgeat/ſed reuocet aſpectū corporis ad arbitriū mētis/ & oculos noſtros
quos deus operis ſui inſpectores eſſe voluit & teſtes/nō patiatur fieri lenones mali
deſiderii. Et ideo cedant legi dei tā corporei ſenſus ꝗ interna cogitatio: & illius vo
luntati miniſtrent/cuius ſe opera intelligunt. Cap. VIIII.

Baptizatur Matidia mater Clementis Nicete & Aquile.

i Gitur vt ordo myſterii poſcebat & ratio: die poſtera baptizatur in mari.
& regreſſa ad hoſpitium: omnibus conſequēter myſteriis religionis imbui-
tur. Aderamꝰ autem & nos filii ſui Nicera & Aquila/& ego Clemens. & poſt hec
ſimul cum ea prandimus & ſimul glorificauimꝰ deum: referentes gratias ſtudiis &
doctrine Petri. qui nobis oſtendit per occaſionem matris: quomodo pudicitie bo-
num/non pereat apud deum. ſicut econtrario impudicitia inquit etiam: ſi non ſta-
tim/tamen (licet tarde) non effugit penā. In tantum autē pudicitia (inquit) deo pla
cita eſt: vt etiam iis/qui in errore ſunt poſiti/nōnichil gratie in preſenti conferat vi-
ta. nam futura beatitudo illis ſolum repoſita eſt: qui per gratiam baptiſmi/pudici-
tiam iuſticiamqꝫ ſeruauerunt. Deniqꝫ exemplo eſt huic rei etiam/hoc quod erga ma
trem veſtram geſtum eſt: cui ſalus hec omnis/ pro mercede pudicitie reparata eſt.
Ad quam cuſtodiendam & conſeruandā/non ſufficit ſola continentia: ſed vbi ſen
ſerit quis inſidias & deceptionem parari/ continuo ſicut ab ignis impetu aut incur-
ſu ſeuientis leonis refugiat. Nec confidat: ꝙ huiuſmodi inſidias poſſit facile aliquis
philoſophando aut palpando cohibere. ſed (vt dixi) effugiendum eſt/& longe ab-
ſcedendum. & ſicut fecit & veſtra mater/ vere & integre bonum diligens pudicitie
Propter quod & conſeruata vobis eſt/& vos illi: inſuper autē & eterne vite agni-
tione donata. Cūqꝫ hec & multa alia his ſimilia dixiſſet: veſpere facto requeuimus.

RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI
SEPTIMI LIBRI
FINIS.

RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI LIBER OCTAVVS.

Caput.I.

P Oſtera autem die: Petrus/mane aſſumptis fratribus meis/deſcendit ad
portũ/vt in mari lauaremur. Et poſt hoc: ad locum quẽdam ſecretio-
rem ſeceſſimus/ orationis gratia. Senex autem quidã pauper/vt appa-
rebat ex habitu operari⁹: curioſe ex occulto obſeruare nos cepit/ vt vi-
deret quid ageremus in ſecreto poſiti. Cũq; nos orantes vidiſſet: expectauit donec Senex.
exiremus/& ſalutans nos ait. Si non egre accipitis/& quaſi curioſum me aut impor
tunũ notatis: velim vobiſcum conferre ſermonem. quia habens miſerationem ve-
ſtri: ſub ſpecie veritatis errare vos nollẽ/et habere metum de iis que non ſunt. Aut
ſi eſſe aliquid putatis veri: tradite etiã michi. Si ergo patienter accipitis: poſſum vos
paucis docere que recta ſunt. ſi vero moleſtum eſt: pergam/ & meos actus agam.
¶ Cui Petrus reſpondit. Dic age quod tibi videtur bonum: & libẽter accipimus/ PETRVS
ſiue id verum ſiue etiam falſum ſit. amplectendus enim es: quia quod tibi bonũ vi-
detur/tanq̃ pater pro filiis ſollicitus/nos cõmonere voluiſti. ¶ Tũ ſenior cepit di- Senex.
cere. Iam in mari vos lauiſſe vidi: & poſt hoc ad ſecretum ſeceſſiſſe locum. obſeruãs
ergo de occulto/quid in ſecreto ageretis: orantes inſpexi. miſeratus ergo errorem
veſtrum: operiri cepi/vſq; quo egreſſos alloquerer/ & docerem ne erretis in huiuſ-
modi obſeruantia. quia neq; deus eſt/neq; cultus/neq; prouidentia in mũdo: ſed
fortuit⁹ caſus/& Geneſis agunt omnia. ſicut ego ex meipſo manifeſtiſſime compe-
ri: in diſciplina matheſeos pre ceteris eruditus. Nolite ergo errare. ſiue enim oretis/
ſiue non oretis: quod Geneſis veſtra continet/hoc erit vobis. ¶ Ego Clemens ne- Clemens.
ſcio quid corde pulſabar: multa quaſi nota michi recolens in eo (bene enim ait qui-
dam: quia quod ex aliquo natum eſt/etiam ſi multo tempore abfuerit/nunq̃ tamẽ
ſcintilla propinqtatis extinguitur) cepi ergo orare ab eo/ qs & vnde eſſet/vel quo-
modo ortus: ¶ At ille ad hec reſpondere nolens: quid(ait)hoc pertinet ad ea que Senex.
dixi vobis. ſed primo ſi videtur: ſermo de iis que propoſuimus/habeatur. & poſt/
ſi ita res popoſcerit: nomen/& genus/& patriã/& cetera que hec ſequuntur/ inui-
cem nobis vt amici amicis poterimus aperire. ¶ Mirabamur tamen eloquentiam Clemens
omnes/viri/& grauitatẽ morũ/trãquillitatẽq; ſermonis. Petrus autẽ ſenſim ſermo-
cinãdo incedẽs: oportunũ ad colloquẽdũ proſpicit locũ. & cum perueniſſet iuxta
portũ/in receſſum quẽdã ſecretũ: reſidere fecit nos/& ita primus ipſe cepit/nec con
temptũ ſenẽ habuit/neq; deſpexit ꝙ vilis ei amictus eſſet & ſordidus. ¶ Ait ergo. PETRVS
quoniã quidẽ videris michi vir eruditus eſſe & miſericors ex eo q͛d adiſti nos/& q͛d
tibi bonũ videbat̃/celatũ nobis eſſe noluiſti: volumus & nos tibi/q̃ a nobis bona
& recta credũt̃/exponere. q̃ ſi tibi minus vera videbũt̃: etiã tu noſtrũ erga te bonũ
ꝓpoſitũ/libẽter ſuſcipe/ſicut & nos tuũ. Et cũ hec diceret Petr⁹: plurima multitu-
do cõuenit. ¶ Tũ ſenex. Fortaſſis(inquit)cõtriſtat vos ꝑſentia multitudinis. ¶ Et Senex.
Petrus. Nequaq̃ inquit. niſi hoc ſolũ vereor: ne forte diſputãtib⁹ nobis/cũ palã fa PETRVS
cta fuerit veritas/ tu verecũdiã patiaris pro ꝑſentia multitudinis cedere & acqeſcere
iis/q̃ vere dici itellexeris. ¶ Ad hec ſenex ait. Ego nõ ita ſenex cõſenui: vt intelligẽs Senex.
quod verũ eſt/ abnuã id ad vulgi gratiã. ¶ Cepit ergo Petr⁹ dicere. Videnť michi PETRVS
ii q loquũtur verbũ veritatis/& q illuminant animas hominũ: ſimiles eſſe radiis ſo-
lis/q vt proceſſerint & apparuerint mũdo/ celari vltra aut occultari nullaten⁹ poſ-

ſunt. dum non tã videntur ab omnibus q̃ videre omnibus preſtant. vnde & bene
a quodã dictũ eſt ad veritatis precones: vos eſtis lux mundi. & non poteſt ciuitas
abſcondi ſupra montẽ poſita. neq; accendũt lucernã/ & ponũt eã ſub modio/ſed
ſupra candelabrũ: vt luceat omnibus qui in domo ſunt. ¶ Et ſenex. bene valde di-

Senex.

xit/quiſquis ille eſt. Sed exponat aliquis veſtrũ/quod ſibi ſequẽdum videtur: vt ad
certũ proſpectũ emittamus ſermones noſtros. non enim ſufficit ad inueniendã ve-
ritatẽ/deſtruere ea que ediuerſo dicũtur: ſed ipſum proferre i mediũ/ quod poſſitis
qui ediuerſo eſt/impugnare. vt ergo partium ſit equa congreſſio: rectũ michi vide-
tur/vt prius quid vterq; noſtrũ ſentit/enũciet. & ſi placet: prior ipſe incipiam. Ego

Aſſertiones epicureorũ & aſtrologorũ

dico nõ ſecundum prouidẽtiã dei/ gubernari mũdũ. quia multa in eo iniuſte & in-
ordinate geri videmus. ſed geneſim dico eſſe: que omnia agit & continet.

Cap. II.

Niceta

a D hec cum Petrus reſpõdere vellet: Niceta preueniens ait. Indulgeat michi
dominus meus Petrus ad hec reſpondere: & nõ tibi videatur proteruũ/ꝙ
iuuenis cũ ſene habeat/ſed vt filius cũ patre colloquar. ¶ Et ait ſenex. Non ſolũ tu

Senex.

inquit fili/quod tibi videtur vt proſequaris volo: ſed & ſi qui ex ſodalibus tuis/ſi q
etiam de aſtantibus turbis videntur ſcire aliquid/incunctanter proferãt/libenter ac-
cipimus. Collatio enim plurimorum: facilius ea que ignorantur inueniet. ¶ Tum

Niceta

ergo Niceta reſpondit. nõ me exiſtimes pater temere feciſſe: ꝙ inſerui me ſermoni-
bus domini mei Petri/ſed magis pro honore eiꝰ hoc michi facere viſus ſum. homo
enim dei eſt/plenus totius ſcientie: quem ne greca quidẽ latet eruditio. quia ſpiritu
dei viui repletus eſt: quem nichil latet. Sed quia ipſi de celeſtibus loqui conuenit:
ego de iis que ad grecorũ loquacitatẽ pertinent/reſpondebo. Poſtea vero q̃ a no-
bis grecorũ more fuerit diſputatũ/atq; ad id ventũ/vbi exitus nullus appareat: tũc
ipſe quaſi dei ſcientia repletus/ aperte & dilucide rerũ nobis omniũ patefaciet veri-
tatem. vt non ſolũ nos/ſed & omnes qui preſto ſunt auditores: viã veritatis agno-
ſcãt. Et ideo nunc ipſe quaſi arbiter ſedeat: vt cum vnus aliquis ex nobis ceſſerit/tũc
ipſe ſuſcipiens indubitatã ſententiã ferat. hec cũ dixiſſet Niceta: ii qui conuenerant
inter ſemetipſos colloquebãtur. hic ne eſt ille (quem audiebamus) Petrus: illius qui
in iudea apparuit/& ſigna ac virtutes plurimas fecit diſcipulus probatiſſimꝰ: & in-

PETRVS

tendẽtes in eũ: cũ timore ac veneratione ingenti ſtabant/tanq̃ boni ſerui honorem
domino deferẽtes. ¶ Quod vbi Petrus ſenſit: ait ad eos. Attẽtius audiamus/rectũ
tenẽtes iudiciũ de iis que dicẽtur ab vtroq;: & poſt ipſorũ conflictũ/quod neceſſa-

Niceta. In iis dũtaxat. id dicit/ quia peccata & ſcelera q̃ fiunt in mũdo/prouidẽtia nõ fiunt aut regũtur/ſed illi aduerſant. bona aũt & ordinata omia: dei prouidentia fiunt.

riũ viſum fuerit/addemus & nos. ¶ Et cum hec dixiſſet Petrus: gauiſe ſunt turbe.
Niceta vero: dicere hoc modo aggreſſus eſt. Diffiniſti pater: ꝙ nõ per dei prouidẽ-
tiam mũdus regatur/ſed omnia Geneſi ſubiaceant/vel que ad mores vniuſcuiuſq;/
vel que ad geſta pertinẽt. ad que ſtatim potui reſpondere. Sed quia iuſtũ eſt ſerua-
re ordinẽ: diffinimus & nos/quid teneamus/ſicut ipſe fieri rogaſti. Ego dico pro-
uidentia dei gubernari mũdũ/in iis dũtaxat que gubernatione eius indigent. Vnus
eſt enim omnia tenens: qui & mundum fecit iuſtus deus/ vniuiq; ſecundum geſta
ſua quãdoq; redditurus. ecce habes & noſtram diffinitionẽ. Nũc quod vis proſe-
quere/vel mea deſtruẽs/vel tua aſſerens/vt ego iis que a te proſequentur/occurrã.
Aut ſi me vis priorẽ dicere: nõ morabor. ¶ Et ſenex reſpondit. Siue tibi placet fili

Senex.

prius dicere/ſiue hoc magis placet vt ego dicam: nichil intereſt/apud eos precipue/
qui bona venia diſputãt. Dic tamẽ tu prior: libenter accipio. & atq; vtinam poſſis

etiam ea que a me dicenda ſunt proſequi : atq̧ iis que contraria ſunt obiicere/& ex
vtrorūq̧ collatione oſtēdere veritatem. ❡ Niceta reſpōdit. Si vis(inquit)poſſum
Niceta
etiā tuas partes dicere/& ad hec reſpondere. ❡ Et ſenex.Oſtēde michi prius/quo-
Senex.
modo potes ſcire ea que nondū locutus ſum: & ita credā ꝗ partes meas proſequi
poſſis. ❡ Secta(inquit Niceta) tua/& ſententia quā diffiniſti: manifeſta eſt iis qui
Niceta.
eruditi ſunt in huiuſmodi diſciplinis/certaq̧ eſt eius conſequentia. Et quia ego nō
ſum ignarus que ſunt diffinitiones philoſophorū: ex iis que propoſuiſti/quid cō-
ſequatur/agnoſco/maxime quia preceteris philoſophis Epicuri ſcolas frequētaui.
Frater autē meus Aquila magis pythagoricos ſequutus eſt. Alius autem frater no
Epicurei.
ſter/Platonicos & Ariſtotelicos.Itaq̧ cū eruditis tibi auditorib⁹ ſermo eſt. ❡ Tū
Pythagorici
Platonici
ſenex. bene (inquit) & cōſequenter docuiſti : quomodo ex iis que propoſite ſunt
Ariſtotelici
diffinitionibus/etiā que conſequūtur aduerteres.Sed ego āplius aliquid profeſſus
Senex.
ſum ꝗ ſentit Epicurus . quia introduxi Geneſim: eāq̧ cauſam omniū geſtorū ho-
minibus poſui. ❡ Cū hec ſenex dixiſſet: ego Clemens aio ad eum. Audi pater/ſi te
Clemens
frater meus Niceta obtinuerit / quia non ſine prouidentia mundus agitur : in iſta
parte que ſupereſt de Geneſi/ego tibi potero reſpōdere. eſt enim michi notitia hu
ius ſcientie. ❡ Et cū hec dixiſſem/frater meus Aquila/quid neceſſe eſt(inquit) vt eū
Aquila
patrē vocemus: cū in mandatis habeamus/neminē ſuper terrā patrem vocare. Et
poſt hec reſpiciens ad ſenē: non iniurioſe (inquit)accipias pater ꝗ fratrem meum
culpaui/quia te patrē vocaret . habemus enim tale mandatū: ne aliquem nomine
patris vocitemus. Cūq̧ hec dixiſſet Aquila/riſit omnis aſtantiū cetus/ vna cū ſene
& Petro. ❡ Aquila autē requirente cauſam/cur omnes riſerint: aio ad eum.quod
Clemens
tu ipſe in quo alios culpas/id ipſe facis/qui ſenem appellaueris patrem. At ille ne-
gabat dicens: vere neſcio ſi eū patrem vocaui. Interea Petrus mouebatur ſuſpitio-
Aquila
nibus quibuſdam: ſicut ipſe enarrauit nobis poſtmodū. Et reſpiciens ad Nicetam:
expedi(inquit)quod propoſuiſti. Cap .III.

c Vm Niceta hoc modo exorſus eſt. Omne quod eſt: aut ſimplex eſt/aut cō
poſitum. quod ſimplex eſt: caret numero/viſione/colore/differentia/aſpe
PETRVS
Niceta
ritate/lenitate/pondere/leuitate/qualitate/quātitate/& ob hoc etiā fine. quod ve-
ro compoſitū eſt: aut ex duobus/aut ex tribus/ aut etiā ex quattuor compoſitum
eſt/aut certe ex pluribus . & que compoſita ſunt : neceſſario etiam diuidi poſſunt.
❡ Et ſenex audiens hec: optime(inquit)& doctiſſime dicis fili. ❡ Et Niceta. Igitur
Senex.
illud quod ſimplex eſt/& iis omnibus caret quibus ſolui quod ſubſiſtit poteſt: ſine
Niceta
dubio incomprehenſibile & immenſum eſt/neq̧ initiū vllū/neq̧ finē ſciēs. & ideo
vnū & ſolum eſt: & ſine actore ſubſiſtens. quod autē compoſitum eſt/& numero
ac diuerſitati ſubiacet : neceſſario actore aliquo compoſitū eſt/ atq̧ in vnam ſpeciē
diuerſitas congregata. quod ergo immenſum eſt: bonitate pater eſt/ virtute condi
tor. neq̧ ergo condendi virtus/immenſo ceſſare potuit: neq̧ bonitas ociari. ſed ad
ſubſtituēda ea que ſunt/bonitate : ad cōponenda & firmāda/ virtute prouocatur.
Subſtituūtur ergo & componūtur quedā(vt dixim⁹) ex duobus/vel tribus/quedā
vero ex quattuor/alia ex pluribus. Sed quoniam nūc nobis de mundi ratione que-
ritur/& de ſubſtantia eius/quam ex quattuor elementis eſſe compoſitā conſtat: cui
omnes ille decem differentie (quas ſupra comprehendimus)accidunt/ab his inferi-
oribus incipiētes gradibus/ad ſuperiora veniem⁹. Via eni nobis ad intellectuala &
inuiſibilia : ab iis que videmus & contrectamus datur . ſicut continetur in arithme-

Superiores numeri

1	10
2	20
3	30
4	40
5	50
6	60
7	70
8	80
9	90
10	100

Inferiores.

Senex.

Niceta

ticis diſciplinis:vbi cũ de diuinis queritur/ab inferioribus ad ſuperiores numeros aſcenditur.Cũ vero de preſentibus & viſibilibus ratio exponitur / de ſuperiorıbꝰ ad inferiores numeros ordo dirigitur. an nõ ita eſt? ¶ Et ſenex dixit: valde bene proſequeris. ¶ Et Niceta. de mũdi nũc ergo ratione proſequẽdũ eſt:cuius prima queſtio in duas partes diuiditur.Queritur enim vtrũ factus ſit an nõ? & ſiquidem non eſt factus: ipſe erit illud ingenitũ ex quo omnia.Si vero factꝰ eſt: de hoc rurſus queſtio in duas partes ſcinditur. vtrũ nã ex ſeipſo factus ſit: an ab alio? & ſiquidẽ a ſemetipſo eſt: excluditur proculdubio prouidẽtia. Si prouidẽtia nõ recipitur: fruſtra iuſticia cuſtoditur. quippe ſi nõ eſt/q iuſto pro meritis ſuis aliquãdo reſtituat. Sed ne anima quidẽ ipſa immortalis videbitur: ſi eã poſt abſolutionẽ corporis/nullius prouidẽtie excipiat diſpẽſatio.Nã ſi doceaſ eſſe prouidẽtia/& per ipſam factus eſſe mũdꝰ: alia rurſus q̃ diſcutiãtur occurrũt. requiritur enim quomodo ſit prouidẽtia: vtrũ generaliter erga omnia/an ſpecialiter erga ptes.Generalis autẽ intelligitur hoc modo: quaſi ab initio deus faciẽs mũdũ/ordinẽ dederit rebus/& curſum ſtatuerit/& vltra eorũ curã que geruntur/ habere ceſſauerit.Specialis vero erga ptes hoc modo eſt:vt quorũdã quidẽ/vel hominũ/vel locorũ/quorũdã vero nõ gerat.generalis autẽ omniũ & ſpecialis partiũ ſimul/hoc modo eſt: quaſi ab initio omnia fecerit deꝰ/& vſqꝫ ad finẽ ꝑſingulos quoſqꝫ prouidẽtiã gerat/vt vnicuiqꝫ reddat pro actibus ſuis.Prima ergo illa propoſitio que dicit/qa ab initio deus fecit omnia/&curſu atqꝫ ordine rebus impoſito/de reliquo nichil ad ſe reuocet: ſecũdũ Geneſim cuncta geri cõfirmat.Ad hoc ergo primo reſpõdebimus/ & iis precipue qui deos colũt & Geneſim defendũt: q vtiqꝫ cũ immolãt diis exorãtes / ſine dubio cõtra Geneſim ſe impetraturos aliqd ſperãt. & ꝑ hoc quoqꝫ Geneſim tollũt. Cũ vero ridẽt eos q ad virtutẽ prouocãt/ & cõtinẽtiã cohortãtur/ & dicũt qa nemo poteſt facere aliquid aut pati niſi quod ei fato decretũ eſt: oẽm profecto cultũ diuinitatis abſcidũt.Quid enim colas eos: a quibus promereri nichil poſſis/ quod non patiatur ratio decreti? hec interim aduerſus illos dicta ſint. Cap.IIII.

Niceta.

Duplex mundus: corruptibilis & incorruptibilis/ viſibilis & inuiſibilis

e Go vero hũc mũdũ dico a deo factũ/& ab ipſo quãdoqꝫ eſſe ſoluẽdũ:vt ille appareat mũdus q eternus eſt/& ad hoc factus vt ſemꝑ ſit/& dignos ſe/recipiat iudicio dei. Quod autẽ ſit alius inuiſibilis mũdus qui hũc viſibilem intra ſemet ipſum cõtineat: poſteaq̃ de viſibili mũdo diſcuſſerimus/tũc & ad illũ veniemꝰ. nũc interim quia factus ſit mũdus iſte viſibilis: teſtantur etiã philoſophorũ plurimi/ſapiẽtes viri.Sed ne videamur quaſi egẽtes aſſertionibꝰ/vti voluiſſe teſtibus: de principiis eius ſi videtur queramus. Corporeũ eſſe mundũ hunc viſibilẽ: eo ipſo ꝙ eſt viſibilis ſatis cõſtat. Omne autẽ corpus: duas recipit differẽtias. aut eni cõnexũ eſt & ſolidũ: aut diuiſum & ſeparatũ. & ſiquidẽ cõnexũ fuit & ſolidũ corpus/ex quo mũdus factꝰ eſt/& ꝑ diuerſas ſpecies pteſqꝫ/ſecũdũ differẽtias ſui/corpus illud partitũ eſt & diuiſum: neceſſe eſt intelligi aliquẽ fuiſſe / q corpus quod erat cõnexũ & ſolidũ dirimeret/atqꝫ in ptes multas duceret/ formaſqꝫ diuerſas. aut ſi ex diuiſis diſperſiſqꝫ corporũ ptibꝰ/omnis mũdi hec moles cõpoſita & cõpaginata eſt: neceſſe eſt nichilominꝰ intelligi aliquẽ/q in vnũ diſperſa colligeret/& diuerſas formas rebꝰ inderet. ꝗdẽ plures philoſophorũ hoc magis ſenſiſſe ſcio: ꝙ ex vno corpore(quã illi materiã vocãt) diuiſiones & diſcretiones cõditor fecerit deꝰ/quod tamẽ ex quatuor ſimplicibus & in vnũ tẽperamẽto quodã diuine prouidẽtie/admixtis cõſtaret elemẽtis. nã illud ſuꝑfluo a qbuſdã dictũ puto: quod ſimplex corpus (id eſt abſqꝫ

vlla cōmixtione) ſit mūdi. cū conſtet nec corpus poſſe eſſe: quod ſimplex eſt/neq; miſceri poſſe/aut propagari/vel ſolui. que omnia vtiq; mūdi corporibus videmus accidere. quomodo enim ſolueretur: ſi eſſet ſimplex/nec haberet itra ſe aliud a quo reſolui ac diuidi poſſet? Qꝛ ſi ex duobus aut tribus/vel etiam ex quattuor cōſtare corpora videntur: cui non etiam exiguū habenti ſenſum manifeſtū ſit/ꝙ fuerit aliquis qui in vnū plura collegerit/& temperamenti moderatione ſeruata/ex duabus partibus effecerit. hunc igitur nos conditorem mūdi/ dicimus deum: hūc agnoſcimus vniuerſitatis actoré. Nam grecorū philoſophi de principiis mundi querentes: alius alia inceſſit via. Deniq; Pythagoras elemēta principiorum numeros eſſe dicit/ Calliſtratus qualitates/Alcmeon contrarietates/Anaximandrus immēſitaté/Anaxagoras equalitates partiū/Epicurus atomos. Diodorus amere/hoc eſt ex iis in quibus partes nō ſunt/Aſclepiades oncos/ quod nos tumores vel elationes poſſum⁹ dicere/ Geometra fines/Democritus ideas/Tales aquá/Heraclitus igné/Diogenes aerem/Parmenides terrá/Zenon/Empedocles/Plato igné aquá aeré terrá/Ariſtoteles etiá quintū introducit elementum quod acatonomaſton id eſt innominabile nominauit/ſine dubio illū indicás qui in vnū quattuor elemēta coniūgens mūdum fecerit. ſiue ergo duo/ſiue tria/ſiue quattuor/aut etiá plura ſint aut innumera ex quibus mūdus conſtat: omni ex parte qui plura in vnū collegerit/& rurſus collecta in diuerſas ſpecies duxerit/oſtenditur deus. & probatur per hec nō potuiſſe machiná mūdi ſine opifice & prouiſore conſtare. ſed & hoc ipſo ꝙ in coniūctione elemētorum/deficiente altero aut abūdante/cetera reſoluūtur & concidūt: oſtenditur ex nichilo ea accepiſſe principiū. ná verbi gratia/ſi deficiat in aliquo humor: nec aridum cōſtabit. humore enim paſcitur aridū: ſicut & frigus calido. In quibus vt diximꝰ ſi alterū deficiat: penitꝰ cūcta ſoluūtur. & in hoc originis ſue qua ex nichilo facta ſūt: prodūtur indicia. Qꝛ ſi materia ipſa probat eſſe facta: quomodo ptes eiꝰ & ſpecies ex quibus mūdus cōſtat/videbūtur infecte? ſed de materia & de qualitatibꝰ: nō eſt nūc dicendi locus. hoc ſolū docuiſſe ſufficiat: deū eſſe omniū conditoré. quia neq; ſi ſolidū & cōnexū fuit corpus/ex quo mūdus cōſtat: dirimi & diſcerni/ſine conditore/neq; ſi ex diuerſis & diſcretis partibus in vnū collectū eſt: cōgregari & miſceri ſine artifice potuit. Igitur ſi mūdi cōditor deus tá euidēter oſtēditur: qs erit Epicuro locus introducendi atomos: & aſſerēdi ꝙ ex corpuſculis inſenſibilibꝰ nō ſolū ſenſibilia corpora/ſed & mentes intellectuales ac rationales fiant? Cap. V.

Sed dices: vt Epicuro viſum eſt. continuationes atomorū indeſinenti curſu venientiū/ꝑ immenſa & ſine fine tépora miſcentiū ſe/ atq; in vnū cōglobātū/corpora ſolida efficiūtur. Nō venio ad ré fabuloſam & inepte compoſitá: dicá videamꝰ magis/ſi qualecūq; iſtud eſt poteſt ſtare quod dicit. aiūt enim corpuſcula ipſa que atomos appellát/diuerſis eſſe qualitatibꝰ: & alia quidé humida/& ob hoc grauia ac deorſum tendētia. alia vero arida & terrena: atq; ob hoc nichilo minus grauia. alia auté ignea: & ob hoc ſurſum ſemp nitētia. alia vero frigida: & ob hoc pigra/& ſemp media. Quomodo ergo cū alia ſemp ſurſum tēdát vt pote ignea/& alia ſemper deorſum vt pote humida & arida/ alia vero media & nō equali curſu incedát: coire ſimul potuerūt/& vnū corpus efficere? Si quis enim de ſuperioribꝰ/ verbi gratia munitiſſimas paleas/& ad eandem magnitudinem munitiſſimi plumbi particulas deorſum iaciat: nunq̄ poterunt quātis equales ſint magnitudine/leues palee partes/ plūbi particulas conſequi. longe enim velocius ad imū grauiora per-

Marginal notes: orXoc Pythagoras Calliſtratus Alcmeon Anaximādrꝰ. Anaxagoras. Epicurus Diodorus. Aſclepiades Geometra Democritus Tales Heraclitus Diogenes. Parmenides zenon. Empedocles Plato Ariſtoteles Nicetti

uenſūt. Ita ergo & atomi/etiā ſi magnitudine equales ſint: pondere tamen inequa-
les: nūꝗ potuerūt/que leues ſint cōſequi grauiores. quod ſi cōſequi nō poſſunt: ſine
dubio nec miſceri/nec corpus efficere. Tū deinde/ſi indeſinēter ferūtur/& ſemp ve-
niūt/& rebus quarū iam mēſura integra conſtat addūtur: quomodo ſtare vniuerſi-
tas poteſt/cū tā immenſis ponderibus noua ſemper pondera cumulentur? Sed &
illud requiro ſi paulatim coeūtibus corpuſculis extruebatur hic quem videmus am-
bitus celi: quomodo non ilico cum ſurgeret/ corruit ſi que inhians machine ipſius
ſummitas nullis ſuffulta repagulis ſtringeretur? Sicut enim ſi qui edificiorū tholos
in circulo ſtruūt: niſi cōcluſionē medii verticis ſtrinxerint/ vniuerſum pariter ſolui-
tur. ita & mundi circulus quem tā decora ſpecie collectū videmus/ſi non ſubito &
ſub vno diuine virtutis rotatu/ potentia conditoris effectus eſt/ ſed paulatim con-
currentibus atomis & extruentibus/non vt ratio petebat/ſed vt fortuitus incidiſſet
euentus: quomodo non prius ꝗ colligi poſſet & concludi lapſus eſt ac diſſolu-
tus? Ad hec etiam illud requiro: quod ſit muninem/ſuper quod tam immenſe mo-
lis facta ſunt fundamēta? Et rurſus illud ipſum quod dixeris munimen: ſuper quid
iaceat: & item illud aliud ſuper quid/ & vſqꝫ interrogādo progrediar/donec re-
ſponſio ad nichil & inane perueniat. ¶ Quod ſi dicat aliquis: qa atomi ignee qua-
litatis coniūcte/ſibi vnū corpus effecerint / & quia ignis qualitas non deorſum/ſed
ſurſum tendit: impoſitam mundi molem ad ſuperiora ſemper nitens/ ignis natura
ſubuectat. Ad hec reſpōdebimus. Quomodo potuerūt atomi ignee qualitatis/que
ſemper ad ſuperiora contendūt/in inferiora deſcendere/& in profundo ac ſub om-
nia demerſo inueniri loco. cū vtiqꝫ grauiores queqꝫ (id eſt terrene vel humide qua-
litatis) preueniāt vt diximus leuiores. vnde & celum velut ſuperiorem fabricam/
igneis atomis que & leuiores ſunt/& ſurſum ſemper fugiunt: aſſerunt ſtructā. neqꝫ
ergo fundamenta ignis/aut aliqua vlla habere mundus poteſt: neqꝫ atomis graui-
oribus (id eſt iis que deorſum ſemper precipitātur/& iis que ſemper ſurſum fugiūt)
ſocietas aut compaginatio vlla conueniet. Igitur quod impoſſibile ſit/ ex atomorū
coniūctione/corpora mundi ſolidari/ſufficiēter dictum eſt. & quod nō potuerint
inſenſilia corpora (etiā ſi vlla ratione iungi/& cōnecti potuiſſent) formas dare cor-
poribus/& menſuras/vel mēbra fingere/vel qualitates efficere/ vel exprimere quā-
titates/que vtiqꝫ omnia modulatione ſui/manū teſtantur artificis/& opus rationis
oſtendunt. quam rationem: ego verbum & deum appello.

Ad chriſtianā deſcēdit philoſophiam

Caput. VI.

Niceta

S Ed dicet aliquis: hec a natura fieri. Iam in hoc de nomine controuerſia eſt.
cū enim conſtet mentis eſſe & rationis opus/hoc quod tu naturam vocas:
ego deum conditorem voco. cōſtat nec potuiſſe/ nec poſſe vel corporū ſpecies tā
neceſſariis diſtinctionib⁹ inſtitutas/vel animorū ſenſus irrationabili opere & quod
ſenſu careat effici. Quod ſi idonei tibi teſtes videtur philoſophi: Plato de his teſta-
tur in Timeo. vbi de mūdi factura diſcutiens/requirit vtrum nam ſemper fuerit: an
initium ſumpſerit: & pronunciat quia factus ſit. Viſibilis enim inquit eſt/& palpa-
bilis atqꝫ corporeus. omnia autem que huiuſmodi ſunt: facta eſſe conſtat. quod au-
tem factum eſt: aliquem ſine dubio habet actorem a quo factum eſt. hunc ergo in-
quit factorem parentemqꝫ omniū: & inuenire difficile eſt/& inuentū vulgo enarra-
re difficile. hec quidem Plato dicit. Sed & ſi ipſe aliiqꝫ grecorum philoſophi de
factura mundi ſilere voluiſſent: nonne omnibus intellectum habētibus/ palā eſſet,

Plato

Id Platonis bene & lincere dictum eſſe videt̄ ſed nō pſiſtit ilico/ introducēs opifices deo.

quis enim exigui ſaltem ſenſus homo/qui cum cernat domũ omnia que ad vſus nẽceſſaria ſunt habentem: cuius cameram in ſphere gyrum videat collectam / eamq; vario ſplendore & diuerſis imaginibus depictã/luminaribus precipuis & maximis adornatam /quis inquam huiuſmodi fabricam videns: non ſtatim pronũciet a ſapientiſſimo & potentiſſimo artifice eſſe conſtructã: & ita quis inuenietur inſipiẽs/ vt cum celi opus inſpiciat/ſplendorem ſolis cernat/ac lune aſtrorũq; curſus & ſpecies & vias certis rationibus & temporibus videat diffinitas: non tam a ſapiente hec artifice & rationabili q̃ ab ipſa ſapientia & ratione clamet effecta: Quod & ſi ſecundũ alios grecorum philoſophos audire vis/& mechanicis imbutus es diſciplinis: de excelſis que tradũtur non te ſine dubio latent. ponũt enim ſpherã equaliter ex omni parte collectam/ & ad omnia ſimiliter reſpicientẽ/atq; a centro terre equis ſpaciis deſtinatam/ipſaq; ſui equalitate ita ſtabilem vt eam in nullam partem declinare/ vndiq; equalitas collecta permittat: & ita nullo fulcimẽto ſubuecta ſuſtentatur ſphera. quod ſi vere hanc habeat ſimilitudinẽ mundi machina: euidens eſt op⁹ in ea diuinũ.Si vero (vt aliis viſum eſt)ſup aquas poſita ſphera/vel ſuper ipſas fertur/vel in ipſis voluitur: etiã ſic magni in ea artificis opus declaratur. Sed ne de iis que non omnibus palam ſunt/incerta videatur aſſertio: ad ea veniamus que neminem latent. Quis aſtrorum curſus tanta ratione compoſuit/ ortuſq; eorum & occaſus inſtituit/certiſq; & dimenſis temporibus vnicuiq; tenere celi ambitum dedit: quis ad occaſum aliis ſemper tendere/ aliis etiam redire in ortum permiſit: quis impoſuit modũ curſibus ſolis: vt horas/& dies/& menſes/& temporũ viciſſitudines diuerſis motibus ſignet: vt nũc hiemem/inde ver/eſtatem poſtea/& autumnũ: certa curſus ſui dimenſitate diſcernat & temperet/eiſdemq; vicibus anni orbem inconfuſa varietate conſtringat. quis inquã tanti ordinis moderatricem non ipſam pronunciet ſapiẽtiam: Et hec quidem ſecũdum illa a nobis dicta ſint: que de excelſorũ diſciplinis tradũtur a grecis.Quid autem & de iis que vel in terris/vel in mari videmus: Nonne euidenter edocemur dei in his non ſolum opus eſſe/ſed & prouidentiam. nam q; in terra montes excelſi certis quibuſq; habentur in locis/ vt ex his velut compreſſus & coanguſtatus aer ordinatione dei cogatur & exprimatur in ventos/ex quibus & fructus germen concipiant/& eſtiuus ardor temperiem ſumat/cũ Pliades ignite ſolis ardoribus incanduerint: Cap. VII.

Mechanicẽ diſcipline: que de machinis.

¶ Ed dices: cur & ardor ſolis/vt tẽperies requiratur: Et quomodo fruges humanis vſibus neceſſarie matureſcerent: ſed & illud aduerte: q; ad axem meridianũ vbi plus caloris eſt/non multa datur nubiũ conſtipatio/nec abundans copia imbrium funditur/ ne morbus humentibus generetur. humide enim nubes/ſi calore rapido coquantur: aerem corruptum & peſtiferũ reddũt.Sed & terra calidũ imbrem ſuſcipiens: non nutrimenta ſegetibus ſed perniciem prebet. in quo: qs dubitat opus eſſe diuine prouidentie:Deniq; egyptus quia ethiopicis e vicino flagrat ardoribus: ne inſanabiles corruptelas aeris imbriũ neceſſitate ſuſciperet/campi eius non pluuiam nubibus miniſtratã/ſed terrenũ quodãmodo imbrem nilo inundãte ſuſcipiunt.Quid de fontibus dicemus & fluuiis/qui perenni in mari fluunt meatu: & per diuinam prouidentiam/nec abundans deficit curſus/ nec mare tantas aquarum recipiens copias/vllum ſentit augmentum. ſed in eadem mẽſura: & ea que cõferunt & ea quibus conferũtur/elementa perdurant. ¶ Sed dicis michi/ ſalſa aqua naturaliter conſumit fluens dulce/ quod ei fuerit infuſum. Et in hoc ergo maris

Nicetã

feſtum eſt prouidentie opus: vt ſalſum faceret elementũ illud/in quod curſus om‑
niũ aquarũ(quas ad vſus/hominibus preſtiterat) declinauit/vti ne per tanta ſeculi
ſpacia repletus maris alueus/inundationẽ pernicioſam terris & hominibꝰ redderet.
Nec ita quiſquã inſipiens erit: vt hanc tantã rationem/tantãqꝫ prouidentiã ab irra‑
tionali natura arbitretur eſſe diſpoſitã. Quid aũt de virgultis/quid de animalibꝰ di‑
cam: nonne per prouidentiam factum eſt/ vt cum ſenecta temporis reſoluerentur/
virgulta quidem vel plantis vel ſeminibus/queqꝫ ipſa dederint/animalia vero per
progeniem reparẽtur? & mira quadam diſpẽſatione prouidentie/naſcituro pecori
lac preparatur in vberibus: ac ſtatim vt natum fuerit/ nullo docente ſcit vbi alimo‑
nie ſue horrea requirat. gignuntur autẽ non ſolũ mares/ſed & femine: vt ex vtroqꝫ
poſſit rurſus conſtare poſteritas. Sed ne(vt putant homines) viderẽtur hec nature
quodam ordine & non diſpenſatione fieri conditoris: pauca quedam ad indicium
& documẽtum prouidentie ſue mutato ordine/ genus ſeruare iuſſit in terris. verbi
Vipera — gratia. vt Vipera per os conciperet/ & per aurem muſtella generaret/ vt aues non‑
Muſtella — nulle(ſicut & galline)interdum oua/vel vento/vel puluere concepta parerent. alia
Galline — quedam animalia marem vicibus alternis/in feminam verterent:& ſexum per ãnos
Lepores — ſingulos cõmutarent/vt lepores & hiene/quas beluas vocant. Alia etiam ex terra
Hiena. — orirẽtur/atqꝫ inde ſumerent ſubſtantiã: vt talpe. Alia vero ex cinere: vt vipere. Alia
Veſpe — ex putrefactis carnibus: vt veſpe quidem equinis/apes autem bubulis. Alia ex fimo
Apes — boum: vt ſcarabei. Alia ex herbis: vt de ocimo ſcorpius. Et rurſus herbe ex animali‑
Scarabei. — bus: vt ex cornu cerui vel capree/apii & aſparagi. Et quid opus eſt plura enumera‑
Scorpius. — re: in quibus diuina prouidẽtia mutato eo ordine qui a natura datur/ multimodis
Apium — differentiis natiuitates animalium conſtare voluit/ex quibus nõ irrationabilis rerũ
Aſparagi — curſus/ ſed ipſius diſpenſatio/ ratione doceretur? An non & in hoc pleniſſimũ de‑
monſtratur opus diuine prouidentie: vbi & terra & aqua ad vitam hominũ ſemi‑
na iacta reparantur? que cum terre fuerint mandata: voluntate dei humorem/quẽ
ſuſceperat gleba/velut vberibus ſuis/ ſeminibus immulget. aquis enim ineſt quedã
vis ſpiritus a deo dati ex initio: cuiꝰ opere/habitus futuri corporis in ipſo ſtatim ſe‑
mine formam incipit/& per culmũ ſpicãqꝫ reſtitui. turgefacto etenim ex humore ſe‑
minũ grano: per anguſtos quoſdam venarũ meatus/vis illa ſpiritꝰ que ineſſe aquis
data eſt/vt pote incorporea tranſcurrens/ad incrementũ ſemina ſuſcitat/& creſcen‑
tium ſpecies format. Miniſterio igitur humidi elementi/cui vitalis ille ſpiritus inſitꝰ
ſemper & ingenitus eſt/efficitur: vt non ſolum reparetur/ſed & vt per omnia ſimi‑
lis ſpecies & forma/iis(que iacta fuerint) ſeminibus/redeat. que ratio/cui vel breuẽ
ſenſum habenti: per irrationabilem naturã/& non per diuinam ſapientiã conſtare
videbitur? Deniqꝫ etiam hec ad ſimilitudinem humane natiuitatis formata ſunt: vi‑
detur enim terra matricis locum tenere: cui ſemen iniectum per aque & ſpiritus vim
(ſicut ſupra diximus) & formatur & alitur. Cap. VIII.

Niceta — ſ Ed in hoc admiranda eſt diuina prouidẽtia: ꝙ videre nos quidem & agno‑
ſcere fecit/que fiunt. quomodo autem & qualiter fiãt/in ſecreto poſuit & in
occulto: vt non indignis ad agnitionem ſubiaceant/ſed dignis fidelibuſqꝫ cum me‑
ruerint/pateſiant. Vt autẽ rebus ipſis & exemplis probemus/nichil omnino ex ter‑
rena ſubſtantia ſeminibꝰ dari/ſed totũ ex elemento aque & ſpiritus (qui ineſt ei) vir‑
tute conſtare: pone michi(verbi gratia) aliquo in loco ampliſſime magnitudinis ter‑
re/talenta centum/& ſeminẽtur in eo diuerſe ſpecies ſeminũ/ vel olerum/vel etiam

virgultorũ/his prebeatur ad irrigandum aqua ſufficiens/& per annos plures habe
atur iſta diligentia/ congregentur autem ſemina que collecta fuerint (verbi gratia)
frumẽti vel ordei/aliarũq; ſpecierũ per ſingulos annos ſeorſum/donec vniuſcuiuſ-
q; ſeminis aceruus/ad centum talentorũ pondus aſcendat/tunc etiam arbores abſci
ſe radicitus/ appendãtur/& his omnibus ex terra reſumptis ſi appendatur terra/cẽ
tum ſua nichilominus talenta/ſalua reſtituet: vnde ergo dicemus omne illud pon-
dus/omnẽ quãtitatẽ ſeminũ diuerſorũ atq; arborũ ſurrexiſſe: nõne euidẽter appa-
ret: quia ex aquis? Terra enim quod ſuũ eſt integrũ tenet: aqua vero que per ſingu
la iniecta eſt/nuſq̃ prorſus eſt. O potentem diuine cõditionis virtutẽ: que per vnã
aque ſpeciẽ/tantorum ſeminũ virgultorũq; & ſubſtãtias reparat/& ſubſtãtias for-
mat/& genus fenore multiplicato cuſtodit. Ex q̃bus omnib⁹ ſatis abũde patere pu
to: artificis ſenſu & nõ irrationali nature opere cũcta effici/& vniuerſa cõſtare. Sed
veniamus adhuc ſi videtur/etiã ad noſtrã (id eſt ad hominis ſubſtãtiã) quia homo
eſt nõ in paruo mũdus. & cõſideremus quãta ſit ratione cõpoſitus: & ex hoc pre-
cipue ſapientiã cõditoris intelliges. qui cũ ex diuerſis ſubſtãtiis cõſtet (id eſt morta-
li & immortali) per artificẽ prouidentiã cõditoris/ ſocietatẽ diuerſitas nõ refugit/
& quidem longe a ſe ſubſtãtiis alienis & diuerſis. Alia nãq; de terra aſſumitur/& a
conditore formatur: alia vero ex immortalibus ſubſtantiis datur/ nec tamen ei per
huiuſmodi coniũctionem honor immortalitatis infringitur. nec (vt quibuſdam vi-
detur) ex rationali & concupiſcibili & iraſcibili ſubſiſtit. ſed magis ineſſe ei tales q̃-
dam videntur affectus/quib⁹ ad hec ſingula moueri poſſit. quod ex oſſibus & car-
nibus conſtat: initium ſumit ex ſemine viri. quod de medullis calor eliciens matrici
quaſi terre conſignat/ cui inherẽs ex fonte ſanguinis/ paulatim rigatum in carnẽ &
oſſa producitur/ atq; in ſpeciẽ actoris iacti ſeminis reformatur. & vide in hoc arti-
ficis opus: quomodo oſſa velut colũnas quaſdam/ quibus caro ſuſtentetur ac por
tetur inſeruit? Tum deinde & qualis ex vtraq; parte (id eſt dextra ac leua) menſura
ſeruetur: vt congruat pes pedi/& manus manui/digiti quoq; digitis/vt ſinguli ad
ſingulos tota equalitate concordent/ſed & oculus oculo/& auris auri. que non ſo
lũ conſona ſibi & concordãtia: ſed & vſibus neceſſariis apta formantur. manus q̃-
dem vt operi commode ſint: pedes vt greſſibus/oculi vt viſibus ſeruiant/ſupercilio
rum excubiis cuſtoditi. aures ad audiendum ita formate: vt cimbalis ſimiles/ſuſcepti
verbi repercuſſum ſonitũ altius reddant/& vſq; ad ſenſum cordis emittant. lingua
ad loquendum/illiſa dentibus/ plectri reddat officiũ. ipſi vero dentes: alii vt incidãt
& diuidant cibos & interioribus tradant/interiores vero vt in modum mole confi
ciant & cõminuant / quo oportunius ſtomacho traditi decoquantur. vnde & mo
lares: appellati ſunt. ſed & nares commeandi flatus & reddendi ac recipiendi gratia
facte ſunt: vt innouatione ſpiritus/calor naturalis qui in corde eſt/vel accẽdi vel re-
frigerari (cũ res popoſcerit) queat/pulmonis officio. qui pectori inherere datus eſt:
vt mollicie ſui palpet & foueat cordis vigorem. in quo videtur vita conſiſtere: vita
(dico) non anima. nam quid dicam de ſubſtãtia ſanguinis/qui velut fluuius ex fon
te procedens ex vno prius alueo inuectus/ tum deinde per innumeras venas quaſi
per areas diriuatus: totam humani corporis terram/vitalibus rigat fluentis iecoris
opere miniſtratus. quod ad efficaciam digeſtionis ciborum/atq; in ſanguine mutã
dorum in dextro latere iacet. in ſiniſtro vero ſplenis eſt locus: qui trahere ad ſe/&
purgare quodammodo ſordes ſanguinis poſſit. inteſtinorum quoq; ratio quanta

eſt: que ideirco longis nexibus in circulorũ ordinata ſunt modum: vt ſuſceptas di-
geſtiones ciborum / paulatim egerãt/quo neq; ad ſubitum inanes efficiãt locos/&
iis qui ſuperadditi fuerũt/ non impediantur cibis. membrane autem in modũ ideir-
co facta ſunt: vt ex ipſis ea que intrinſecus ſunt humorem ſuſcipiãt/ quo neq; ſubi-
to fuſus exinaniret interna/neq; denſiore cute prohibente/arida que extrinſecus ha
bentur efficeret/& totã hominis fabricã ſitis neceſſitate turbaret. Porro vero femi-
nea neceſſaria poſitio/& matricis ſinus ad recipiendũ germen & confouendũ viui-
ficandũq; cõmodiſſimus. quem non ratione & prudẽtia effecta eſſe que facta ſunt
ſuadeat: ꝙ in ea ſolum parte membrorum/a virili ſpecie femina diſcrepat/ qua po-
ſteritas ſata ſuſcipitur & fouetur: Et rurſus virilis habitus ea tantũmodo membro-
rũ pte imutatur: qua ei vis ferendi & generandi hominis ineſt. & in hoc magnum
quidem teſtimonium prouidentie datur: ex neceſſaria diuerſitate membrorum. ſed
ſibi maius/vbi in habitꝰ ſimilitudine: vſus diuerſitas & officii varietas inuenitur. nã
mamille viris eque ſunt ac feminis: ſed feminarũ ſole ſunt/ que lactis munere replẽ-
tur. vt ſtatim vbi genuerint/apta ſibi paruulus inueniat nutrimenta. ꝙ ſi tanta ra-
tione videmus in homine membra diſpoſita/vt cum in ceteris omnibus ſimilis ha-
bitus videatur/ in iis tantũ modo diſcrepent/in quibus vſus diuerſitatem requirit/
& neq; in viro aliquid ſuperfluẽs aut egẽs/neq; in femina vel quod deſit videamꝰ/
vel quod abundet; quis ex his omnibus non euidenter agnoſcat/rationis opus/&
ſapientiam conditoris: His aſtipulatur etiam ceterorum animalium rationabilis di-
uerſitas/& ſuo cuiq; vſui/miniſterioq; conueniens. Hec teſtatur & arborum vari-
etas/herbarumq; diuerſitas/ tã ſpecie variata ꝗ̃ ſuccis. Hec aſſerit & permutatio tẽ-
porum in quattuor diſtincta viciſſitudines: & certis horis/diebus/menſibus annũ
circulus claudens/& ne vnam quidem horam ſtatute rationis excedẽs. hinc deniq;
etiã mundi ipſius etas: certa & ſtabili ratione concepto annorum numero cenſetur.
¶ Sed dices. Quãdo mundus factus eſt: & quare tam tarde: Hoc poſſis obtẽdere
etiam ſi ante factus fuiſſet. diceres enim: cur non & ante hoc: Et ita immenſa ſecula
tranſcendens/ſemp poſſis regrere: cur non & ante hoc: ſed nobis nũc ſermo nõ de
eo eſt: cur non ſit ante factus ꝗ̃ factus eſt/ſed ſi omnino factus eſt. Si enim factũ cõ-
ſtat: neceſſario potentis & ſummi artificis opus eſt. quod ſi conſtat: quando eum
facere voluerit/ſapiẽtis artificis arbitrio/iudicioq; relinquẽdum eſt. niſi ſi videatur
tibi omnis hec ſapientia/ que tam immanem mundi machinam ſtruxit / & ſingulis
quibuſq; rebus eas formas & ſpecies dedit/quarum habitum non decori ſolum cõ
uenientem/ſed & futuris vſibus aptiſſimũ & neceſſarium poneret: hoc etiam ſolum
fugerit/quo tam magnifice conditionis oportunũ tempus aſſumeret. eſt apud illũ
profecto certa ratio/ſunt euidentes cauſe: cur/& quando/& qualiter fecerit mũdũ.
quas hominibus hec que ante oculos poſita ſunt/& de eius prouidentia conteſtã-
ter inquirere & intelligere pigrum fuit: aperiri vtiq; non oportuit. que enim in oc-
culto habentur/& intra ſapientie ſenſus/vel intra regios theſauros cõdita ſunt: ne-
mini patent/niſi iis qui ab illo didicerint/ apud quem ſignata ſunt hec & repoſita.
deus ergo eſt qui fecit omnia: & ipſe a nemine factus eſt. Qui autem naturam pro
deo nominant/& per naturã facta eſſe cuncta teſtantur: latet eos appellationis ſue
error. ſi enim naturam irrationabilem putant: ſtultiſſimũ eſt rationabilem facturã/
ab irrationabili factore procedere. ſi vero ratio eſt (id eſt logos) per quã facta con-
ſtat vniuerſa: ſuperfluo nomen immutant/niſi de conditoris ratione profitentur.

Ad hec ſi quid habes pater/proſequere. Cap.VIIII.

Senex

h Ec cum Niceta dixiſſet:ſenex ita reſpondit. Tu quidem fili prudenter & fortiter proſecutus es: intantum vt melius dici poſſe de prouidentia nõ putẽ. ſed quoniam hora iam multa eſt: craſtino ad hec que proſecutus es reſpondere aliqua volo. de quib⁹ ſi michi ſatiſfeceris/gratie me fatebor debitorẽ.

Laodicẽſis quidam

PETRVS & reliqui.

❡ Et his a ſene dictis: ſurrexit Petrus. Quidam vero ex aſtantibus Laodicenſium primus: rogabat Petrum & nos/vt ſenex indumenta que habebat ſordida & ſciſſa mutaret. quem Petrus & nos amplexi & collaudantes pro honeſta & optima voluntate ſua: dicebamus. quia nec nos ita inſipientes ſumus & impii: vt cui tam precioſa verba concredimus/non multo magis etiam hec/que ad vſus corporeos ſunt/neceſſaria prebeamus. que eum & libenter ſuſcepturum credimus: tanq̃ a filiis patrem. ſed & rectum nobis etiam vitam communem fore credimus. hec cum nos diceremus/& ille primarius ciuitatis ſumma vi & blandimẽtis plurimis auellere a nobis cuperet ſenem/nos vero eo vehementius retineremus: omnis populus acclamauit/ vt illud magis fiat quod ipſi placet ſeni. & cum ſilentiũ factum fuiſſet: ſenex iuramento preuenit dicẽs/hodie apud nullum manebo/ neq; ab aliquo quicq̃ ſuſcipiam/vt ne alterius delectatio/alterius triſticia fiat. hec enim poſt modũ: ſi viſum fuerit/fieri poſſunt.

PETRVS

❡ Et cum hec ſenex dixiſſet: Petrus ait ad primorem ciuitatis. Quoniã noſtri preſentia/bonam voluntatem tuam oſtendiſti: triſtem te non oportet abſcedere/ ſed accipiemus abs te gratiam pro gratia. domũ tuã nobis oſtende/& prepara eã: vt craſtino diſputatio que futura eſt/ibi habeatur. & ſi qui volunt adeſſe: ad audiendum permittantur. que cũ audiſſet primus ciuitatis: valde gauiſus eſt/ſed & populus omnis libenter audiuit. cũq; diſceſſiſſent turbe: domum ſuam oſtẽdit. diſcedere autem & ſenex cepit. ego tamen vni ex pediſſequis meis imperaui clam obſeruare veſtigium ſenis: & diſcere vbi maneret. nos autem cum rediſſemus ad hoſpitium: enarrauimus omnia fratribus/que nobis cum ſene habita ſunt. & ita ex more cibo ſumpto: quieuimus.

Caput.X.

PETRVS

d Ie autem poſtera/Petrus mature ſurgẽs excitauit nos: & perreximus pariter ad locum ſecretum/in quo & pridie orationis cauſa/ingreſſi fueramus. atq; inde poſt orationem/ dum veniremus ad conſtitutam domũ: in itinere monebat nos dicens: Audite me conſerui dilectiſſimi. bonum eſt vt vnuſquiſq; veſtrum: ſecundum quod poteſt/proſit ad fidem religionis noſtre. & ideo non vos pigeat: ſecundum ſapientiam que vobis per dei prouidentiam collata eſt differentes/inſtruere ignaros & docere. ita tamen vt iis que a me audiſtis & tradita ſunt vobis: veſtri tantum ſermonis eloquentiam ſocietis/ nec aliquid proprium & quod vobis non eſt traditum proloquamini/etiam ſi vobis veriſimile videatur. ſed ea (vt dixi) que ipſe a vero propheta ſuſcepta vobis tradidi: proſequimini/etiam ſi minus plene aſſertiones eſſe videbuntur. hinc enim ſepe contingit declinare quoſdam a veritate: dum ſpeciem ſibi verioris & validioris veritatis/ propriis cogitationib⁹ reperiſſe ſe credunt.

Clemens & ſocii

PETRVS

❡ His a Petro dictis libenter ãnuimus: dicẽtes ei/nichil nos acturos/niſi quod ipſi videtur. ❡ Tũ ille: vt ergo inquit ſine periculo exerceamini/me corã diſputate ſingulis itã vt vn⁹ alii ſuccedat/ac ſuas vnuſquiſq; explicet queſtiones. nũc ergo quoniã externo die Niceta ſufficiẽter diſſeruit: hodie ſermonẽ faciat Aqla/& poſt Aquilã Clemens/inde ego: ſi tamẽ etiã me res popoſcerit aliqd addere. Inter

ea dũ huiuſmodi ſermones cudimus: domũ ventũ eſt. in qua ſuſcipiens nos pater-
familias: introduxit ad locũ quendam in ſimilitudinẽ theatri collectũ/& pulchre ex
edificatũ. in quo turbas plurimas ex tẽpore noctis operiẽtes nos/repperimus: inter
quos & ſenex qui nobiſcũ pridie diſputauerat. Cap. XL.

PETRVS

Taqꝫ mediũ habẽtes Petrum: ingredimur etiã nos/circũſpicientes ſicubi cer-
neremus ſenẽ. quẽ prior Petrus videns/in medio turbe latitantẽ: euocauit
ad ſe dicẽs. clariorẽ multis animã poſſidens: cur in occulto lates/& verecũdia cõte-
geris? accede huc magis: & que tibi vidẽtur exequere. Vbi hec dixit Petrus: ſtatim

Senex

turbe/locũ dare ceperũt ſeni. ¶ Cũqꝫ acceſſiſſet: ita cepit. Eorũ que die heſterna p-
ſecutus eſt iuuenis: etiã ſi verba nõ memini/ſenſum tamẽ & ordinẽ teneo. & ideo

Anacephaleoſis: breuis re-capitulatio & reſumptio aliquorum

neceſſariũ puto/propter eos qui heſterno non affuerũt: anacephaleoſin facere eo-
rũ que dicta ſunt/& breuiter cũcta repetere. vt etiã ſi aliquid me effugerit: ab eo q
proſecutus eſt preſente/cõmonear. hic ergo fuit heſterna die diſputationis ſenſus:
ꝙ omnia que videntur/quoniam certa menſura & arte/formaqꝫ ac ſpecie conſtãt:
ſine dubio a ſapienti virtute facta eſſe credenda ſunt. quod ſi mens & ratio eſt/que
hec condidit: conſequens eſſe/vt rationis ipſius prouidẽtia/mũdus regatur/etiã ſi
nobis ea que geruntur in mundo/minus recte geri videãtur. conſequitur autem vt
ſi creator omniũ deꝰ eſt: etiã iuſtꝰ eſt. ſi iuſtꝰ eſt: neceſſario iudicat. ſi iudicat: neceſſe
eſt vt homines de ſuis actibus iudicẽtur. & ſi de actibus ſuis vnuſquiſqꝫ iudicatur:
erit ergo inter peccatores & iuſtos/iuſtũ quãdoqꝫ diſcrimen. hec fuit vt opinor to-
tius verbi continentia. Si ergo oſtendi poteſt ꝙ mens ac ratio cũcta condiderit: cõ-
ſequens eſt ea que ſequũtur/ratione & prouidentia geri. ſi vero natura imprudens
& ceca gerit vniuerſa: perimitur ſine dubio iudicii ratio/nec diſcuſſio peccatorũ ac
benefactorũ remuneratio ſperabitur vbi iudex nõ eſt. quia ergo omnia in hoc pẽ-
dent/& huic capiti adherẽt: nõ indignemini ſi forte paulo latius diſcuti hec & per-
ſcrutari voluero. in hoc enim michi ad omnia que proponuntur/ velut prima ia-
nua clauditur: & ideo hanc michi ante omnia aperiri volo. Nunc ergo audite que
dico: & reſpondeat michi ſi quis veſtrum volet. non enim erubeſcam diſcere ſi au-
diero quod verũ eſt: & recte dicẽti acquieſcere. Igitur heſterno a te habitus ſermo/
qui aſſerebat ꝙ arte & menſura & ratione cuncta conſtarent: non valde michi ſu-
adet mentem rationemqꝫ eſſe/que fecerit mundum. multa enim habeo/que oſten-
dam/competenti menſura ac forma & ſpecie conſtare: nec tamen per mentem con
dita & rationem. Tum preterea video multa incõdite & inconſequẽter geri in hoc
mũdo: & ſine Geneſis curſu/nichil fieri poſſe. quod poſt omnia/etiã ex me ipſo ma
nifeſtiſſime approbabo. ¶ Hec cum ſenex diceret: Aquila reſpondit. Quoniã ipſe

Aquila

propoſuiſti/vt ad ea que diceres/ haberet copiã reſpõdẽdi qui velit: cõcedit michi
frater meus Niceta/hodie facere ſermonem. ¶ Et ſenex. proſequere ait fili: vt vis.

Senex
Aquila
Senex.

¶ Et Aquila ait. promiſiſti quod oſtẽderes multa eſſe in mũdo/que formã ac ſpe
ciem equali ratione collectã gerant: que tamen conſtent non effici per conditorem
deum. Nunc ergo: quod promiſiſti oſtẽde. ¶ Et ſenex. Ecce arcũ videmus in celo/

Aquila
Typum & formã: pro eo qđ modulos & formulas vocant/accipit

circulum tenere omni menſura collectum / & habere ſpeciem veri / quem fortaſſi-
ne mens condere nec deſcribere ratio potuiſſet: nec tamen hic ab aliqua mente fit.
Ecce in breui totum poſui. Reſponde ad hec. ¶ Tum Aquila. Non continuo in-
quit. ſi quid ex typo & forma exprimitur: id intelligitur ratione & mente non fieri.
quoniam typus ipſe qui exprimit figuras & formas: nõ ſine mẽte factus eſt. Verb(

cauſa.Cera ſi affigatur ſculpto ănulo : imaginē quidē & figurā ſumit ex anulo/qui
ſine dubio ſenſu caret.ſed anulus qui exprimit effigiem: manu artificis ſculptus eſt/
& mens fuit ac ratio que typū anulo dedit.Ita ergo & arcus exprimitur in aere. ſol
enim nubibus rareſcentibus radios ſuos imprimens / & humori nubilo velut cere
molli affigens orbis ſui typum: arcus ſpeciem reddit. & efficit hoc/ipſa (vt dixi) re-
percuſſio ſplendoris ſolis in nubibus: atq; ex illis fulgorē circuli eius reddēs.Fit au
tem hoc nō ſemper: ſed cum oportunitatem ſui/humecte nubes rareſcendo preſti
terint . Vnde & rurſus cū denſantur nubes & coeunt: arcus forma reſoluitē & exo-
leſcit.Deniq; nūq̄ ſine ſole & nubibus arcus apparet:ſicut nec ſine typo & cera/vel
alia huiuſmodi materia exprimitur imago. Non ergo mirū eſt: ſi conditor deus ex
initio fecit typos : ex quibus nūc forme exprimātur ac ſpecies. Simile autem hoc/&
illi/ꝙ ab initio deus elementa inſenſibilia creauit:quibus ad reliqua omnia formāda
& explicanda vteretur.Sed et qui ſtatuas formāt : typū prius luti vel cere fingūt/&
ex ipſo redditur ſtatue effigies. Tū deinde & vmbra redditur ex ſtatua:que vmbra
per omnia formā ac ſimilitudinē ſtatue gerit. quid ergo/ dicemus inſenſibilē ſtatuā
formare vmbrā/ tā diligēti q̄ ipſa ſtatua eſt/ ratione collectā : an illi ſine dubio aſ-
ſcribetur vmbre collectio/qui & ſtatuā finxit?Si ergo tibi videtur hoc ita ſe habere/
et ſufficit quod de hoc dictū eſt : ad alia inquirenda veniamus.aut ſi aliquid adhuc
deeſſe putas: repetamus. Cap.XII.

e T ſenex ait.Nolo vt repetas de hoc. Sūt enim & alia multa:que ſimiliter fi- Senex.
eri video.Nam & fructus arborum ſimili modo pulchre formati/& in ro-
tundum mire collecti naſcuntur/& foliorum ſpecies ingenti decore formatur/atq;
exquiſita arte viridis membrana cōtexitur . Tum preterea pulices/ mures/lacertas/
& his ſimilia: nunquid & hec dicemus a deo fieri? Vnde ex his vilioribus coniectu-
ra capitur meliorum: ꝙ nequaq̄ mentis arte formentur . ¶ Bene inquit Aquila. Aquila
Quia de foliorū textura/& de paruis animalibus colligis/ ꝙ ex his fides etiam melio
ribus deroganda ſit . Sed non te iſta decipiant/vt putes quaſi duabus ſolis manib⁹
operantem deum/non poſſe vniuerſa cōplere que fiunt.Sed memento quomodo
heſterno tibi frater meus Niceta reſpōdit: & myſterium ante tempus aperuit/vere
quaſi cum patre loquens/& cur/& quomodo fiant hec que inutilia vidētur/expo-
ſuit. ¶ Et ſenex.Cur iſta inutilia/voluntate illius ſumme mentis fiant:velim a te au Senex
dire. ¶ Et Aquila. Si inquit liquido apud te conſtat/quod mētis & rationis opus Aquila
eſt: tum demū tibi etiā cur facta ſint dicere nō pigeat/ & quod iuſte facta ſunt edo-
cere. ¶ Ad hec ſenex reſpōdit.Nō poſſum fili : ea que vidētur ex arte formata/di- Senex.
cere ꝑ artē mētis fieri/propter cetera q̄ iniuſte & inordinate fieri videmus in mūdo.
¶ Si te (inquit Aquila)ea que inordinate fiūt/dicere ꝙ per prouidentiam dei facta Aquila
ſunt non ſinunt: cur non ea que ordinate fiunt/dicere te ꝙ a deo facta ſint cogunt/
et quia irrationabilis natura opus rationabile proferre nō poſſit? Certum eſt enim
nec omnino negamus:quia in hoc mūdo quedam ordinate/quedā inordinate fiūt.
ea ergo que rationabiliter fiūt : crede ꝙ per prouidētiā fiāt. que vero irrationabili-
ter & inordinate: qa naturaliter eueniāt/& fortuitu accidant.Miror aūt nō aduer-
tere te homines . qa vbi ſenſus eſt: poſſunt res & ordinate/ & inordinate fieri. vbi
autē null⁹ eſt ſenſus: neutrū oino effici. nā ratio ordinē facit. ordinis autē curſus/ſi
cōtrariū qd acciderit qđ ordinē turbet:neceſſario inordinatū aliqd ꝓfert. ¶ Et ſe- Senex
nex.Hoc ipſum/michi a te oſtēdi volo. ¶ Nō(inqt)morabor Aqla.Duo viſibilia Aquila

ſigna monſtrantur in celo:vnū ſolis/aliud lune. hec ſequuntur & alie quinqꝫ ſtelle: diuerſos & proprios ſingule explicātes curſus. Hec ergo deus poſuit in celo:quibꝰ aeris temperies pro ratione tēporū diſpenſetur/ & ordo viciſſitudinū permutatio-nūqꝫ/ſeruetur. Horū autē ipſorū miniſterio/& ſi quādo pro peccatis hominū pla-ga & correptio terris inijcitur : ꝑturbatur aer. lues animātibus/corruptio frugibus peſtilēs per omnia mortalibꝰ annus inducitur. Et ita fit: vt vno eodēqꝫ miniſterio: & ſeruetur ordo & corrūpatur. Et enim palā eſt etiā incredulis & imperitis: ꝙ cur-ſus ſolis/ vtilis & neceſſarius mūdo per prouidentiā datus/ſemper ordinatus habe-atur. Lune vero ad comparationem curſus ſolis: in augmentis & detrimentis ſuis/ apud imperitos/inordinati curſus videntur et icōpoſiti. nā ſol:certis diſtinctionibꝰ & ordinatis mouetur . ex ipſo enim ſunt hore/ex ipſo dies cū aſcēderit: ex ipſo etiā nox cum occiderit. ex ipſo menſes & anni numerantur. Ex ipſo viciſſitudines tem-porum fiūt. dum ad ſuperiora conſcendit: ver temperat. vbi autem ad ſummū celi venerit: eſtiuos accendit calores. & decidens: autumni temperiem reddit. vbi vero ad inferiorē redierit circulū:ex glatiali cōpage celi/rigorē nobis hiberni frigoris de-relinquit. Sed de his alias latius differemus. Nūc interim conſiſtit miniſter bonus ad viciſſitudines tēporū moderādas: tamē vbi ſecundū voluntatē dei correptio mor-talibus datur/incandeſcit acrius/& vrit mūdum vehemētioribus flammis. ſimiliter autē & lune curſus. atqꝫ hec que imperitis videtur inordinata ꝑmutatio: incremētis frugū & pecudū omniūqꝫ animātium/commoda eſt. augmētis enim eius detrimen-tiſqꝫ : mira quadā prouidentie arte/omne quod gignitur/alitur & creſcit. de quibꝰ latius proſequi poſſumus/& aperire de ſingulis rationem: niſi nos propoſite que-ſtionis ordo reuocaret . his tamē ipſis eiſdēqꝫ miniſteriis gignunt/aluntur/augētur vniuerſa. cum aliqua fuerit iuſta ex cauſa ordinis iſtituti mutata tēperies:corruptio oritur/& intemperantia. vt in homines (ſicut ſupra diximus) caſtigatio dei/volun-tate procedat.

Cap. XIII.

Aquila

SEd fortaſſe dices. Quid ꝙ in iſta cōmuni caſtigatione ſimilia impii patiātur & pii? Verū eſt: nos etiā fatemur. ſed piis caſtigatio ad profectū cedit: vt in p̄ſenti vita afflicti/purgatiores veniāt ad futurā/ in qua eis requies ꝑpetua p̄parata eſt/ſimul autē vt & impii/aliquātulū ex ipſorū caſtigatiōe proficiāt:aut iuſta in eos feratur iudicii futuri ſentētia. cū in eiſdē caſtigationibꝰ:iuſti qdē gratias egerint deo/ iniuſti autē blaſphemauerint . Igitur cū in duas ꝑtes/rerū diuidatur opinio: ꝙ alia per ordinē/alia cōtra ordinē gerūtur. cauſas require ab iis : qui eas ꝑ doctrinā pro-pheticā didicerunt. qbus enim innoteſcere potuit ſermo propheticus: ſciūt quādo & ob quā cauſam/erugo/grādo/peſtilētia/& horū ſimilia/ꝑ ſingulaſquaſqꝫ gene-rationes exorta ſint/& ex qbꝰ peccatis hec ad vindictā dictata ſint . vnde humano generi cauſa triſtitie/vnde gemitꝰ ac dolor acciderit: vnde etiā tremoris lāgor adue-nerit/& quod hec ab initio fuerit vindicta parricidii. Nā ab origine mūdi/nichil ho-rū fuit: ſed ex impietatibꝰ hominū iſta mala initiū ſūpſerūt. & inde ſēꝑ creſcētibꝰ iniq-tatibꝰ:& malorū numerus creuit. Sed idcirco diuina prouidētia iudiciū erga oēs ſta-tuit:qa p̄ſens ſeculū nō erat tale/i quo vnuſqſqꝫ poſſit ꝑ meritis diſpēſari. Nō ergo ex iis (q̄ ꝑ peccatis hoim mūdo acciderit) malis:illa cōtēplāda ſūt q̄ ab iitio cū nulle male cauſe exiſterēt/bn̄ & ordiate iſtituta ſūt. deniqꝫ ad idiciū eorū q̄ ab iitio fuerūt

Seres populi.

inueniūt nōnulle gētes/aliene ab hmōi malis. nā Seres qa caſte viuūt:expꝛes habēt horū oiꝫ. qa neqꝫ poſt ꝯceptū adiri vltra apud eos feminā fas ē: neqꝫ cū purgatura

carnibus ſibi immundis: nemo veſcitur. ſacrificia: nemo nouit. ſecundũ iuſticiã: ſibi
ipſis iudices fiunt. Idcirco igitur neq; caſtigantur iſtis plagis (quas ſupradiximus)
& plurimũ temporis in vita durantes abſq; egritudine/vitam finiunt. Nos autem
miſeri velut cum ſerpentibus peſſimis habitãtes(cum hominibus dico iniquis)peri-
mus neceſſario cum ipſis/ afflictionũ plagis in hoc mundo/ſed ſpem gerimus ex cõ
ſolatione futurorum bonorum. ¶ Si propter iniquitates(inquit ſenex)aliorũ/cru- Senex.
cientur etiam iuſti: oportuit deum tã q̃ prouiſorem iubere hominibus/vt non face
rent ea ex quibus neceſſe eſt cum iniuſtis affligi etiã iuſtos: aut facerent emendatio-
nem aliquã/aut purificationem mundo adhiberent. ¶ Iuſſit (inquit Aquila)deus Aquila
hec: & dedit precepta per prophetas quomodo homines viuere debẽt. Sed & hec
contẽpſerũt: imo vero & eos qui forte obſeruare cupiebãt/ diuerſis iniuriis affixe-
runt. donec etiã ipſos a propoſita obſeruatione deiicerẽt. & ad incredulitatis nichi
lominus cõuerterent turbã/ſibiq; ſimiles efficerent. Propterea deniq; ab initio cum
fuiſſet omnis terra maculata peccatis: deus diluuiũ induxit mundo. quod vos ſub
Ogyge factum dicitis. & tũc vnũ quẽdam iuſtũ cũ filiis ſuis in arca reſeruauit. & cũ
eo omniũ ſeminũ/omniũq; animãtiũ genus. Et tamẽ etiã qui ex ipſis nati ſunt: tem
pore intercedente rurſus ſimilia prioribus agũt. Obliuioni enim que acciderãt data
ſunt: ita vt poſteri hoc ipſum quidẽ crederent/ꝙ diluuiũ factũ eſt. Vnde & ſtatuit
deus in preſenti ſeculo: vltra nõ fieri diluuiũ. alioqui ſecũdũ rationẽ peccatorum
neceſſe erat/etiã per ſingulas generationes hoc fieri īfidelitatis gratia. ſed magis in-
dulſit per ſingulas gentes angelos quoſdã agere principatũ: qui malis gaudẽt. qui-
bus tamen ea conditione poteſtas aduerſus vnũquẽq; mortaliũ data eſt: ſi prius ſe
ipſe quis peccãdo eis feciſſet obnoxiũ. donec auerteret ille: qui bonis gaudet/& cõ-
pleretur per ipſum numerus iuſtorũ/& per oẽm mũdũ creſcẽte multitudine piorũ/
aliqua ex parte reprimeretur impietas/& innoteſceret omnibꝰ/qa omne quod bo-
nũ eſt/a deo fit. Ex arbitrii autẽ libertate/ vnuſquiſq; hominũ dũ incredulus eſt de
futuris: per malos actus incidit in mala. Et hec ſunt que vidẽtur in mũdo cõtra or-
dinem geri: quibus cauſam vt eſſent/infidelitas dedit. Mirãda igitur per omnia eſt/
diuine prouidẽtie diſpenſatio: que iis qui ab initio fuerunt/ bonã quidem viã vite
incedentibus/bonis incorruptibilibus perfrui dedit. vbi vero peccauerũt: mali ori-
ginẽ (peccato pariente) ſumpſerunt. Et vnicuiq; bono quaſi quodã cõiugii federe
ex parte peccati ſociatũ eſt malũ. quoniãquidẽ humano ſemine terra polluta eſt/ de
monibꝰ ſuccẽſa: aerẽ quoq; ipſum inceſto ſacrificiorũ fumo temerauerũt. & ita demũ
corrupta prius elemẽta: hominibꝰ corruptele viciũ/ velut radices ramis ac fructibꝰ
tradiderũt. Vide ergo in hoc(vt dixi)q̃ iuſte/viciatis rebꝰ prouidẽtia diuina ſuccur
rit. vt quoniã bonis dei/mala q̃ ex peccato originẽ ſumpſerãt/ſociata ſunt: duabus
his ptibꝰ duos principes poneret. & ei q̃ bonis gaudet: bonorũ ordinẽ/(q ad fidẽ
prouidẽtie ſue/credẽtes adduceret)ſtatuit. ei vero q̃ malis gaudet: ea q̃ cõtra ordinẽ
& inutiliter gerũt. ex qbꝰ ſine dubio etiã ꝓuidẽtie fides ī dubiũ veniat. & habita ẽ p Ex quibꝰ/ina
hoc a iuſto deo iuſta diuiſio. hinc ergo eſt ꝙ cũ ordinatꝰ aſtrorũ curſus/fidẽ faciat ordinatis & q̃
manu artificis conditũ mũdum: rurſus cõturbatio aeris/aura peſtilẽs/fulminũ vagi cõtra ordinẽ
ignes: prouidentie opus refellãt. habent enim (vt diximꝰ) ſingula queq; bona/cõ geruntur
traria & cõiũcta ſibi mala. vt fecũdis imbribus/grando inimica eſt. vt rori placido/
rubiginis eſt ſociata corruptio. & vẽtis lenibus/procellarũ turbines innexi ſunt. fru
ctuoſis arboribꝰ/infructuoſe. herbis vtilibꝰ/noxie. & animalibꝰ mitibꝰ fera & pni-

ctioſa connexa ſunt. Hec autem omnia poſita ſunt a deo: pro eo quod hominibus voluntas arbitrii a bonorũ propoſito diſceſſit/& declinauit ad mala. Igitur in omnibus mũdi rebus habetur iſta diuiſio. & ſicut ſunt pii: ita & ipii. & vt ſunt prophete: ita & falſi prophete. Sed & apud gentiles ſunt philoſophi: ſunt & falſi philoſophi. Iudeorũ quoq; circũciſionẽ: arabice gẽtes/alieq; plurime/ad miniſteriũ ſue impietatis imitate ſunt. Sic & diuino cultui: eſt cõtrari⁹ demonũ cultus. & baptiſmo: baptiſm⁹. & legi: leges. & apoſtolis: pſeudo apoſtoli. & doctoribus: falſi doctores. Et inde eſt: vnde apud philoſophos/alii aſſerãt prouidẽtiã/alii negẽt/ alii vnũ deum/ alii plures defendant. Vſq; ad hoc res deniq; acceſſit: vt cũ verbo dei fugẽtur demones/per quod eſſe prouidentia declaratur/inuenerit ars magica ad infidelitatẽ cõfirmandã/quomodo etiã hoc ex cõtrariis imitetur. Sic & ſerpentũ venena mitigare carminib⁹ inuẽtũ eſt. & verbo ac poteſtati dei cõtrarias iducere ſanitates. Angelis quoq; dei/contraria repperit ars magica miniſteria/ animarũ ſuſcitationes cõtra hec/& figmẽta demonũ ponẽs. Et ne multa enumerando/ſermonẽ longius trahã: nichil omnino eſt quod fidem prouidẽtie faciat/ quod nõ habeat ecõtrario aliud ad infidelitatẽ paratum. & ideo qui ignorant iſtã diuiſionẽ rerũ: pro iis que a ſemetipſis diſcordant in mundo: nõ putant eſſe prouidentiã. Sed tu pater/quaſi vir ſapiens ex iſta diuiſione/elige partem: que ordinem ſeruat/& fidem prouidẽtie facit/& non ſolam ſequaris illam partem que contra ordinem currit: & prouidẽtie abrogat fidem.

Ars magica/ nefariaq; ac impia

Cap. XIIII.

Senex. AD hec ſenex reſpõdit. Da michi viã fili: qua poſſim ex duob⁹ iſtis ordinib⁹/ (quorũ alter/aſſerit alter refutat prouidẽtiã) vnũ aliqd in ſenſib⁹ meis cõfirmare.

Aquila ¶ Rectũ (inquit Aquila) habẽti iudiciũ: facile diſcrimẽ eſt. Nã & hoc ipſum quod ais/ordo & inordinatio: ab artifice fieri poteſt. a natura vero iſenſibili: nũq̃ poteſt. nã verbi gratia/ponam⁹ de excelſa rupe abruptũ ſaxũ in preceps ferri/ idq; illiſum ſolo/in multa fragmenta cõminui: nũquid euenire vllo modo poteſt/vt in illa multitudine fragmẽtorũ/inueniatur ſaltẽ vnũ fragmentũ/ in quo pfecta aliqua ſpecies p omnia habeatur ac forma?

Senex. ¶ Et ſenex reſpõdit. Non poteſt.

Aquila ¶ Quod ſi aſſit (inqt Aquila) ſignorũ artifex: exciſũ de mõte ſaxũ manu artificis & ſenſu rationabili formare i quã volet ſpeciẽ poteſt.

Senex. ¶ Et ſenex. Verũ (inqt) iſtud eſt.

Aquila ¶ Ergo (ait Aqla) vbi ſenſus non eſt rationalis: nulla ſpecies ex itegro formari poteſt. vbi vero ſenſus eſt artifex: ibi & forma/& informitas eſſe poteſt. Verbi gratia. ſi excidat de mõte ſaxũ artifex: cui formã velit imponere: neceſſe eſt vt id primo informe cedat & barbarũ/tũ deinde paulatim excudẽs/& ad librã ſue artis exſculpẽs/ exprimat formam/quam mente conceperit. Ita ergo ex informitate vel deformitate: artificis manu/peruenitur ad formam/& vtrũq; ab artifice procedit. ſimili igitur modo & ea que in mundo geruntur: per artificem prouidẽtiam fiunt/etiam ſiue ordinata/ſiue inordinata videãtur. Et ideo quia tibi due iſte innotuerunt vie/eorumq; accepiſti diuiſiones: fuge ifidelitatis viam/ ne forte perducat te ad illum principem qui malis hominũ gaudet.

Senex. ¶ Ad hec ſenex reſpondit. Cur autem & princeps ille qui malis gaudet/factus eſt: & vnde factus eſt/an non eſt factus?

Aquila ¶ Aquila ait. Alterius temporis eſt iſte tractatus. verum ne expers abeas etiam huius reſponſionis: pauca tibi de hoc quoq; inſinuabo. Preſcius omniũ deus ante cõſtitutionem mũdi/ſciens quia futuri homines/alii quidem ad bona / alii vero ad cõtraria declinabũt: eos qui bona elegerit/ſuo principatui ſueq; cure ſociauit / atq; hereditatem

ſibi eos propriam nominauit. eos vero qui ad mala declinarent: angelis regendos permiſit iis/qui non per ſubſtantiā/ ſed per propoſitū cū deo permanere noluerūt inuidie & ſuperbie vicio corrupti. Dignos ergo: dignorū principes fecit. ita tamen eos tradidit: vt nō habeant poteſtatē in eos faciendi quod velint/niſi ſi ſtatutū ſibi ab initio terminū tranſeant. Hic autē eſt ſtatutus terminus: vt niſi quis prius fecerit demonū voluntatē/demones in eo non habeāt poteſtatē. ¶ Et ſenex ait. Magni- Senex.
fice proſecutus es fili. Supereſt nūc: vt dicas vnde eſt ſubſtantia mali. ſi enim a deo facta eſt: fructus malus radicē culpabilē docet. videtur enim & ipſa male nature. ſi vero coeterna fuit hec ſubſtātia deo: quomodo poteſt quod equaliter ingenitū & coeternū eſt/alteri eſſe ſubiectū? ¶ Nō ſemꝑ fuit: inquit Aquila. Sed neq; ſi ex deo Aquila
facta eſt: cōtinuo neceſſe eſt etiā conditorē eius talē videri/quale eſt illud quod ab eo factū eſt. nā ſubſtātias quidē: deus fecit omniū. Sed ſi rationabilis mēs que a deo facta eſt/nequaq̄ cōditoris ſui legibus acquieſcit/& modū ſtatute ſibi tēperantie excedit: quid hoc ad cōditorē ſpectat? vel qđ: ſi aliqua eſt ratio hac ſuperior/& ignoramus? neq; enim de ſingulis ad ꝑfectū ſcire poſſumus: & de iis ꝓcipue/pro quibus nō ſumꝰ iudicādi cur ignoremus. Ea vero pro q̄bus iudicādi ſumus: facillima ſunt ad intelligēdū/& pene vno ſermone abſoluūtur. omnis enī propemodū actuū noſtrorū in eo colligitur obſeruātia: vt quod ipſi pati nolumus/ne aliis hoc inferamꝰ. Sicut enim ipſe occidi nō vis: caueas oportet/ne aliū occidas. & ſicut tuū non vis violari matrimoniū: nec tu alteriꝰ macules thorū. Furtū pati nō vis: nec ipſe facias. Et intra hāc regulā: humanorū geſtorū ſingula queq; cōcurrūt. ¶ Tum ſenex. Ne Senex.
egre (inq̄t) accipias fili: quod dicturus ſum. Sermones tui q̄q̄ validi ſunt: non poſſunt tamē flectere me/vt credā fieri aliquid poſſe extra Geneſim. Scio enim: omnia michi neceſſitate Geneſis accidiſſe. & ideo ſuaderi michi non poteſt: quia bene vel male agere/in noſtra poteſtate ſit. & ſi actus noſtros in poteſtate nō habemus: nō poteſt credi futurū eſſe iudiciū/per quod vel malis/pene/vel bonis ꝓmia retribuātur. Deniq; quoniā te imbutū video in huiuſmodi diſciplinis: pauca tibi ex ipſa arte proferā. ¶ Si (inquit Aquila) ex illa diſciplina aſtruere aliq̄d cupis/ frater meus Aquila
Clemēs tibi diligētius reſpōdebit: q̄ plenius ſententiā matheſis attigit. ego enī aliis viis aſſerere poſſum: ꝙ actus noſtri in noſtra ſunt poſiti poteſtate. illa autē que nō didici: ꝓſumere nō debeo. ¶ Cū hec Aquila dixiſſet: ego Clemēs. Craſtino inquā dices pater vt voles/& audiemus libēter. nā & te puto grate habiturū: ꝙ cū iis tibi erit ſermo/qui expertes nō ſunt huius quā tu protuleris diſcipline.

Caput. XV.

c um ergo placuiſſet inter me & ſenē/vt ſequēti die diſputatio nobis de ratiōe Geneſis haberet / vtrū oīa ex ea fierēt/an eſſet aliq̄d in nobis/ qđ nō Geneſis ſed animi iudiciū gereret: Petrus ſurrexit/& ſermonē facere hoc modo cepit. Mirū PETRVS
michi admodū eſt: ꝙ res q̄ facile inueniri poſſent/hoies exq̄ſitis cogitatiōibꝰ ac verbis difficiles faciūt. & ii maxime q̄ vident ſibi ſapiētes/ q; volētes dei volūtatē cōꝓhēdere/quaſi hoie vtūtur deo/imo & ſi quid minꝰ. nā hois cōſiliū vel ſenſum nemo ſcire poteſt: niſi ipſe prodat qđ ipſe cogitauerit. ſed neq; artē q̄s diſcere poteſt: Nota
niſi multo tēpore a magiſtro fuerit ībutꝰ quāto magis inuiſibilis/& incōprehēſibilis dei/neq; ſenſum/neq; opus ſcire q̄s poteſt: niſi ipſe mittat prophetā/ q̄ enarret cōſiliū ſuū/& viā cōditionis exponat/inquātū hominibꝰ diſcere fas eſt. Vnde ridiculū puto/cū naturalibꝰ viis de virtute dei hoies iudicant: & putāt hoc q̄dē ei eſſe

poſſibile/illud vero impoſſibile/aut hoc maius/illud min⁹ ignari omniũ . qui cum
ſint homines iniuſti: iudicant deũ iuſtum/artificem imperiti/ incorruptibilẽ corru-
pti/factura factorẽ.Et nolo putetis quia hec dicens iudicãdi de rebus perimo facul-
tatem . ſed conſilium do/ ne per deuia quis incedens/ ſine fine incurrat errores. Et
ideo non ſolum ſapientibus/ſed & omnibus hominibus qui deſideriũ gerũt agno-
ſcendi quod ſibi expedit : ſuadeo vt requirant verũ prophetam . quia ipſe ſolus eſt
qui nouit omnia: & ſcit quid & quomodo/vnuſquiſq; q̃rat.Ineſt enim intra vniuſ-
cuiuſq; noſtrum mentẽ. ſed in illis quidẽ qui deſidenũ dei agnitionis & iuſticie eius
nullũ gerunt/ociatur:in iis vero qui quod anime ſue expedit querũt/operantur/&
ſcientie lumen accendit. Propter quod primo omniũ hũc requirite . quẽ ſi non in-
ueneritis: ab alio vos agnituros aliquid nõ ſperetis.Inuenitur autem cito ab iis qui
eum veritatis amore perquirunt: & quorũ anima preoccupata non tenetur in ma-
ligno. adeſt enim iis qui cũ in innocentia ſpiritus ſui deſiderant: qui per penitentiã
ſuſtinent/& ſuſpiria de profundo cordis/veritatis amore producunt.Fugit autem
maliuolas mẽtes. quia vt propheta/cogitationes agnoſcit vniuſcuiuſq;.& ideo ne-
mo putetur eum per prudentiam ſuã inuenire ſe poſſe: niſi (vt ſupra diximus) mẽ-
tem ſuam omni nequitia vacuã fecerit/atq; agnitionis eius deſideriũ purũ & fidele
conceperit. Vbi enim talem ſe quis preparauerit: ipſe vt propheta videns prepara-
tam mentem/ſponte ſe adhibet agnoſcendũ. Si quis igitur vult omnia diſcere/non
per ſingula diſcutiens(neq; enim poterit cum ſit mortalis : dei inueſtigare cõſilium/
& ipſam immenſitatem perſcrutari)ſed ſi diſcere(vt diximus)omnia deſiderat/verũ
prophetam requirat. Quem cum inuenerit. non queſtionibus aut diſputationib⁹/
neq; argumentis cum eo agat: ſed ſi quid reſponderit/ ſi quid pronunciauerit/hoc
certũ eſſe/ nõ poteſt dubitari.& ideo queratur verus propheta ante omnia: & eius
verba teneantur in quibus illud tantũmodo diſcutiendum vnicuiq; eſt : vt ſatiſfa-
ciat ſibi/ſi vere prophetica eius verba ſunt/id eſt ſi indubitatam fidẽ cõtinent futu-
rorum/ tempora diffinita conſignant / ſi verũ ordinem ſeruant/ſi non que prima
ſunt. nouiſſima/ & que in nouiſſimis geſta ſunt prima narrarunt/ſi nichil verſutũ/
nichil magica arte ad decipiendum compoſitum cõtinent/aut ſi non que aliis reue-
lata ſunt/ad ſe tranſtulerunt admixtis mendaciis.Et cum his omnibus recto iudicio
diſcuſſis/verba conſtiterit eſſe prophetica: demũ credi eis de omnibus que dixerint
& reſponderint debetur. Et enim conſideremus diligentius opus diuine prouiden-
tie. nam quia philoſophi introduxerũt verba ſubtilia quedam & difficilia/ita vt ne
ipſa quidem vocabula ſermonũ/ nota eſſe omnibus poſſent & intelligibilia : deus
eos qui ſibi artifices verborũ videbantur/ per omnia imperitos eſſe ad agnitionem
veritatis oſtendit . ſimplex enim & manifeſta ac breuis/ eſt rerũ ſcientia: que per ve-

PETRVS pedetim de diuinitate & imẽſitate CHRISTI

rum prophetã traditur . quam iſti per deuias incedentes / & ſcrupeas verborũ dif-
ficultates: tota ignorauerunt via.Igitur verecundis & ſimplicibus mentibus/cũ vi-
derint fieri que predicta ſunt: ſatis/abundeq; ſufficit . vt de certiſſima preſentia/cer-
tiſſimã ſcientiã capiant: & de cetero requieſcant/euidenti agnitione veritatis aſſum-
pta. Cetera omnia exiſtimatione tractantur: in quibus firmũ eſſe nichil poteſt.quis
enim ſermo eſt/qui non recipiat contradictionẽ: & que argumentatio eſt/que non
poſſit alia argumentatione ſubuerti: & inde eſt: ꝙ ad nullum finem ſciẽtie & agni-
tionis/per huiuſmodi diſputationem peruenire homines poſſunt/priuſq; finẽ vite
inueniant q̃ queſtionũ . Et ideo cum in his omnia habeantur incerta: ad verũ pro-

phetam veniendum eſt. quem deus pater volens ab omnibus diligi: ea que homines induxerunt/in quibus nichil poteſt apprehendi/voluit penitus extinguere. vt quo magis iſte quereretur/& quam illi magis occluſerant: his omnibus viam veritatis aperiret. Propter hunc enim deus etiam mundum fecit: & ab ipſo mundus repletur. vnde & querẽtibus eũ adeſt vbiq;: etiam ſi in vltimis finibus terre queratur. ſi vero nõ pure quis eum/nec ſancte/neq; fideliter querat/ intra ipſum quidem eſt/ quia vbiq; eſt/ & intra ſenſus omniũ inuenitur: ſed (vt ſupra diximus) infidelibus dormit/& abſens habetur iis/quibus ipſe eſſe non creditur. Cũq; hoc & alia huiuſmodi/Petrus de vero propheta proſecutus eſſet/turbas dimiſit. Senem vero cũ rogaſſet plurimũ permanere nobiſcum: obtinere non potuit. ſed & ipſe diſceſſit: alia die ſicut placuerat rediturus. Et poſt hec/nos vna cum Petro ingreſſi hoſpitiũ:cibo & quiete/ ſolito vtimur.

Hec ad Criſti diuinitatẽ attinent.

RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI OCTAVI LIBRI FINIS.

RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI LIBER NONVS.

Caput. I.

SEquenti die Petrus vna nobiſcũ: mature ad locum in quo pridie habita fuerat diſputatio/properauit. atq; ibi cum plurimas iam ad audiendum conueniſſe turbas/ & ſenẽ cum eis videret: ad eum ait. Heſterna die o ſenex/cum Clemente placuerat vt hodie ſermo fieret. & aut tu oſtenderes nichil extra Geneſim fieri poſſe: aut Clemẽs doceret Geneſim nõ eſſe/ſed in nobis & in noſtra poteſtate haberi que geſſim⁹. ❡ Ad hec ſenex reſpõdit. Et quid placuerit memini: & tua verba teneo/que poſt pactiones locutus es/ quib⁹ docuiſti impoſſibile eſſe homini/ſcire aliquid/niſi a vero propheta didicerit. ❡ Et Petrus. Neſcis (inquit) quomodo dixerim: ſed nunc te ego commonebo. de voluntate dixi & conſilio dei: quod habuit/priuſq̃ mundus eſſet/ & quo conſilio mundum fecerit/ tempora ſtatuerit/legem dederit/iuſtis ad remunerationem futurum ſeculum promiſerit/iniuſtis penas ex iudicii ſententia ſtatuerit. hoc ego dixi cõſilium/& hanc voluntatem dei: ab hominibus inueniri non poſſe. quia nemo hominũ poteſt ſenſum dei coniecturus & exiſtimatione colligere: niſi propheta ab eo miſſus enunciet. non ergo de quibuſcunq; diſciplinis aut ſtudiis dixi/ꝙ inueniri ſine propheta aut ſciri non poſſint. quippe qui ſciam & artificia & diſciplinas ſciri/ & exerceri ab hominibus: quas non a vero propheta/ ſed a magiſtris hominibus didicerũt. quoniam ergo te profeſſus es gnarum eſſe poſitionis ſiderum / & ſtellarum curſus/ex quibus conuinceres Clementem/ꝙ Geneſi omnia ſubiacent/aut ab ipſo diſceres/ꝙ per prouidentiam regantur vniuerſa/ ꝙq; eſt aliquid etiam in nobis: iam hoc expedire conuenit. ❡ Ad hec ſenex reſpondit. Iam quidem neceſſariũ

PETRVS

Senex

PETRVS

Hic verum ꝓphetam id eſt Chriſtũ cõſiliũ ꝓpoſitũq; dei nuncupat: ꝙ Ioãnes verbũ ꝓerat in principio & quod erat deus appellat.

In nobis: i. in noſtra poteſtate.

Senex

non erat huiuſmodi mouere me queſtiones: ſi poſſibile eſſet nobis/ á vero prophe
ta diſcere & audire diffinita ſentẽtia/quia ſit aliquid in nobis / & in arbitrii poſitum
libertate. valde enim me ſermo tuus mouit heſternus : in quo de virtute propheti-
ca diſputaſti. vnde & ego aſſentior/& confirmo ſententiam tuam: quia nichil po-
teſt ab homine certum indubitatumq; cognoſci . cui & exiguum vite tempus eſt
& breue : ac tenue ſpiramen/ quo retineri videtur in vita . veruntamen quoniam
priuſq̃ de prophetica virtute audirem/aliquid pollicitus videor Clementi/vt oſtẽ-
derem quia omnia ſubiecta ſunt Geneſi/aut ab ipſo dicerem quia eſt aliquid in no-
bis: preſtet michi ipſe in hoc gratiã/ vt primus incipiat/ & que obiici poſſunt pro-
ponat/& abſoluat.ego eni ex quo paucis a te audiui de virtute prophetie/magni-
tudinem preſcientie conſiderans continui/ fateor: nec omnino recipiendum quicq̃
cenſeo/quod coniecturis & exiſtimatione colligitur. Cap.II.

Clemens vbi apti⁹ de Chriſti domini diuinitate.

e T cum hec ſenex dixiſſet: ego Clemens dicere cepi.Deus per filium ſuũ crea-
uit mundum tanq̃ duplicem domũ/interiectu firmamenti huius (quod celũ
appellatur) diſtinctam:& in ſuperiori quidem ãgelicas habitare virtutes/in iſto au
tem viſibili mundo naſci hominũ multitudinem dedit. ex quibus eligeret amicos fi
lio ſuo:cum quibus letaretur/& qui ei/tanq̃ ſponſo dilecta ſponſa pararentur. verũ
vſq; ad nuptiarum tempus/quod eſt preſentia ſeculi venturi: ſtatuit virtutẽ quan-
dam que ex iis qui in hoc mundo naſcuntur eligat/& cuſtodiat meliores/ ac ſeruet
filio ſuo ſequeſtratos in loco quodam mũdi qui extra peccatum eſt : in quo iã ſunt
aliquanti/qui ibi velut ſponſa (vt dixi)decora/ad ſponſi preſentiam preparantur.
Nam mundi huius & preſentis temporis princeps/adultero ſimilis eſt: qui mentes
hominũ corrumpit ac violat . & deſiderio veri ſponſi ſeducens : illicitat ad aliena
deſideria.¶ Sed dicit aliquis: quid ergo neceſſe erat iſtum principem fieri/qui a ve
ro principe mentes hominũ declinaret? Quoniã deus qui (vt dixi) filio ſuo amicos
voluit preparare: nõ eos tales eſſe voluit/ qui neceſſitate nature aliud quid eſſe nõ
poſſent/ſed qui arbitrio ſuo & voluntate/ boni eſſe deſiderarent. quia nec laudabi
le eſt/quod non eſt deſiderabile: nec bonum iudicatur/quod non propoſito expe
titur. nichil enim laudis eſt id eſſe: a quo te mutari neceſſitas nature non ſinat. pro-
uidentia enim dei/ hominũ multitudinem naſci in hoc mũdo voluit: vt ex plurib⁹
eligerentur illi/qui iuſtam diligerent vitam . & quia preſentem mundum preuidit/
non aliter poſſe niſi diuerſitate & inequalitate conſtare : ſecundum preſentium re-
rum diuerſitates/vniuſcuiuſq; menti libertatem motuum dedit. & hunc principem po
ſuit: quo ea cõtraria que vidẽtur agi tantum electione meliorum/ virtutis eſſe ope-
ra conſtaret . ſed vt planius fiat quod dicimus : per ſingula exponemus . nunquid
omnes(verbi gratia)oportebat eſſe reges/aut principes/aut dominos/aut pedago
gos/ aut legiſperitos/ aut geometras/ aut aurifices/ aut piſcatores/ aut fabros/ aut
grãmaticos/aut diuites/aut agricolas/ aut olitores/aut pauperes? hec (certum eſt)
quia omnes eſſe non poterãt: omnia tamen hec officia & multo plura/preſens vi-
ta hominũ requirit/& ſine his tranſigi non poteſt . eſt ergo neceſſaria in hoc mun-
do diuina equalitas . non enim poteſt eſſe rex : niſi habeat quos regat/& quib⁹ im-
peret. neq; poteſt eſſe dominus: niſi habeat cui dominetur . & cetera ſimiliter. ſciẽs
ergo conditor/a nullo ſponte veniri ad agonẽ dñ refugitur labor(hoc eſt ad exer-
cendas artes iſtas : quas ſupra diximus/per quas vel iuſticia vniuſcuiuſq;/vel miſe-

ricordia manifeſtari poteſt)corpus homini fecit/quod famen/& ſitim/& frigus reciperet. vt reficiendi corporis cauſa compulſi homines: ad omnes quas ſupra diximus artes/victus neceſſitate deſcenderẽt. cibi enim & potus atq; indumenti gratia: ſingulas quaſq; artes expetere docemur. & hinc iam vniuſcuiuſq; mentis propoſitum declaratur: vtrũ neceſſitatẽ famis & frigoris/ per furta & homicidia atq; periuria reſarciat/perq; alia huiuſmodi ſcelera. an iuſticiam/miſericordiam/cõtinentiãq; cuſtodiens/artis ſtudio & manuũ labore/iminentis neceſſitatis expleat miniſteriũ. ſi enim cum iuſticia & pietate ac miſericordia/neceſſitatem corporis tranſigat: velut propoſiti agonis victor/ amicus filii dei & electus abſcedit. ſi vero per fraudes/ per iniquitates & ſcelera/concupiſcentiis deſeruiat corporalibus: principi huius mundi atq; omniũ demonũ/amicus efficitur. a quibus etiã hoc edocetur: vt ſtellarum curſibus/ malorum ſuorum aſcribat errores/ quos nõ niſi propoſito ac voluntate delegit. etenim artes/cogẽte (vt diximus) cibi ac potus voluptate/diſcũtur & exercentur. que volupras cum acceſſerit/vnicuiq; veritatis agnitio/infirmior efficitur q̃ ſuccedente parcimonia. quantus enim ſumptus eſt aqua & pane vtentibus/& hunc a deo ſperantibus? eſt ergo (vt diximus) neceſſaria quedam in diſpenſatione mundi inequalitas: dum omnes quidem homines non omnia poſſunt ſcire vel implere artificia/vſu tamen & miniſterio omniũ/ pene omnes indigent. & ob hoc neceſſe eſt alium operari/alium operanti prebere mercedem. aliũ ſeruire/alium dominari/aliũ regi/alium regere. ſed hanc inequalitatem que mortalium vitam neceſſario ſubſecuta eſt: diuina prouidentia in occaſionem iuſticie/miſericordie/humanitatiſq; cõuertit. vt dum hec inter homines aguntur: ſit vnicuiq; cauſa agendi iuſte cum eo/cui merces operis exſoluenda eſt. & faciendi miſericordiam cum eo: qui debilitate fortaſſis/aut penuria intercedente/debitum ſoluere non poteſt. ſed & humane agendi cum iis/qui conditioni videntur obnoxii. manſuetudinem quoq; conſeruandi: erga ſubiectos. & omnia prorſus gerendi: ſecundũ legem dei. dedit enim legem: iuuans per hoc humanas mentes. vt facilius erga vnumquodq; qualiter agi deberet/ aduerterent: ſimulq; agnoſcerent qua via effugerẽt malum/& qua ad futura tenderent bona. & vt in aqua regenerati: ignem vetuſte natiuitatis extinguerent. prima enim noſtra natiuitas/per ignem cõcupiſcentie deſcendit. & ideo diſpenſatione diuina: ſecũda hec per aquam introducitur/que reſtingat ignis naturam. & celeſti ſpiritu anima illuminata: metum prime natiuitatis abiiciat. ſi tamen ita de reliquo viuat: vt nullas omnino mundi huius voluptates requirat/ſed ſit tanq̃ peregrinus & aduena/atq; alterius ciuitatis ciuis.

Nota de aſtrologia genethliaca.

Caput.III.

S Ed fortaſſe dicas. Quia in iis quidem in quibus naturalis neceſſitas exigit artium operumq; miniſterium/ poteſt vnuſquiſq; habere in poteſtate ſeruare iuſticiam/& modum vel deſideriis vel actibus quem velit imponere: quid de egritudinibus dicemus & infirmitatibus que accidũt hominibus/& q̄ demonibus nõnulli vrgentur/& febribus & frigoribus/ nonnulli etiam furore aguntur & mente excidũt/& omnia illa que innumeris caſibus premũt mortalium genus? Ad hec dicemus. Si conſideret quis totius miniſterii rationem: hec illis que ſupra expoſuim9/ iuſtiora eſſe pronũciabit. deus enim naturam hominib9 dedit: per quam & doceri poſſint de bono/& obſiſtere malo. id eſt vt & artes poſſint diſcere/& obſiſtere vo

luptatibus: ac preferre in omnibus legem dei. ob hoc virtutes quaſdam contrarias
oberrare mundum hunc/ & obluctari nobiſcum permiſit: propter cauſas que iam
ſuperius dicte ſunt. vt ex earum certamine: oriatur iuſtis palma victorie/ & meritũ
premiorum. Ex iſtis ergo accidit interdum/vt ſi qui incontinenter egerint/ & non
tam obſiſtere q̃ cedere/atq; in ſemetipſis dare eis voluerint locum: noxia earum aſ
piratione/ generetur intemperata & viciosa progenies. dum enim totum libidini
indulgetur/& obſeruatio nulla cōueniēdi eſt: illorum ſine dubio demonũ/quibus
hec perurgentibus fiunt vicia: & fragilitates ſuſcipit importuna generatio. & ideo
pro huiuſmodi viciis natorum: obnoxii erunt parentes/ qui legem ſeruare concu-
bitus noluerunt. licet ſint & alie cauſe ſecretiores: quibus his malis obnoxii efficiũ-
tur anime/ quas nũc proferre tempus non eſt. tamen oportet vnumquenq; agno
ſcere legem dei: vt ex ea/generandi obſeruantiam ſumat/& immũdicie cauſas decli-
net/vt poſſit mundum eſſe quod gignitur. neq; enim fas eſt/vt in plantandis qui-
dem virgultis/vel in ſeminandis frugibus oportunũ tempus queratur/& terra pur
getur/atq; omnia que conuenit preparentur/ ne forte ſemen iactum ledatur & pe-
reat:& in ſolo homine qui eſt ſuper omnia hec/ſerendi obſeruatio nulla habeatur/
nulla cautela. ❡ Sed quid/ꝙ nõnulli (inquies) cum prima etate abſq; vicio fuerint
corporali/proceſſu temporis incurrũt hec mala: ita vt aliquãti etiam violente pre-
cipitētur in mortem? Etiam de his vicina & pene eadem ratio eſt. ille enim quas di
ximus contrarias humano generi poteſtates: ad vniuſcuiuſq; cor/per multas & di-
uerſas concupiſcentias inuitãtur quodam modo / & ingrediendi accipiunt locum.
eſt autem in illis vis & poteſtas/que hortetur & incitet tãtum: nõ que cogat & per-
ficiat. ſi ergo quis acquieſcat eis/vt etiam agat ea que male deſiderat: conſenſus ſui
& actus/mercedem perditionis & peſſime mortis inueniet. ſi vero futurum iudiciũ
cogitãs/metu ipſo fuerit repreſſus/& reuocauerit ſe ne actu impleat quod mala co-
gitatione concepit: effugiet nõ ſolum preſentem perniciem/ſed & futura ſupplicia.
omnis enim cauſa peccati/ſimilis videtur eſſe ſtupe pice oblite: que vbi calorē ignis
cõceperit/ſtatim inflammatur. ibi vero ignis incendium: opera eſſe demonum intel
liguntur. ſi ergo quis inueniatur peccatis & concupiſcentiis tãq̃ pice oblitus: ignis
ei facillime dominatur. ſi vero non peccati pice/ſed aqua purificationis & regenera
tionis infuſa ſit ſtupa: ignis in ea demonũ/non valebit accendi.

Caput. IIII.

ſ Ed dicet aliquis:& quid faciemus iam nos/quos contigit peccatis ſicut pice
eſſe oblitos? Reſpondebo: nichil aliud/niſi vt feſtinetis ablui. quo expur-
getur a vobis ignis materia: per inuocationem ſancti nominis. & de reliquo futuri
iudicii metu/concupiſcentias refrenetis/atq; aduerſarias poteſtates (cũ forte ad ſen
ſus veſtros acceſſerint) tota obſtinatione pellatis. ❡ Sed dices. In amorem ſi quis
inciderit: quomodo ſe poterit continere/etiam ſi ante oculos ſuos/ ipſum ignis flu
uium/quem pyriphlegetonta nominant/videat? Hec excuſatio eſt eorum: qui cõ
uerti ad penitentiam nolunt. Deniq; nũc volo pyriphlegetonta adducas in mediũ
hominũ/tibi propone penas/& vide quantum valeat metus: poteſt ne quiſq̃ cum
pro amoris crimine ad ſupplicium ducitur/& ad ſtipitem colligatur vrendus/in il-
lo tempore/eius quam amauit/vel deſiderium capere/vel ſpeciem ante oculos po-
nere? nequaq̃ inquies. vides ergo quia preſens metus reſecat iniqua deſideria. ꝙ ſi

credentes deo / & futurum iudicium/penaſqꝫ ignis eterni confitentes/ non ſe continent a peccato: certum eſt quod non plena fide credunt. ſi enim certa ſit fides: certus fit & timor. ſin vero minus eſt aliquid in fide: relaxatur & metus. & tũc locum introeundi inueniunt contrarie poteſtates: quarum perſuaſionibus cum acquieuerint/neceſſe eſt vt & poteſtati earum obnoxii fiant/ & ipſis perſuadentibus agãtur ad precipitia peccati. Igitur aſtrologi ignorantes huiuſmodi myſteria: putant ſtellarum curſibus iſta contingere. vnde & iis qui accedunt ad eos vt de futuris aliquid conſulant/reſpondentes: falluntur in plurimis. nec mirũ. nõ enim ſunt prophete ſed vſu multi temporis auctores eorum perfugium quoddã/ in iis quibus decipiantur inueniunt. & climaterias quaſdam introducunt: vt de rebus incertis ſcientiã fingant. climaterias enim dicunt: quaſi periculi tempus/ in quo interdum perimatur quis/interdum non perimatur. ignorantes ꝙ non ſtellarum curſus hec: ſed demonum gerit operatio. qui ad aſtrologie errorem confirmandũ/ſubſeruiẽtes: calculis matheſeos decipiunt homines/ad peccandum. vt cum vel deo permittente/vel legibus exigentibus/peccati dederiut penas: verum dixiſſe videatur aſtrologus. & tamen falluntur etiam in hoc. ſi enim cito conuerſi fuerint ad penitentiam/ & future pene recordationem acceperint ac metum: conuerſis ad deum/per gratiam baptiſmi reſoluetur pena mortis.

Aſtrologi

Climaterie aſtrologorũ

Qui ad aſtrologie errorẽ: qui demones

Cap. V.

Sed dicet aliquis: multi & homicidum/& adulterium/& alia ſcelera commiſerunt/& nichil mali paſſi ſunt. Hoc quidem raro accidit hominibus: tamẽ neſcientibus conſilium dei/frequenter accidere videtur. deus autem qui nouit vniuerſa: ſcit quomodo/ & quare peccet qui peccat / & que vnũquẽqꝫ cauſa ducat ad peccatum. hoc tamen generaliter agnoſcendum eſt: ꝙ ſi qui non ita mente & actibus mali ſunt/nec propoſito incitati ad peccandum deuoluuntur/ his velociter eo magis in preſenti vita redditur pena. vbiqꝫ enim & ſemper: deus prout competere iudicat vnicuiqꝫ/pro actibus ſuis reddet. eorum vero qui propoſito exercent maliciam/ita vt interdum in eos ſeuiant a quibus bona conſecuti ſunt/& nullam recordationem capiant ad penitentiam: differt penas in futurũ. non enim merentur iſti ſicut illi de quibus ſupradiximus: in preſenti vita ſcelerum ſuorum finire vidictam. ſed permittitur eis preſens tempus implere vt volunt: quia emendatio eorum non eſt iam talis/que temporalibus indigeat caſtigationib⁹/ſed que eterni ignis in inferno exigat penas. quorum anime ibi penitẽtiã querũt: vbi inuenire nõ poſſunt. Qꝫ ſi in hac vita poſiti/illas quas ibi patiẽtur penas/ãte oculos poſuiſſent: refrenaſſent vtiqꝫ deſideria/& nullo pacto decidiſſent in peccatum. multũ enim poteſt ſenſus in anima/ad reſecãdas omnes eius cupiditates: maxime cum celeſtiũ ſciẽtiam ceperit/ per quam lumine veritatis accepto/ab omni obſcuritate malorum actuum declinabit. ſicut enim ſol/omnes ſtellas ſplendore ſui fulgoris obtundit & contegit: ita & mens/per ſciẽtie lucem omnes cõcupiſcẽtias anime inefficaces reddit & ocioſas/futuri iudicii memoriam ſuper eas tãq̃ radios ſuos emittẽs/ ita vt ne aparere quidem vltra in anima queãt. Qꝫ autem timor dei multum valeat ad reprimẽdas concupiſcẽtias: cape humani timoris exemplum. quotuſquiſqꝫ eſt qui nõ inter homines cõcupiſcat aliena: & tamẽ metu pene que legibus ſtatuta eſt/ refrenatur & cõtinẽtius agit. regi: propter metũ/gẽtes ſubiacẽt & armatus paret exercit⁹. ſerui cum ſint validiores dominis ſuis: propter metum tamen imperia perferũt dominorũ ſuorum.

beſtie ipſe fere: metu miteſcunt. tauri validiſſimi: iugo colla ſubmittũt. & immanes elephanti: magiſtris obtemperant per timorem. Sed cur humanis vtamur exẽplis: cum etiam diuina non deſint. nõne terra ipſa: ſub precepti metu permanet? quod etiam motu ſui & tremore teſtatur. mare: ſtatutum terminũ ſeruat. & angeli: pacẽ cuſtodiunt. ſtelle: ordinem tenent. & fluuii: meatus. demones quoq; certum eſt: ti more in fugã verti. & ne per ſingula ſermonem lõgius producamus: intuere quomodo vnũquodq; timor dei continens/cũcta in harmonia propria/ & ordinis ſui compage cuſtodiat. quãto magis ergo certi eſſe debetis: quia & demonũ concupiſcentie que in cordibus veſtris oriũtur/ammonitione timoris dei/extingui poſſunt & penitus aboleri: cum etiam ipſi incenſores concupiſcentie: metu ſibi dominante diffugiant. hec ita ſe habere ſciens: ſi quid tibi reſpondendum videtur/incipe.

Cap. VI.

Senex.

t Vm ſenex. Sapienter inquit filius meus Clemens aptauit proſecutionẽ ſuã: ita vt nichil nobis ad hec dicẽdum reliquerit. verum omnis eius ſermo/ quẽ de natura hominũ diſſeruit: hanc habet continẽtiam. quia cum eo quod ineſt eis libertas arbitrii: eſt extrinſecus & aliqua cauſa mali/ ex qua per diuerſas concupiſcentias incitentur quidem homines/non tamẽ cogantur ad peccatũ. pro eo (inquit) ꝙ multo his validior eſt timor qui obſiſtat/& impetus deſideriorũ refrenet. vt cũ naturales motus acceſſerint: effugatis iis qui eos incitãt & inflãmant demonibus/peccatũ nõ poſſit admitti. Sed me hec nõ adducũt ad fidẽ. cõſcius enĩ michi ſum quorũdã: ex quibus bene noui/ꝗa cõpaginatione ſtellarũ/homines aut homicide/aut

Stultitie genethliacorũ

adulteri fiũt/ceteraq; perpetrãt mala. ſimiliter autẽ & honeſte ac pudice femine: vt bene agãt inde cogũtur. deniq; cũ Mars centrũ tenens/in domo ſua ex tetragono

Quartus aſpectus martis & ſaturni

reſpexerit Saturnũ cũ Mercurio ad centrũ/Luna vero veniẽte ſuper eum plena: in Geneſi diurna efficit homicidas/ & gladio caſuros/ ſanguinarios/ebrioſos/ libidinoſos/demonioſos/ſecretorum perſcrutatores/maleficos/ſacrilegos/& ſi que ſunt his ſimilia/precipue cum bonarũ ſtellarum nulla reſpexerit. ſed & ipſe rurſus Mars

Trinus aſpectus martis & veneris.

ad Venerem ſchema tetragonũ habẽs/ex parte ad cẽtrũ nõ reſpiciẽte aliquo bonorũ: adulteros efficit/ſorores/& filias/& matres in cõiugiũ adducit. Venus cũ Luna

Venus & luna cũ ſaturno

in finibus & domibus Saturni/cũ Saturno ſi fuerit atteſtãte Marte: efficit mulieres qdẽ viragines/ad agriculturã/ad ſtructurã/ & ad omne opus virile promptas/miſceri qbuſcũq; voluerint & nõ argui a viris pro adulterio/nulla vti mollitie/nõ vn

Cacodemonẽ: malum geniũ/& infortuniũ vocabat error gẽtiliũ.

guẽtis/nõ veſtibus/nõ calciamẽtis muliebribus/ſed virorũ forte agẽtes. viros autẽ eſſe vt feminas/nec qcquã virile gerere: cacodemon Venus cũ Marte ſi ſit in ariete. efficit ecõtrario mulieres/ ſi ſit in capricorno aut aquario.

Cap. VII.

Clemens.

c Vmq; multa de his ſenex proſecutus eſſet/ & vnũquodq; ſchema matheſis ſtellarũq; poſitiones enumeraſſet/volens per hec oſtẽdere/quia timor non ſufficiat refrenare cõcupiſcentias: ego rurſus reſpõdi. vere pater/doctiſſime & eruditiſſime proſecutus es: & ipſa me ratio inuitat/aliquid ad ea que abs te diſſerta ſunt reſpõdere. Quoniã quidẽ ſciẽtia michi matheſis nota eſt/& libẽter cũ erudito viro habeo ſermonẽ. ad ea que dixiſti: vt euidẽter agnoſcas Geneſim ex ſtellis omnino non eſſe/& ꝙ poſſibile ſit obſiſti aduerſum impugnationẽ demonũ/& ab iis q cõfugiunt ad deũ naturales cohiberi cõcupiſcentias poſſe/ſed & per hominũ timorẽ ſicut iã nũc docebimus. leges ſunt in vnaquaq; regione vel regno ab hominibus po

ſite/ſine ſcriptura ſine etiam vſu durātes: quas nemo facile tranſgreditur. denicꝫ pri
mi Seres qui in initio orbis terre habitant: legem habent necꝫ homicidium/necꝫ a-
dulterium/necꝫ noſſe furtum/necꝫ furtum committere/necꝫ idola venerari. & in il
la tota regione que eſt maxima: necꝫ templum inuenitur/ necꝫ ſimulacrum/ necꝫ
meretrix/necꝫ adultera/necꝫ fur ad iudiciū deducitur/ſed necꝫ occiſus ibi homo fer
tur aliquando. & tamen nullius libertas arbitrii compulſa eſt ſecūdum nos ab ſtel-
la Martis ignita/vt ferro vterentur ad hominis necem/ nec Venus cum Marte po
ſita/alienum matrimonium compulit viciari.cum vticꝫ apud eos per ſingulos dies
mars medium celi circulum teneat. Sed eſt apud Seres/legum metus vehemētior q̄
Geneſis conſtellatio. ſunt ſimiliter & apud Bactras in regionibus indorum immēſe
multitudines bragmanorum: qui & ipſi ex traditione maiorum/moribus legibuſcꝫ
concordibus/ necꝫ homicidium/necꝫ adulterium committunt/ necꝫ ſimulacra co-
lunt/necꝫ animantia edere in vſu habent/nunq̄ inebriantur/nūq̄ malicioſe aliquid
gerunt/ſed deum ſemper timent. & quidem cum ceteri indorum & homicidia &
adulteria committant/& ſimulacra colant/ & inebrientur atcꝫ alia huiuſmodi flagi
cia exerceant. ſed et in ipſis indie partibus nichilominus occiduis regio quedam
eſt/ vbi hoſpites cū inciderint/capti immolantur & comeduntur: & necꝫ bone ſtel
le vetuerunt eos ab huiuſmodi flagitiis & ab execrandis cibis/ necꝫ maligne ſtelle
compulerunt Bragmanas/ vt aliquid agerent mali. & rurſus mos eſt apud Perſas
matres accipere in cōiugium/ & ſorores & filias/ & ſub illo omni axe incerta Perſe
ineunt matrimonia. ac ne forte liceat iis qui matheſin ſequuntur/vti illo perfugio/
quo dicunt certas quaſdam eſſe plagas celi/quibus propria quedam habere conce-
ditur. ex ea Perſarum gente aliquanti ad peregrina profecti ſunt/ qui Maguſei ap-
pellantur/ex quibus vſcꝫ in hodiernum ſunt alii in Media/ alii in Parthia/ſed & in
Egypto nonnulli/plures autem in galathia & phrygia: qui omnes inceſte hu9 tra
ditionis formam indeclinabilem ſeruant/ ac poſteris cuſtodiendā trāſmittunt/etiā
cum plagam celi mutauerint. nec tamen eos Venus cum Luna in finibus & domi-
b9 Saturni/ cum Saturno/ atteſtāte etiam Marte/compulit habere inter ceteros Ge
neſim. Apud Gelos quocꝫ mos eſt: vt mulieres agricolētur/edificent/& omne op9
virile perficiant/ſed & miſceri quibus volunt licet/ nec incuſantur a viris/aut adul-
tere appellantur. paſſim enim concubitus miſcent/& precipue cum hoſpitibus: vn
guenta neſciunt/non induuntur veſte fucata/ non calceis. econtra viri gelonū or-
nantur/pectuntur/indumentis mollibus induuntur/ auro compoſiti/ vnguentiſcꝫ
delibuti: & hec non pro diſſolutione virium (ſunt enim bellicoſiſſimi & venato-
res acerrimi) nec tamen vniuerſe gelonum mulieres in capricorno/ aut aquario ca-
codemonem venerem naſcentes habuere/ necꝫ viri earum/in ariete cum marte ve-
nerem poſitam/per quod ſchema effeminatos ac diſſolutos naſci aſſerit viros cal-
daica diſciplina. Porro vero in Suſis/mulieres vnguentis/ & quidem optimis vtū-
tur ornamentis/compte lapidibus precioſis/miniſteriis quocꝫ ancillarum fulte pro
cedunt/multo meliore ambitione q̄ viri: nec tamen pudicitiam colunt/ſed indiffe-
rens eis cum quibuſcūcꝫ voluerint vſus eſt/& ſeruis & hoſpitibus. talis licentia a vi
ris/permiſſa eſt. & non ſolum non culpātur pro hoc: ſed & dominantur in viros
nec tamen omniū geneſes mulierum ſuſidarum: in medietate celi cum Ioue & mar-
te venerem in Iouis domibus habēt. In vlterioribus vero orientis partibus: ſi puer

Seres populi.
Sine vſu: ſine vtilitate

Bragmanes.

Alii indi.

Ea que hic de ſeretib9 popu lis/ Indis/ Per ſis/ Maguſiis/ & reliquis di-cuntur ex hi-ſtoriis addu-cebat clemēs. que etiam Se-ni: & pleriſcꝫ auditorū no-te eſſe pote-rant

Perſe: hec prophana habuerunt ex inſtitutiōe magorum.

Maguſei.

Gelones.

Suſide muli-eres

Vltra orientales

Galli
Benedicta ſit clemētiſſima Chriſti viſitatio: que tā nefandas leges abſtulit vitāqꝫ cōmutauit in melius.
Brytanni
Parthi.
Amazones.

muliebri ſe ſubſternat iniurie cū agnitū fuerit/a fratribus aut parentibus vel quibuſ libet proximis interficitur/nec ſepultura donatur. Et ruſus apud Gallos lex priſca cōſtituit/nuptū tradi publice pueros: nec tamē obprobriū ex hoc aliquod duci. & nūquid poſſibile eſt: vt omnes qui tā turpiter ſuccumbūt apud Gallos/luciferū cū mercurio in domibus ſaturni & finibus martis habuerint? In britānie partibus: plures viri/vnam habent vxorem. In Parthia multe mulieres vnum habent virum. & vtraqꝫ orbis pars/ morib⁹ ſuis atqꝫ inſtitutis obſequitur. Amazones omnes nō habēt viros: ſed ſicut animalia/ſemel in āno circa vernale equinoctiū proprios egreſſe terminos/finitime gentis viris miſcentur/ſolēnitatem quandam per hoc obſeruantes. ex quibus cum conceperint: redeunt. & ſi marem pepererint abiiciunt: feminas nutriunt. Cūqꝫ vnius temporis ſit omniū partus: abſurdum eſt vt in maribus quidem putetur mars cum ſaturno in tempore equis eſſe portionibus/ in feminarum vero Geneſi nunq̄. ſed neqꝫ mercurium cum venere habuiſſe in domibus propriis poſitum: vt vel pictores ibi/vel ſculptores/vel trapezitas efficiat. aut in domibus veneris: vt vnguentarios/vel vocales/vel poetas producat. Apud Sarracenos & ſuperiores Libes/ & Mauros/ & circa ora maris oceani habitantes/ ſed & in extremis germanie partibus/& apud ſarmatas/vel ſcythas/ atqꝫ omnes que ſub axe ſeptentrionis iacent pontici littoris gentes/& in Chryſea inſula: nunq̄ inuenitur trapezita/nec ſculptor/aut pictor/aut architectus/aut geometres/ aut tragedus/aut poeta. ergo defecit apud eos mercurii veneriſqꝫ conſtellatio. Ex omni orbe terrarum Medi tantum modo/ſumma obſeruantia / adhuc ſpirātes homines canibus deuorandos obiiciunt: & non ob hoc martem cum luna per diurnam Geneſim in cancro poſitos habent. Indi mortuos ſuos incendūt: cum quibus & vxores defunctorum/ſponte ſe offerentes incenduntur. ſed non ideo omnes que viue incenduntur Indorum mulieres: in nocturna Geneſi ſub terra habent ſolem cum marte in partibus martis. Germanorum plurimi/laqueo vitam finiunt: nec iccirco omnes lunam cum hora/a ſaturno & marte circūcinctas habent. ſed in omni gēte & in omni die: per omnem diuerſitatem Geneſis/naſcuntur homines. Ex quibus omnibus apparet: quia metus legum in vnaquaqꝫ regione dominatur. & arbitrii libertas/ que eſt hominibus inſita: per ſpiritum obtemperat legibus/nec cogere poteſt Geneſis/aut Seres homicidium committere/aut Bragmanas veſci carnib⁹/aut Perſas inceſta vitarē/vel Indos non exuri/aut Medos non a canibus deuorari/ Parthos non habere plures vxores/aut mulieres Meſopotamie non ſeruare pudiciciam/Grecos non exerceri paleſtris/Gallorum pueros non pati muliebria/ vel gentes barbaras grecorum ſtudiis inſtitui. ſed vt diximꝰ: vnaqueqꝫ gens ſuis legibus vtitur pro libertatis arbitrio/& decreta Geneſis/legum ſeueritate depellit.

Sarraceni
Libici
Mauri.
Germani
Sarmate
Scythe.
Lardoi populi
Medi
Indi
Germani

Nunc viſitatore Chriſto: iſta immania ceſſant

Caput. VIII.

Sed dicit aliquis eorum qui in diſciplina matheſeos attētius eruditi ſunt: Geneſim in ſeptem partes diuidi/que illi climata appellāt. dominari vero vnicuiqꝫ climati vnam ex ſeptem ſtellis: & iſtas (quas expoſuimus) diuerſas leges non ab hominibus poſitas/ ſed ab iſtis principibus ſecūdum vniuſcuiuſqꝫ voluntatem. & hoc q̄ ſtelle viſum eſt: legem ab hominibus obſeruatam. Ad hec ergo reſpon-

Clemens

debimus: quod primo quidem non eſt in ſeptem partes/orbis terre diuiſus. Tum
deinde tametſi ita eſſet: in vna parte/in vna regione inuenimus multas differentias
legum. & ideo neq; ſeptem ſunt ſecundum numerum ſtellarum/neq; duodecim ſe-
cūdum numerum ſignorum/neq; ſex & triginta ſecundum numerum decanorum:
ſed ſunt innumere. meminiſſe autem earum debemus/ que ſupra enumerate ſunt:
ꝙ in vna indie regione ſunt & qui hominū carnibus veſcuntur/& ſunt qui etiam a
pecudibus vel auibus omnibuſq; animantibus abſtinent. & ꝙ Maguſei non ſolū
in perſide matres ac filias accipiunt in matrimoniū: ſed & in omni gente vbicunq;
habitauerint/maiorum ſuorum inceſta inſtituta cuſtodiunt. Tum preterea & innu-
meras gentes memorauimus: que penitus ſtudia neſciūt litterarum. ſed & aliquāti
ſapientes viri: ipſas leges in nonnullis commutauerunt locis. alie vero etiam ſpon-
te pro ſui vel impoſſibilitate/vel īhoneſtate derelicte ſunt. certe (quod in promptu
eſt noſcere) quanti imperatores gentium quas vicerunt/leges & inſtituta mutarūt:
& ſuis eas legibus ſubiecerunt? quod euidēter a Romanis factum docetur: qui om-
nem pene orbem/ omneſq; nationes/ propriis primo & variis legibus inſtitutiſq;
viuentes/ in romanum ius & ciuilia ſcita verterunt. Supereſt ergo vt & ſtelle gen-
tium/que a romanis victe ſunt: climata ſua parteſq; perdiderint. Addam adhuc rē: Iudei
que poſſit etiā valde incredulis ſatiſfacere. Iudei omnes qui ſub lege Moſis viuunt:
filios ſuos octaua die abſq; vlla dilatione circuncidunt/ & infantes teneri ſanguinē
fundunt. A ſeculo autem nullus ex gentibus: hoc die octaua perpeſſus eſt. & con-
tra: Iudeorum nullus omiſit. quomodo ergo in hoc ratio Geneſis ſtabit: cum per
totas orbis terre partes/ omnes iudei admixti gentibus viuant & octaua ferrum p-
ferant die/vnius in membri loco/& nemo gentilium? ſed ipſi ſoli hoc faciunt/non
ſtella cogente nec profuſione ſanguinis perurgente/ſed lege religionis adducti. &
in quocunq; orbis loco fuerint: hoc eſt eis inſigne vernaculum. Sed & ꝙ vnum no- ꝙ vnū nomē:
men omnibus ineſt vbicūq; fuerint: nunquid & hoc per Geneſim venit? & ꝙ nū- ꝙ appel'ētur,
ꝗ apud eos infans natus: exponitur. & ꝙ ſeptimo quoq; die omnes vbicunq; fu- Iudei.
erint ocium gerunt/nec iter incedunt/nec igne vtuntur? Quid eſt ergo ꝙ nullum
iudeorum in illa die Geneſis cogit aut iter agere/aut edificare/aut vendere aliquid/
aut emere? Quinimo & maiorem rerum fidem preſentium dabo. Ecce enim ex ad-
uentu iuſti & veri prophete: vix dum anni ſeptem ſunt/in quibus ex omnibus gen-
tibus conuenientes homines in iudeam/ & ſignis ac virtutibus que videbant/ ſed
& doctrine maieſtate permoti/vbi receperunt fidem eius/abeuntes in regiones ſu-
as/ illicitos quoſq; gentilium ritus & inceſta ſpreuērē coniugia / deniq; apud Par- Parthi.
thos (ſicut nobis Tomas qui apud illos euangelium predicat/ſcripſit) nō multi iam Tomas.
erga plurima matrimonia diffunduntur / nec multi apud Medos canibus obiiciūt
mortuos ſuos/neq; Perſe matrum coniugiis aut filiarum inceſtis matrimoniis dele-
ctantur/nec mulieres Suſide licita ducunt/adulteria. nec potuit ad crimina Geneſis
compellere: quos religionis doctrina prohibebat. ecce ex hoc ipſo conice/& de iis
in quibus ſumus locis coniecturam cape: quomodo fama tātum proferente ad au-
res hominū/ꝙ propheta in iudea apparuit/ qui ſignis & virtutibus doceret homi-
nes vnū colere deū: omnes paratis intentiſq; animis expectabant/ etiā ante aduētū
domini mei Petri/vt illis aliquis/ea que docuiſſet ille qui apparuit nūciaret. Sed ne

multa videamur enumerare : dicam quo debeât cuncta concludi. Cum deus iuſtus
ſit/& ipſe fecerit hominũ naturam: quomodo poterat fieri/ vt ipſe poneret Gene-
ſim contrariam nobis/que nos cogeret ad peccatum/& rurſus vlciſceretur ipſe pec
cantes: vnde certum eſt ꝙ nõ aliam ob cauſam deus ſiue in preſenti/ſiue in futuro
ſeculo peccatorem punit: niſi quia ſcit eum potuiſſe vincere/ſed neglexiſſe victoriã.
infert enim & in preſenti ſeculo vindictam in homines: ſicut in eos fecit qui diluuio
perierunt. qui vtiq; omnes vna die imo vna hora extincti ſunt: cum certum ſit non
eos ſecundum Geneſis ordinem vna hora natos. Abſurdiſſimũ autem eſt dicere/
quia ex natura nobis accidit pati malum: ſi non prius peccata preceſſerint. & ideo
ſi ſalutis curam gerimus: ante omnia ſcientie debemus operam dare. certi ꝙ ſi mẽs
noſtra in ignorãtia perſeueret: nõ ſolum Geneſis mala/ ſed & alia extrinſecus que-
cũq; demonibus viſa fuerint/perferemus/niſi metus legum & futuri iudicii obſiſtat
omnibus deſideriis/& impetum peccandi refrenet. Nam & humanus timor mul-
ta bona/multa etiam mala agit: que Geneſis neſcit/ſicut ſupra oſtendimus. Tripli-
ci igitur modo mens noſtra erroribus ſubiacet: ex iis que per malam conſuetudinẽ
veniũt/vel ex iis (que corpus naturaliter ſuggerit) deſideriis/vel ex iis que contrarie
poteſtates purgẽt. Sed his ſingulis obſiſtere & repugnare habet in natura ſua mẽs:
cum ei effulſerit veritatis agnitio. per quam ſciẽtia/& futuri iudicii datur timor/qui
ſit idoneus anime gubernator/ & qui eam poſſit a concupiſcentiarum precipitiis re
uocare. quia ergo ſint hec in noſtra poteſtate: ſufficienter dictum eſt. Nunc & tu ſe
Senex nex ſi quid habes quod ad hec reſpondeas: incipe. ¶ Senex ad hec. Pleniſſime ait
oſtendiſti: ſed ego (ſicut dixi ex initio) omni huic incõparabili aſſertioni tue/a pro-
pria conſcientia prohibeor accõmodare conſcenſum. Noui enim & meam Gene-
ſim/& coniugis mee: & ſcio ea que vnicuiq; noſtrum dictabat Geneſis/accidiſſe. vt
ab iis que rebus & operibus comperta ſunt michi: nunc verbis transferri non poſ-
ſim. deniq; quoniam te apprime imbutum video in huiuſcemodi diſciplinis: audi
coniugis mee thema/& inuenies ſchema/cuius exitus accidit. habuit enim Martem
cum Venere ſuper centrum: Lunam vero in domo Martis in occaſu/& finibus Sa
turni. quod ſchema adulteros facit/& ſeruos proprios amare in peregrinatione &
in aquis defungi. quod & ita factum eſt. incidit nanq; in amorem ſerui: & pericu-
lum ſimul atq; obprobrium metuẽs/fugit cum ipſo. & peregre profecta/ vt amori
ſuo ſatiſfecit/periit in mari.

Caput. VIIII.

Clemens. e T ego reſpondi. vnde ſcis quia peregre ſeruo ſociata eſt? ¶ Et ſenex. Cer-
Senex tiſſime (inquit) ſcio/nõ reuera quia nupſerit ſeruo/quippe qui ne hoc qui-
dem ꝙ eum amaret agnoueram. ſed poſtꝙ profecta eſt: frater michi enarrauit di-
cẽs ꝙ prius quidem ipſum adamaſſet/ſed ille quia erat honeſtus vt pote frater/no-
luit thorum fratris/inceſti macula polluere. ſed & illa & me vereris/ & obprobriũ
non ferens infelix (neq; enim imputandum ei eſt: quod eã Geneſis facere cõpulit)
finxit ſomniũ /& ait ad me. Aſtitit michi quidã per viſum: qui iuſſit me cũ duobus
geminis meis ſine mora ex vrbe proficiſci. hec ego cũ audiſſem/pro ſalute eius filio-
rũq; ſolicitus: cõfeſtim ipſam & liberos exire feci/vnũ qui erat minor michi retinui.
Clemens hoc enim eum qui reſponſa in ſomnis dederat: permiſiſſe dicebat. ¶ Tum ego Cle
mens intelligẽs/quod ipſe fortaſſis eſſet pater meus/lachrimis oppletus ſum: fratres

quoq; meos volentes proſilire & aperire rem/ prohibuit Petrus dicens. Quieſcite PETRVS
quoaduſq; michi placuerit. Reſpondens ergo Petrus ait ad ſenem. Quod nomen Senex
erat iuniori filio? ¶ At ille. Clemens ait. ¶ Et Petrus. Si tibi (inquit) hodie coniu- PETRVS
gem tuam caſtiſſimam conſignauero cum tribus filiis tuis: credis quia poſſit pudi-
ca mens/ motꝰ irrationabiles ſuperare/ & ꝙ omnia que a nobis dicta ſunt vera ſint/
& Geneſis nichil ſit? ¶ Et ſenex. Sicut ĩpoſſibile eſt (inquit) te exhibere quod pro- Senex
miſiſti: ita impoſſibile eſt extra Geneſim fieri aliquid. ¶ Tũ Petrus. Teſtes (inquit) PETRVS
habere volo omnes hos qui preſentes ſunt: me tibi hodie coniugem tuam cum tri-
bus liberis tuis viuentem pudiciſſime / traditurum. Et iam nunc accipe fidem re-
rum. ex eo quod omnem cauſam multo diligentius ſcio q̄ tu: cuncta que tibi per
ordinem geſta ſunt/ enarrabo. vt & tu cognoſcas: & qui preſentes ſunt diſcant.
Et cũ hec dixiſſet: cõuerſus ad turbas/ ita cepit. Hic quẽ videtis in hac veſte pauper-
rima: romane vrbis eſt ciuis/ ex gente ipſius Ceſaris deſcendens: nomen eſt ei Fau-
ſtinianus/ vxorẽ quoq; nobiliſſimã Matidiã nomine ſortitus eſt. ex qua tres filios
ſuſcepit: quorũ duo gemini/ vnus autẽ qui erat minor: cui nomen eſt Clemens hic
eſt. Et cũ hec dixiſſet digito me oſtẽdit. gemini autẽ filii eius: iſti Niceta & Aquila/
quorũ alius Fauſtinus vocabatur prius/ & aliꝰ Fauſtus. ¶ Simul autẽ vt nomina
noſtra enũciauit Petrus: ſenex reſolutis mẽbris omnibus/ quaſi interceptus cõcidit. Clemens
Nos autẽ filii irruẽtes ſuper eũ cõplectebamur & oſculabamur: verẽtes ſimul ne ſpi-
ritũ reuocare nõ poſſet. Et cũ hec fierẽt: populus quidẽ eſt admiratione obſtupefa-
ctus. Petrus autẽ ſurgere nos a cõplexibus patris: ne eum necaremus/ iubet. & ipſe
apprehenſa manu eius quaſi de ſomno quodã profundo exuſcitans eum/ & pau-
lulum recreans: omnia que geſta fuerant/ ſecũdum veritatem cepit exponere. quo-
modo frater eius in amorem inciderit Matidie: & illa cum eſſet pudiciſſima/ illicitũ
fratris amorem viro indicare noluerit/ ne vel bellũ fratribus/ vel obprobrium gene-
ri indiceret/ ſed ſapienter ſomniũ finxerit quo ex vrbe iuberetur excedere cum gemi-
nis filiis/ minore apud patrem relicto. vtq; nauigantes naufragium vi tempeſtatis
incurrerint: & ad inſulam antharadum nomine expulſi/ Matidia quidẽ ſupra ſaxũ
quoddam fluctu iactãte proiecta ſit/ gemini autem liberi rapti a pyratis/ & Ceſareã
perducti/ religioſe cuidam femine venũdati ſint/ que eos in filiorũ loco habẽs libe-
raliter educauerit atq; erudiri fecerit. vtq; eorum nomina pyrate immutauerint: &
Nicetam alium/ alium Aquilam vocitauerint. vtq; poſt hec ſtudiorum & conſue-
tudinis cauſa Simoni adheſerint: atq; ab eo vbi magũ & deceptorẽ viderunt auer-
ſi/ acceſſerint ad Zacheum/ & vt poſt hec ſint ei ſociati. ſed & Clemens quomodo
ex vrbe/ agnoſcende veritatis cauſa profectus: per Barnabe notitiam/ Ceſaream ve-
nerit/ ipſiq; innotuerit ac adheſerit/ vtq; ab eo ſit de fide religionis edoctus. Sed &
qualiter apud antharadum mendicantem reppererit & agnouerit matrẽ: vtq; om-
nis illa inſula in eius cognitione gauiſa ſit / & de pudiciſſime hoſpite contubernio/
atq; eius per ſemetipſum collata ſanitate/ & de liberalitate Clementis in eos/ qui er-
ga matrem beneficii extiterant. vtq; poſt hec Niceta & Aquila requirentes/ quenã
eſſet peregrina mulier: cum audiſſent a Clemente omne negocium/ ſe eſſe geminos
filios exclamauerint Fauſtinum & Fauſtum/ omnemq; hiſtoriam que eos egerit/
patefecerint. vtq; poſt hec matri/ cautius: ne ſubito gaudio interciperetur (ipſo in-
ſinuante Petro) oblati ſint. Caput. X.

ſ Ed cum hec in auditu ſenis/narratione gratiſſima turbis exponeret Petrus/ ita vt audientes geſtorum miraculis & humanitatis miſeratione lachrimarent: neſcio vnde audiens mater de recognitione patris/curſu concito irruit in medium noſtri/cum clamore dicens. vbi eſt meus vir/ meus dominus Fauſtinianus: qui tam multis temporibus affligitur ambulans/per vrbes ſingulas & me querens. hec cum illa quaſi amens clamaret & circũ inſpiceret:ſenex accurrens/cum multis lachrimis amplecti & conſtringere eam cepit. Et cum hec ita agerentur: Petrus rogauit turbas vt diſcederent/dicens inuerecundum eſſe vltra perſiſtere/ſed dandum eis locum familiarius inuicem ſe videndi. Craſtino autem hic(inquit)ſi qui veſtrũ volunt: conueniant ad audiendum verbum. his a Petro dictis receſſerunt turbe. Et cũ vellemus nos quoq; ire ad hoſpitiũ: dominus domus ait ad nos. Turpe eſt & impium/tales ac tantos viros manere in ſtabulo: cum ego omnem pene domũ vacãtem habeam/lectoſq; ſtratos q̃ plurimos/& que neceſſaria ſunt parata. Sed Petro contradicente: vxor patriſfamilias vna cum liberis ſuis/ proſtrabat ſe ante eum/& orabat dicẽs. Obſecro te/manete apud nos. Sed ne ſic quidem acquieſcebat Petrus: donec filia eorum qui rogabant/ab immundo ſpiritu temporibus multis vexata/ cathenis vincta que fuerat intra conclauim clauſa (effugato a ſe demone: & hoſtiis patefactis) cum cathenis ſuis veniens procidit ad pedes Petri dicẽs. Rectum eſt domine vt agas hodie hic ſalutaria mea: & non cõtriſtes neq; me/neq; parẽtes meos. Petro autem requirente cathenarum/ſermonũq; eius cauſam: parẽtes preter ſpem leti effecti de filie ſanitate/& velut ſtupore quodam attoniti/ipſi quidem dicere nequeunt. Aſtantes autem famuli aiunt hanc a ſeptimo etatis anno demone occupatam: omnes qui accedere tentaſſent ad eam ſcindere/laniare/morſibus etiã diſrumpere/& hoc per viginti annos vſq; ad preſens facere/nũq̃ deſtitiſſe. Nec ab aliquo potuit curari: ſed ne accedere quidem quiſquã ad eam audebat. multos enim inutiles reddidit: alios etiam peremit. omnibus nãq; viris validior erat: ſine dubio viribus demonis vſa. Nunc autem vt vides: ex preſentia tui/demon quidẽ fugit/oſtia vero que ſummo cum munimento clauſa fuerant/aperta ſunt/& ipſa ſana ſtat ãte te rogans vt diem ſalutarium ſuorum letum/& ipſi & parẽtibus facias/& maneas apud eos. Hec cum ita vnus ex famulis enarraſſet/& ipſe etiam cathene de manib⁹ eius ac pedibus fuiſſent ſponte reſolute: Petrus cert⁹ q̧ per ipſum/ſanitati hec a domino reddita ſit puella/acquieuit manere apud eos. Sed & illos qui remanſerant in hoſpitio vna cum vxore Petri/iuſſit tranſire: & vnuſquiſq; acceptis ſeorſum cubiculis manſimus. Atq; ex more cibo ſumpto redditiſq; laudibus deo: ſuis ſinguli requieuimus locis.

PETRVS

Puella a demonio ex ſolo ingreſſu Petri in domũ liberata

RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI
NONI LIBRI
FINIS.

RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI LIBER DECIMVS.

Caput.I.

Ane autem exorto ego Clemens/& Niceta/ & Aquila/vna cum Pe- Clemens
m tro venimus ad locum : in quo pater ſimul cum matre requieſcebat.
Et cum adhuc eos dormiẽtes repperiſſemus: pro foribus cõſedim⁹/
vbi Petrus talibus ad nos ſermonibus vtitur. Audite dilectiſſimi con- PETRVS
ſerui: ſcio quia grãdem habetis affectum erga patrem veſtrum. vereor ergo: ne ãte
tempus eum perurgeatis iugum religionis aſſumere/ nondum ad id paratum . ad
quod forte: pro veſtri gratia videatur acquieſcere. Sed hoc non eſt firmum. quod
enim propter homines fit/probabile non eſt: & cito dillabitur. Ideoq̃ michi vide-
tur: vt concedatis ei anno vno viuere pro arbitrio . in quo poteſt iter agens nobi-
ſcum: dum nos alios docemus/etiam ipſe ſimpliciter audire. & audiens ſiquidem a-
gnoſcende veritatis rectũ propoſitum gerit: ipſe rogabit / vt ſuſcipiat religionis iu-
gum. Aut ſi non placet ei recipere: permaneat amicus . ii enim qui id non ex corde
ſuſcipiunt : cum ceperint ferre non poſſe/abiiciunt quod ſuſceperant . & quaſi pro
excuſatione infirmitatis ſue : incipiunt viam religionis blaſphemare/ & male loqui
de iis/quos nequã ſequi aut imitari potuerint. ¶ Ad hec Niceta reſpondit. Non Niceta
contradico domine mi Petre rectis & bonis conſiliis tuis : ſed dicere aliquid volo/
vt per hoc diſcam quod neſcio. Quid ſi infra annum hunc/quo differri eum iubes:
moriatur pater noſter: deſcendet in infernũ vacuus/& cruciandus. ¶ Tum Petr⁹. PETRVS
Amplector (inquit) benignum erga patrem propoſitum tuum : & ignoſco tibi de
iis que ignoras. Quid enim cenſes: quia ſi quis putatur iuſte vixiſſe/iſte cõtinuo ſal-
uabitur: Non putas diſcutiendum ab eo qui occulta hominũ nouit: quomodo iu-
ſte vixerit: ne forte rite gentilium/ inſtitutis eorum & legibus parẽs/ vel pro amici-
tiis hominũ/aut pro ſola conſuetudine/aut qualibet alia ex cauſa vel neceſſitate/&
non propter ipſam iuſticiam/neq̃ propter deum: Qui enim propter deum ſolum
& iuſticiam eius iuſte vixerint : ipſi ad eternam requiem venient/ & perpetuitatem
regni celeſtis accipient. ſalus etenim nõ vi acquiritur/ſed libertate: nec per hominũ
gratiam/ ſed per dei fidem. Tum preterea cogitare debes: quia deus preſcius eſt/&
nouit ſi hic ſuus eſt. Q̃ ſi nouit eum non eſſe: quid faciemus ad ea que ex initio cõ-
ſtituta ſuut ab eo: In quo autem poſſum conſilium do. cũ euigilauerit & ſederim⁹:
vos quaſi aliquid diſcere volẽtes/ proponite ex iis dumtaxat/ que illi expedit diſce-
re. & dum nos loquemur inter nos: ille inſtruetur aliquid interrogare . Quod ſi fe-
cerit: aptior erit ſermonis occaſio. Si vero nichil querit: nos ab alterutro diſcere vo-
lẽtes/rogemus viciſſim. Michi ita videtur: & iam vobis quid placeat dicite. ¶ Cũ- Clemens
q̃ collaudaſſemus eius rectum conſilium: ego Clemens aio. In omnibus rebus plu-
rima ex parte: ad initium reſpicit finis/ſimiliſq̃ principiis rerum exitus datur. ſpero
ergo etiam circa patrem noſtrum : quoniam per te/deus bona initia dedit/illis cõ-
gruũ/ſeq̃ dignũ largietur & finẽ. verũtamẽ etiã illud ſuggero(ſicut dixiſti) cũ cepe-
rimus preſente patre quaſi inter nos aliq̃d tractãdi vel diſcẽdi gratia loq̃: tu mi dñe
Petre non debes eũ locũ agere/quaſi q̃ diſcere aliq̃d debeas . hoc eni ſi videat: for-
taſſe magis offendetur. certus eſt eni te omnia ſcire diligẽter: ſicut & vere eſt. quale
ergo erit: ſi te videat ignorãtiã ſimulãtẽ: hoc eni(vt dixi) magis ledere poſſit/neſci-

entem conſiliũ tuũ. Sed nos quidem fratres inter nos habentes: ſi in aliquo dubite-
mus/a te queſtioni noſtre/finis congruus detur. nam ſi & te cunctãtem videat/aut
dubitantem: tunc vere putabit/ꝙ apud nullum erit ſcientia veritatis. ❡ Et Petrus

PETRVS

ad hec reſpondit. Omittamus hec. & ſiquidem dignũ eſt vt ingrediatur ianuã vite:
deus occaſionem competentem dabit/eritq̃ initium ex deo/& non ex homine. &
ideo ſicut predixi: permitte eum iter agere nobiſcum/ & audire nos aliis diſputan-
tes. Sed quoniam vos feſtinantes vidi: icirco dixi oportunitatem querẽdam. quã
cum dederit deus: vos quoq̃ ad ea que dixero/obtemperate michi.

Caput. II.

b Et nobis ſermocinantibus: venit puer dicens/vigilare iam patrem. Et cum
vellemus ingredi ad eum: ipſe venit ad nos. & oſculo nos ſalutans: cũ reſe-
diſſemus ait. Licet ne percũctari/ſi quid volet quis: an ſecundũ Pythagoricos/ tacẽ-
dũ ſemper eſt? ❡ Et Petrus. Nos neq̃ ſilere ſemper/neq̃ percũctari cogimus acce-

PETRVS

dentes ad nos: ſed relinquimus ipſorum libertati facere vt volũt. ſciẽtes quod qui
curã gerit ſalutis ſue: ſi in parte aliqua ſentit anime ſue dolorem/tacere nõ patitur.
qui vero negligit ſalutẽ ſuã: ſi interrogare cogitur/nichil ex hoc vtilitati eius cõfer-
tur/niſi hoc ſolũ/vt ſtudioſus eſſe videaẗ. Quãobrẽ/ tu ſi quid diſcere vis: require.
❡ Et ſenex ait. Eſt quidã ſermo apud grecorũ philoſophos vehemens valde: qui

Senex. Prophanorũ argumenta.

dicit/in vita hominũ/re ipſa neq̃ bonũ eſſe aliquid neq̃ malũ. ſed que vidẽtur ho-
minibus: vſu & conſuetudine preſenti/ hec aut mala dicũt aut bona. nam neq̃ ho-
micidiũ reuera malum eſt: quia animã vinculis carnis abſoluit. deniq̃ aiũt: & iuſti
quiq̃ iudices/peccantes perimũt. ꝙ ſi homicidiũ ſcirent malũ eſſe: non itaq̃ id iuſti
homines facerẽt. Neq̃ adulteriũ malũ eſſe dicunt. ſi enim ignoret vir aut nõ curet:
nichil (aiunt) mali eſt. Sed neq̃ furtum malũ eſſe. quod enim deeſt alicui: auferet ab
alio qui habet. quod quidem oportebat libere ſumi & publice. ſed quia occulte fit:
in hoc magis illius a quo clam auferẗ/ inhumanitas redarguitur. cõmunis enĩ vſus
omniũ que ſunt in hoc mũdo: omnibus eſſe hominibus debuit. ſed per iniquitatẽ
alius hoc ſuũ dicit eſſe/& ali⁹ illud: & ſic inter mortales facta diuiſio eſt. Deniq̃ gre-

Id de Socrate dicit & Platone

corũ quidã ſapiẽtiſſimus hec ita ſciens eſſe/ait: cõmunia debere eſſe/eorũ omnia. In
omnib⁹ autẽ ſunt ſine dubio: & cõiuges. Et ſicut nõ poteſt (inquit) diuidi aer/neq̃
ſplẽdor ſolis: ita nec reliqua omnia/que cõmuniter in hoc mũdo omnib⁹ data ſunt
ad habẽdũ/diuidi debere/ſed habẽda eſſe cõmunia. hec autẽ dicere volui: quãdo-
quidẽ cupio me inclinare ad bene agẽdũ/ & nõ poſſum bene agere/niſi prius didi-
ceri quid ſit bonũ. Quod ſi intelligere potuero: ex ipſo etiã quid ſit malũ (hoc eſt/
huic contrariũ) aduertã. Verum ad hec que dixi: vnũ e vobis reſpõdere volo/non
Petrum. Non enim dignũ eſt ab illo verba & doctrinã cũ queſtionibus capere: ſed
ille ſi quid pronunciauerit/hoc abſq̃ vlla retractatione teneatur. Et ideo ipſe nobis
ſeruetur quaſi arbiter: vt ſicubi diſputatio noſtra exitum non inuenerit/ipſe quid ſi-
bi viſum fuerit pronuncians/indubitatũ finem rebus dubiis imponat. Et nunc ego
poſſum ſola eius ſententia contentus credere: ſi quid ei videretur. quod & ad viti-
mũ faciã. volo tamen prius videre: ſi eſt poſſibile/diſputando/inueniri quod que-
ritur. placet ergo vt Clemens primus incipiat: & oſtẽdat/ſi eſt aliquid in ſubſtãtia
& actibus bonum vel malum.

Cap. III.

Clemens

a D hec ego Clemẽs reſpõdi. Quoniã qdẽ a me vis diſcere/ ſi eſt aliqd natura
aut actu bonũ vel malũ/an poti⁹ vſu pſenti hominib⁹ bona qdã/& alia vi-

dentur mala/ob idipſum ꝙ diuiſionem inter ſe rerũ fecere cõmuniũ/ que deberent
(vt ais) ita eſſe cõmunia/vt aer et ſplendor ſolis: puto ꝙ non debeam tibi aliunde
aſſertiones adhibere/niſi ex iis diſciplinis/ qbus ipſe vteris/& quas ipſe confirmas/
vt indubitata tibi ſint que dicuntur. Omniũ elementorum & ſtellarum certos po-
nitis fines. quaſqꝫ ſtellas dicitis in quibuſdam abſqꝫ noxa coire/ſicut in coniugiis: in
aliis vero noxie miſceri ſicut in adulteriis. & dicitis quedam generalia eſſe omnium:
quedam vero nõ omniũ/neqꝫ generalia. ſed ne prolixa fiat diſputatio: breuiter &
de re dicam. terra que arida eſt: coniugio indiget & ammixtione aque/vt poſſit ge
nerare fructus/ſine quibus vita hominibus non eſt. eſt ergo hec legitima coniũctio.
contra/ſi aut pruine frigus miſceatur terre/ aut calor aquis: huiuſmodi coniunctio
corruptelã facit/& hoc in talibus adulterium eſt. ❡ Et pater reſpõdit. ſed ſicut ele- Fauſtinianus.
mentorum vel ſtellarum inconſone coniunctionis/ſtatim proditur noxa: ita debe-
ret & adulterium ſtatim oſtendi quia malum eſt. ❡ Et ego Clemens aio. Hoc pri-
mo michi confirma. ſi vt etiam ipſe confeſſus es: ex incongrua & inconſona ãmix- Clemens
tione efficiuntur mala/& iſtud in conſequentibus requiretur. ❡ Et pater ait. vt ſe Fauſtinianus.
habet rei natura: tu ais fili. ❡ Tum ego Clemens reſpondi. Quia ergo diſcere cupis Clemens
de his: vide quanta ſint que mala eſſe apud neminem dubitantur. non tibi videtur
malum eſſe febris/incendiũ/ſeditio/ruina/cedes/vincula/ſupplicia/ dolores/luctꝰ/
& his ſimilia? ❡ Et pater. Verũ eſt (inquit) fili hec mala eſſe/& valde mala: aut cer- Fauſtinianus.
te qui negat hec mala eſſe/patiatur ea. ❡ Et ego Clemens reſpondi. Quia ergo cũ Clemens.
eo michi ſermo eſt: qui in aſtrologie diſciplina eruditus eſt: ſecũdũ ipſam tecũ agã. Priſcorũ aſtro
vt de iis que tibi in vſu ſunt accipiẽs rationem: citius acquieſcas. Audi nũc ergo. cõ- logia pone-
feſſus es mala eſſe ea que ſupradiximus: id eſt febres/incẽdia/& his ſimilia. hec ſecũ- bat Saturnũ
dũ vos a malicioſis ſtellis fieri dicũt: id ẽ ab humido ſaturno & calido marte. horũ humidũ: quẽ
vero cõtraria a benignis fieri ſtellis: id eſt a tẽperato Ioue & humida venere. an nõ recẽtiores aſ-
ita eſt? ❡ Et pater reſpondit. Ita eſt fili: nec aliter fieri poteſt. ❡ Tũ ego Clemens. ſerũt ſiccum. Fauſtinianus.
Quia ergo a bonis ſtellis Ioue dico & Venere/ bona fieri dicitis: videamꝰ vnaqueqꝫ Clemens.
malarũ ſtellarũ cũ ãmixta fuerit bonis/quid eſt quod efficit: & illud eſſe intelligamꝰ
malum. etenim nuptias facere/Venerẽ ponitis: que ſi Iouẽ habeat in ſchemate ſuo/
pudicas efficiat. Ioue autem non reſpiciẽte ſi affuerit Mars/corrumpi nuptias per
adulterium pronunciatis. ❡ Et pater. Ita ſe (inquit) habet. ❡ Et ego Clemẽs reſpõ
di. Ergo malum eſt adulterium: quãdoquidem ex malarum ſtellarũ admixtione cõ Fauſtinianus.
mittitur. & vt compendioſius explicemus: omnia que dicitis ex malarũ ãmixtione Clemens.
ſtellarum bonas perpeti ſtellas/mala eſſe ſine dubio pronuncianda ſunt. iſte ergo
ſtelle quarum ammixtione dicitis febres/ incendia/ & his ſimilia effici mala: ipſe ſe-
cundum vos homicidia/adulteria/& furta operantur. propter vos/etiam & ſtoli-
dos: ipſe efficiunt.

Cap. IIII.

E T pater vere (inquit) breuiter & incomparabiliter oſtendiſti: quia ſint mala Fauſtinianus.
in actibus. ſed hoc adhuc velim diſcere: quomodo iuſte iudicat eos deus q
peccant/ſicut vos dicitis/ſi peccare eos neceſſitas Geneſis cogit. ❡ Tũ ego Clemẽs Clemens
reſpondi. Vereor dicere tibi aliquid pater: quia in omni te honore haberi a me de-
cet. alioqui erat quod poſſem dicere: ſi deceret. ❡ Et pater ait. dic quod tibi occur Fauſtinianus.
rit fili: etiam ſi iniurioſum videtur. nõ enim tu: ſed queſtionis ratio iniuriã facit. ſi- Clemens.
cut pudica mulier: intẽperãti viro ſi pro ſalute indignetur/& honeſtate. ❡ Et ego
Clemẽs reſpõdi. Si prima queqꝫ cõfirmata inter nos & cõfeſſa/nõ bene retineamꝰ/

ſed ſemper que definita ſunt reſoluantur per obliuionem: videbimur telam texere
Penelopes/ea que texuimus reſoluētes. & ideo debemus nō facile acquieſcere: pri-
uſq̄ diligenter examinetur ſermo propoſitus. aut ſi iam acquieuimus & confirmata
ſententia eſt: ſeruare ſemper quod ſemel definitū eſt/vt poſſim⁹ & de aliis querere.
Fauſtinianus. ¶ Et pater ait. bene dicis fili: & ſcio quam ob cauſam dicis. quia heſterno de natu
ralibus diſputans cauſis: oſtendiſti quia virtus quedam maligna transformans ſe in
ordinem ſtellarum/humanas concupiſcentias exagitat/ diuerſis modis prouocans
Clemens ad peccādum/non tamen cogens aut efficiens peccatū ¶ Cui ego Clemēs reſpōdi.
Fauſtinianus. bene/q̄a meminiſti: & cum memineris erraſti. ¶ Et pater. ignoſce (inquit) fili. nō-
dum enim vſum multū in his habeo. nā & heſterni ſermones tui/veritate ipſa con
cluſerūt me/vt tibi acquieſcerē. in conſcientia tamen mea: ſunt quaſi quedā reliquie
febriū/que paululū me a fide quaſi a ſanitate retrahūt. diſcrutior enim: q̄a ſcio mul-
Clemens ta michi imo pene omnia accidiſſe/ſecundum Geneſim. ¶ Et ego Clemens reſpō-
di. audi ergo pater/que ſit matheſis natura: & facito ſecūdū ea que tibi dico. vade
ad mathematicū & dic ei primo: quia talia quedam michi acciderūt mala in illo tē-
pore. vnde ergo/aut quomodo/aut per quas michi acciderint ſtellas: diſcere volo.
reſpondebit tibi ſine dubio: quia tēpora tua malicioſus ſuſcepit mars aut ſaturnus/
aut aliquis eorū apocaſtatic⁹ fuit/aut aliquis annū tuū aſpexit ex diametro/aut con
iunctus/aut in centro vel alia his ſimilia reſpondebit/ addens quia in his omnibus
aliquis aut aſyndetus fuit cū malis aut inuiſibilis / aut ſchemate/ aut extra hereſim/
aut deficiens/aut non cōtingens/aut in obſcuris ſtellis/aut multa alia his ſimilia ſe-
cundū rationes proprias reſpondebit/& de ſingulis aſſignabit. poſt hūc aliū adito
mathematicum: & dicito contraria. quia illud michi boni cōtingit in illo tempore.
tempus autem hoc idē dicito: & require ex quib⁹ partibus Geneſis hoc tibi euene-
rit boni/& tempora (vt dixi) eadē que de malis interrogaueras cuſtodito. cumq̄ tu
fefelleris de temporibus: vide quāta tibi inueniet ſchemata/per que oſtendat quod
tibi in illis ipſis temporibus euenire debuerint bona. impoſſibile eſt enim hominū
Geneſim tractātibus: non in omni quā dicūt regione ſtellarū/ſemper inueniri quaſ-
dam bene poſitas ſtellas/& quaſdā male. circulus enim eſt equaliter ex omni parte
collectus: ſecūdum matheſim diuerſas & varias accipiens cauſas/ex quibus occaſio
nem capiant dicendi quod volūt. ſicut enim fieri ſolet / vbi ſomnia aliqua viderint
homines/& nichil certi intelligant: cum aliquis occurrerit exitus rerum/ tunc ad ea
que acciderint aptāt etiam ſomniū viſum. Ita eſt matheſis. anteq̄ aliquid fiat: certi
nichil pronūciatur. Poſtea vero q̄ aliquid accidere: rei iam geſte colligunt cauſas.
denique frequenter cū errauerint/& aliter res acciderit: ſemetipſos increpāt dicentes/
quia illa fuit ſtella que impediit/que occurrit/& non vidimus. Ignorātes quia error
eorum: nō ex artis imperitia/ſed & ex totius cauſe cōuenientia deſcendit. Ignorāt
enim que ſunt que facere quidem concupiſcamus: non tamen indulgeamus concu
piſcētiis. nos autem qui myſterii huius nouimus rationem: ſcimus & cauſam. quia
libertatem habentes arbitrii: interdum concupiſcentiis obſiſtimus/interdum cedi-
mus. & ideo humanorum geſtorum incertus eſt exitus: quia in libertate pendet ar-
bitrii. nam concupiſcentiā quidem quam inoperatur maligna virtus: poteſt indi-
cari mathematico. ſed ſi concupiſcētiarum actus vel exitus impleri poſſit necne/ q̄a
in arbitrii libertate eſt: ſciri ante effectū rei/a nullo poteſt. & hoc eſt quod ignoran-
tes aſtrologi/ inuenerūt ſibi climaterias/vt dicerēt/ rei ſcilicet incerte perfugia/ſicut

heſterno pleniſſime oſtendimus. Ad hec ſi quid tibi dicēdum videtur/dicito. ¶ Et
pater. nichil verius (inquit) fili iis/ que proſecutus es. Cap. V.
c Vm͛q hec loqueremur inter nos: nūciauit quidam plurimū ſtare foris po- Fauſtinianus.
pulum/qui audiēdi gratia conuenerāt. & Petrus iuſſit: eis ingrediendi co-
piam dari. erat enim locus oportunus & amplus. cūq ingreſſi fuiſſent: ait ad nos
Petrus. Si quis veſtrū vult: faciat ad populū ſermonem/& de idololatria diſſerat. PETRVS
¶ Cui ego Clemens reſpondi. Multa benignitas tua/& erga omnes lenitas/ac pa- Clemens.
tientia indulget nobis/vt audeamus loqui te coram/ & interrogare que volumus:
& ideo (vt dixi) morum tuorū manſuetudo inuitat omnes & adhortatur/ſalutaris
doctrine precepta ſuſcipere. hoc ego vſq ad preſens apud nullū aliū vidi/niſi apud
te ſolū: apud quem neq inuidia vlla eſt/neq indignatio. ¶ Et Petrus. non ſolum PETRVS
hec ex inuidia aut indignatione veniūt: ſed interdū ineſt pleriſq aliquid verecūdie/
ne forte de iis que proponūtur plene reſpōdere non poſſint/ & refugiūt imperitie
notā. ſed debet propterea quis verecundiam pati? quia nec eſt aliquis hominū qui
profiteri debeat: ſe omnia ſcire. vnus enim eſt/qui ſcit omnia: ipſe qui & fecit om-
nia. ſi enim magiſter noſter finē mūdi/cuius etiam ſigna predixit/neſcire ſe profeſſus
eſt/vt totū reuocaret ad patrē: quomodo nos turpe ducemus ſi aliqua nos ignora
re fateamur/cum magiſtri noſtri in hoc habeamus exemplū? hoc tamen vnū profi-
temur: ea nos ſcire/que a vero propheta didicimus. ea autem a vero propheta no-
bis eſſe tradita: que ſufficere humane ſcientie iudicauit. ¶ Tum ego Clemens dice- Clemens.
re ita cepi. Apud Tripolin/cum cōtra gētiles diſputares domine mi Petre: valde mi-
ratus ſum te/ qui a patribus hebreo ritu & obſeruātiis proprie legis imbutus/grece In nullo inq̄natus. quia grecā intelligentiā nō ſtudio ſed ſpiritu ſancto acceperat
eruditionis ſtudiis in nullo inquinatus es/ quomodo tā magnifice & tā incompa-
rabiliter proſecutus ſis. Ita vt etiam quedā de hiſtoriis deorū/que in theatris decan-
tari ſolēt: cōtingeres. verū quoniā ſenſi tibi ipſas fabulas & blaſphemias eorū minus
eſſe notas: de hiiſipſis ſi placet/in auditu tuo aliqua repetēs/ab ipſa origine diſſerā.
¶ Et Petrus. dic (inquit) benefacis iuuare predicationem noſtram. ¶ Tū ego Cle- PETRVS
mens. dicam igitur quia iubes: non vt docens/ſed q̄ ſtultas de diis ſuis opiniones Clemens.
habeant gentiles/in medium proferens. Cūq vellem dicere: Niceta labrum mordi-
cus ſtringens/innuebat michi/vt tacerem. quē cum vidiſſet Petrus: ait. Cur ingeniū PETRVS
liberale/& generoſam ledere vis naturam/ vt honore mei qui nullus eſt / tacere eū
velis? An neſcis quia ſi omnes gētes poſt q̄ audierint a me predicationē veritatis/&
crediderint: velint ſe ad docēdum cōferre/michi maiorem pariūt gloriam / ſiquidē
glorie me cupidū putas? quid enim tā glorioſum q̄ Chriſto diſcipulos preparaſſe:
nō q taceāt & ſoli ſalui fiāt/ſed q loquātur (que didicerint) aliis/ vt ſalui fiant. vtinā
quidē & tu Niceta/ſed & tu dulciſſime Aquila/iuuaretis me ad predicādum verbū
dei: eo magis quo ea in quibus errant gentiles/ bene vobis comperta ſunt. & non
ſolū vos/ſed & omnes qui audiūt me: opto (vt dixi) ita audire & ita diſcere/vt do-
cere poſſint. multis nāq adiutoribus indiget mūdus: quibus homines ab errore re
uocentur. Cūq hec dixiſſet: ait ad me. tu ergo Clemens exſequere que cepiſti.
Caput. VI.
e T ego continuo ſubiūxi. Quoniā (vt dixi) apud Tripolin diſputans/multa Clemens
de diis gentiū vtiliter & neceſſario diſſeruiſti: cupio de origine eorū/ridicu-
la te coram exponere/vt neq te lateat vane ſuperſtitionis cōmentū/& auditores q
aſſiſtunt/erroris ſui probra cognoſcant. Aiunt ergo qui ſapientiores ſunt inter gē-

nyſiū genuit: qui a titanis diſcerptus eſt. ſed recordatus (inquit) ne forte pater ſuus
saturn⁹/alium filium generaret/qui etiam ſe fortior naſceretur/ regnoq; depelleret:
oppugnare aggreditur patrem/ vna cum fratribus eius vterinis. quibus repreſſis:
ad vltimum etiam patrem in vincula coniecit/ deſectaq; eius genitalia in mare pro-
iecit. ſed cruor qui defluxit ex vulnere ſuſceptus: fluctibus & frequenti colliſione in
ſpumam verſus/ procreauit eam quam dicunt aphroditen/ quāq; apud nos vene-
rem appellant. ex huius concubitu/que erat vtriq; ſoror: hunc ipſum iouem ferunt
genuiſſe cyprin/ex qua aiūt & cupidinem natū. hec quidē de inceſtis eius. ❡ Audi
nunc & de adulteriis. Europam oceani coniugē viciat: ex qua naſcitur Dodone⁹.
Helenam pandionis:ex qua naſcitur Muſeus. Eurymonen aſopi: ex qua naſcitur
Ogygius. Hermionen occeani: ex qua charites/Thalia/Euphroſyne/Aglaia. The-
min ſororē ſuā:ex qua naſcūtur Hore/euromia/dice/Irene. Themiſto inaci:ex qua
naſcit̄ Archas. Ideam Minois:ex qua naſcit̄ Aſterion. Pheniſſam alphionis: ex qua
naſcit̄ Endymion. Io Inachi: ex qua naſcit̄ Epaphus. Hippodamiā & Iſionē danai
filias: quarū vnā Hippodamiā Olenus/Iſionē vero Orchomen⁹ ſiue Chryſes ha-
buit. Carinean phenicis: ex qua naſcit̄ Critomaris/que fuit ſodalis Diane. Caliſto ly
caonis: ex qua naſcitur Arcas. Libeen numāti:ex qua naſcitur Belus. Latonā:ex qua
naſcitur Apollo & Diana. Leanidam eurymedontis: ex qua naſcitur Choron. Liſi
theā euueni:ex qua naſcitur Helenus. Hippodamiā bellorophontis: ex qua naſcit̄
Sarpedon. Megalyten machareí:ex qua naſcūtur Thebe & Locrus. Nioben Phoro
nei:ex qua naſcunt̄ Argus & Pelaſgus. Olympiadam Neoptolemi: ex qua naſcitur
Alexander. Pirrhā Merimethei:ex qua naſcitur Helmetheus. Protogeniā & Pan-
doram Deucalionis filias: ex quibus genuit Ethelium & Dorū & Melenā & Pan-
dorum. Taicruciā Prothei:ex qua naſcitur Nympheus. Salaminā Aſopi:ex qua na-
ſcitur Saracon. Taygetā/Electrā/Maiam/Plutidem Athlantis filias:ex quib⁹ genuit
ex Taygeta quidē lacedemonē/ex Electra Dardanū/ex Maia Mercuriū/ ex Plutida
Tantalū. Pthyan Phoronei:ex qua genuit Acheum. Coman Aramni:ex qua genuit
Laconē. Calceam Nymphā:ex qua naſcitur Olympus. Charidiam Nymphā:ex qua
naſcitur Alchanus. Cloridam que fuit ampagi: ex qua naſcitur Mopſus. Thoman
leſbi: ex qua naſcitur Polimedes. Hippodamiā Aniceti/Chryſogeniā Penei:ex qua
naſcitur Chryſeus. ſed & alia ſunt plurima eius adulteria: ex quib⁹ nec progeniem
ſuſcepit/que enumerare ſatis longum eſt. verū ex iis omnibus quas enumerauim⁹:
nonnullas tranſformatus viciauit. deniq; Anthiopen Nythei verſus in ſatyrū cor-
rupit:ex qua naſcūtur Amphion & Zetus. Alcmenā mutatus in virū eius Amphi-
trionem: ex qua naſcitur Hercules. Eginam Aſopi mutatus in Aquilā: ex qua na-
ſcitur Eacus. ſed & Ganimeden Dardani:mutatus in aquilam ſtuprat. Mantheam
Phoci/ mutatus in vrſum: ex qua naſcitur Arctos. Danen Acriſii/ mutat⁹ in aurū:
ex qua naſcitur Perſeus. Europen Phenicis/mutat⁹ in taurū:ex qua naſcit̄ Minos/
Rhadamā t⁹/Sarpedon. Eurimeduſam Achelai/mutatus in formicā: ex qua naſcit̄
Myrmidon. Thalianam Nympham mutatus in vulturē: ex qua naſcūtur apud ſi-
ciliam Paliſci. Mandam Geneani apud rhodū muta⁹ in imbrem. Caſſiepiam muta-
tus in virū eius Phenicem:ex qua naſcitur Anchinos. Ledā teſi mutat⁹ in cygnū: ex
qua naſcit̄ Helena. & item eandem mutatus in ſtellam: ex qua naſcūtur Caſtor &
Pollux. Lamiam mutatus in epopem. Mnemoſynem mutatus in paſtorem:ex qua
naſcuntur muſe nouem. Nemeſim mutatus in anſerē. Semelen cadmi/ mutatus in

Aphrodite
Cypris.
Europa.
Dodoneus.
Helena
Muſeus.
Eurynome.
Ogygius
Hermione
Thalia.
Euphroſvne.
Aglea
Hore
Eunmonia
Irene.
Themiſto
Archas.
Idea
Aſterion
Pheniſſa.
Endymion
Io.
Epaphus
Carinea
Critomaris.
Caliſto
Arcas
Libee
Belus
Latona
Apollo
Diana.
Leanida.
Liſithea
Helenus
Hippodamia
Sarpedon.
Megaglyte.
Thebe.
Locrus
Niobe.
Argus.
Pelaſgus.
Olympiada
Pyrrha.
Helmetheus.
Protogenia
Pandora.
Ethelius.
Dorus
Melene
Pandorus.
Tecrucia.

Nympheus, Salamina Saracus Taygeta. Electra Maia Plutida Lacedemon Dardanus Mercurius Pthya Acheus Coma. Lacon Calcea Olympus, Charidia Alchanus. Cloryda, Mopſus Thoma. Polymedes. Hippodamia Chryſogonia Otryſeus. Anthiope, Amphion. zetus. Alcmena Hercules. Egina. Eacus. Ganimedes Manthea Arcto Dane Perſeus, Europa Minos Rhadamáth⁹ Sarpedon. Eurimeduſa Myrmidon. Thaliana Phaliſci Aquila Vrius Aurum Taurus Formica. Vultur. Manda Caſſiepia

ignem:ex qua naſcitur Dionyſius. ex filia auté ſua cerere: genuit Perſephonen/quá
& ipſam corrupit mutatus in drachonem . ſed & Europam patrui ſui oceani vxo-
rem/& ſororé eius Eurinomen adulterat:& patrem punit & Pluten Athlantis filii
ſui adulterat filiam/ex qua natum ſibi filium Tantalum damnat. ex Lariſſa etiá Or-
comenii/genuit Titionem: quem & ipſum ſupplicis perpetuis tradit.Dianam Ilio-
nis filii ſui diripiés vxorem: ipſum peremnibus ſubiicit penis . & pene omnes quos
ex adulteriis genuit filios:violente mortis conditione damnauit. quorum & ſepul-
cra pene omniũ manifeſta ſunt . ipſius deniq; parricide qui & patruos peremit/ &
vxores eorum corrupit/ſororibus ſtuprum intulit/multiformis magi ſepulcrũ cui-
dens eſt apud cretenſes: qui tamen ſcientes & confitentes infanda eius/atq; inceſta
opera/& in omnibus enarrantes/ipſi eum confiten deũ non erubeſcunt. vnde mi-
rum michi & valde mirũ videtur:quomodo is qui ſuper omnes mortales ſcelere &
flagiciis eminet: ſanctum/& quod eſt ſuper omne bonũ/nomen acceperit/vt pater
deorũ atq; hominũ vocaretur . niſi forte ille qui malis hominũ gaudet : eum quem
in ſceleribꝰ eminere ſuper ceteros vidit/ ſuper ceteros ei honorem cóf.rre /infelices
animas ſuaſerit. vt ad imitationem malorum: inuitaret vniuerſos. ſed & filiorũ eiꝰ/
qui apud eos dii putãtur:ſepulchra ſingulis quibuſq; in locis manifeſtiſſime demó-
ſtrautur. Mercurii: apud hermopolim.Cyprie veneris: apud cyprũ. Martis in thra
cia.Liberi: apud thebas/vbi diſcerptus traditur. Herculis:apud tyrum/vbi igni cre-
matus eſt. in epidauro: Eſculapii. quiq; omnes/non ſolũ vt homines defuncti: ſed
vt nequá homines puniti pro ſcelenbus/docentur. & tamen a ſtultis hominibꝰ: vt
dii adorantur. Q; ſi argumentari volunt/& magis hec loca ortus eorũ q̃ ſepulture
vel mortis affirmant:ex vicinis & adhuc recentibus geſtis/priora & vetera conuin-
centur/cũdocuerimus adorari ab eis eos/quos etiam ipſi homi.es fuiſſe & defun-
ctos/vel etiam punitos eſſe profitentur. verbi gratia: vt Syri adonem. egiptii: Oſy
rin. ilienſes Hectorem. apud leuconeſſum:Achillem. apud pontũ:Patroclũ. apud
rhodum: Alexandrũ macedonem. multoſq; alios/per diuerſa loca/ſinguli vt deos
colunt & adorant: quos homines mortuos fuiſſe non dubitant. Vnde conſequẽs
eſt etiam: priores ſimili errore prolapſos/mortuis hominibus/qui forte vel poten-
tie aliquid/vel artis habuerãt/maximeq; ſi phãtaſiis maximis in ſtuporem ſtolidos
homines adduxerant/honoré contuliſſe diuinũ. Ad id quoq; acceſſerit : vt & poe-
te/elegantia verborũ/cómenta erroris ornarét/& ſuauitate dicendi/immortales ef-
fectos eſſe ex mortalibus perſuaderent. imo & ãplius aliquid : ex hominibus ſtellas
aiũt fieri/& arbores/& animalia/& aues/& flores/ fonteſq; ac fluuios. & ni verbo-
ſitas videretur: omnes pene ſtellas/ quas ex hominibꝰ effectas aſſerũt/ enumerare/
vel arbores/vel fontes/ vel flores/ac fluuios poſſem , exempli tamen cauſa: ſingula
ſaltem ex ſingulis memorabo. Andromedam cephei in ſtellá dicũt eſſe conuerſam.
Danaen ladonis fluuii filiam: in arborem cõmutatá. Hiacynthũ Apollinis dilectũ:
in florem. Caliſto:in ſydus quod arcton vocant. Prognen & Filomelam cũ Tereo:
in aues. Thyſben apud ciliciam: in fontem/& Pyramũ ibi in fluuiũ reſolutos/ fon-
teſq; ac fluuios/floreſq; & animalia vel aues/aliquando homines fuiſſe confirmãt.

Caput. VII.

e T Petrus hec audiẽs: ait. Ergò ſecundũ ipſos anteq̃ homines mutarentur in
ſtellas/ vel cetera que enumeras/ & celũ ſine ſtellis erat/ & terra ſine arbori-
bus & animalibus/nec fontes/nec flumina/nec aues erãt/ & quomodo ipſi homi-

nes vixerunt ſine his: qui in hec poſt modũ mutati ſunt? cum conſtet nec potuiſſe
prorſus ſine his vitam ducere homines in terris. ¶ Et ego Clemens reſpondi. Sed
ne ipſum quidem cultũ deorũ obſeruare conſequẽter: norũt. vnuſquiſqꝫ enim eo-
rum quos colũt: habet aliquid ſibi dicatum/ a quo debent ſe continere cultores. vt
puta Minerue oliuam: Ioui caprã ferũt dicatam. cereri ſemina/ Libero vinũ/Oſyri
aquam/Ammoni arietem/Diane ceruũ/ Syrorũ demoni piſcem & columbã/Vul-
cano ignem. & vnicuiqꝫ (vt dixi) eſt aliquid proprie dicatũ: a quo oportebat abſti-
nere ſe cultores/ad honorem eorum quibus dicata ſunt. Nunc autẽ ſinguli ab vno
aliquo ſe obſeruantes: pro vnius honore/ceteros omnes iratos habẽt. quos vtiqꝫ
ſi placare velint: pro honore omniũ/ abſtinere ſe ab omnibus oportebat. vt ante
diem iudicii iuſta a ſemetipſis ſententia condemnati: morte miſerrima per inediam
deperirent. Verum vt ad propoſitum reuertamur que mali ratio eſt/imo que amẽ-
tia mortalium poſſidet mẽtes: vt hominem quem impiũ/ſceleſtum/profanũ (Iouẽ
dico) inceſtum/parricidam/adulterum non ſolum ſciunt eſſe/ ſed & publice in the-
atris cantant: hunc vt deũ colant/& adorent? aut ſi pro his geſtis deus eſſe meruit:
ergo & ſi quos audiunt homicidas/adulteros/parricidas/inceſtos/etiã nũc debent
vt deos adorare. ſed quod in aliis execrantur: ſcire omnino non poſſum/cur in illo
venerentur? ¶ Et Petrus reſpondit. Quoniã te neſcire dicis: diſce a me/cur in illo fa-
cinoroſa geſta venerentur. primo quidem/vt cum ipſi ſimilia egerint: acceptos ſe ei
futuros ſciant/vt pote quem imitentur in flagitiis. Secundo ꝙ hec litteris ſcite repo-
ſita/& verſibus eleganter inſerta veteres reliquerũt: & nũc puerilis eruditionis ob-
tentu/cum eorũ notitia teneris & ſimplicibus adheſerit mentibus/reuelli ab eis atqꝫ
abiici difficulter poteſt. ¶ Hec cũ dixiſſet: Niceta reſpondit. Nõ putas domine mi
Petre habere eruditos quoſqꝫ gentiliũ/veri ſimilitudines quaſdam: quibus aſſerant
hec que culpabilia videntur & probroſa? que quidem ego non vt confirmans er-
rores eorum dico (abſit enim a me: vt hoc vel ad cogitationẽ meã veniat) ſed tamẽ
ſcio eſſe apud prudentiores eorum/defenſiones quaſdam/quibus aſtruere & colo-
rare ſolẽt ea/ que vidẽtur abſurda. Et ſi tibi placet vt aliqua ex iis proferam: que ex
parte aliqua retineo/vt iubes faciam. Cap. VIII.

c Vmqꝫ Petrus reſpondiſſet. Niceta hoc modo cepit. Omnis ſermo apud gre-
cos qui de antiquitatis origine conſcribitur cum alios multos tũ duos pre-
cipuos auctores habet Orpheum & Heſiodum. horum ergo ſcripta in duas par-
tes intelligentie diuiduntur: id eſt ſecũdum litteram & ſecundũ alegoriam. & ad ea
quidem que ſecũdum litteram ſunt: ignobilis vulgi turba confluxit. ea vero que ſe-
cũdum alegoriam conſtant: omnis philoſophorũ & eruditorũ loquacitas admira-
ta eſt. Orpheus igitur eſt/qui dicit primo fuiſſe chaos ſempiternũ/immenſum/inge-
nitum: ex quo omnia facta ſunt. hoc ſane ipſum chaos: non tenebras dixit eſſe/nõ
lucem/ non humidum/non aridum/non calidum/non frigidum/ſed omnia ſimul
mixta/& ſempiternũ fuiſſe/ informe aliquando/ tamen quaſi ad oui immanis mo-
dum / per immenſa tempora effectam peperiſſe ac protuliſſe ex ſe duplicem quãdã
ſpeciem/quam illi maſculofeminam vocant/ex cõtraria admixtione huiuſmodi di-
uerſitatis ſpeciem concretam/& hoc eſſe principium omniũ/ quod primũ ex mate-
ria priore proceſſerit. quodqꝫ procedens: diſcretionem quattuor elementorum de-
derit. & ex duobus (que prima ſunt) elementis fecerit celum/ex aliis autem terram.
ex quib⁹ iã omnia participatione ſui inuicẽ/naſci dicit & gigni. hec quidẽ Orpheus

Anchiſes.
Leda. cygn⁹.
Helena
Leda. ſtella
Caſtor
Pollux
Lamia. hu-
pupa.
Mnemoſyne.
paſtor.
Muſe
Nemeſis. ãſer
Semele. ignis
Dionyſius
Ceres
Perſephone
draco
Europa
Lariſſa.
Titius
Adonis.
Oſyris
Hector
Achilles
Patroclus.
Alexander
Andromeda.
Dane
Hiacynthus.
Thylbes.
Pyramus
PETRVS
Clemens
Minerua.
Iupiter
Ceres
Liber
Oſyris
Ammon.
Diana.
Demõ ſyrorũ
Vulcanus
Gentilia non
debere iuueni
libus mẽtibus
(vt nunc fit)
tradi.
Niceta
Orpheus.
Heſiodus

ſubiungit autem his & Heſiodus: poſt hec ſtatim celum dicẽs factum eſſe & terrã.
ex quibus ait progenitos illos vndecim: quos interdum & duodecim dicit. ex qui-
bus quinq; mares & ſex feminas ponit. nomina autẽ dat maribus: Oceanus/Ceus/

Fauſt⁹ omnia hec ridet ac improbat

Hiperion/Iapetus/Chronus qui & Saturnus. item feminas: thya/Rhea/ Themis/
Mnemoſyne/Tethis/Hebe. Que nomina per alegoriam hoc modo interpretan-
tur. numerum quidem vndecim vel duodecim ipſam dicũt primam naturam: quã
& Rheam confluendo dictam volunt. reliquos autem decem: accidentia eis dicũt/
quas & qualitates appellant. duodecimũ tamẽ addunt & Chronum: quem apud

Figmenta indigna.

nos Saturnum dicunt. hunc pro tempore accipiunt. Saturnũ ergo & Rheam: tem-
pus ponunt/& materiam. que vbi cum humido & arido/calido & frigido/tempo-
re fuerit admixta: omnia generat. hec ergo inquit: primo omniũ tempore multo/
concretam genuit quandam quaſi bullam/que ex ſpiritu qui in aquis erat paulatim
collecta intumuit/& aliquanto tempore circumacta per ſuperficiem materie (ex qua
quaſi ex vulua proceſſerat) rigore frigoris obdurata/& glacialibus augmentis ſem-

Aides ſiue Pluto

per increſceus/abrupta tandem demergitur in profundum. ac pondere ipſo pertra-
cta: in infernum deſcẽdit. & quia inuiſibilis facta eſt: Aides appellata eſt/qui & Or-
cus vel Pluto nominatur. cũq; de ſuperioribus vergeret in inferna: locum cõfluẽ-
di humido prebuit elemento. Et pars craſſior que eſt terra (aquis cedentibus) pate-

Neptunus

facta eſt. hanc ergo aquarũ libertatẽ/que prius bulla obtegente premebatur: poſtq̃
illa inferni ſortita eſt locum/Neptunũ eſſe appellatam. poſt hoc cum elementũ fri-
gidum per concretionem glacialis bulle ad inferiora fuiſſet abſorptum/& aridũ fu-
iſſet humidumq; diſcretum: nullo iam impediente/ elemẽtum calidum ignis vt po-
te vigore leuitatis/ad ſuperiora conuolauit aeris/ſpiritu & procella ſubuectũ. hanc

καταιγισ αιξ Iupiter

ergo procellã que categis grece appellatur/ ega id eſt capram dixerunt: & ignẽ qui
ad ſuperna conſcendit/ Iouem. & ideo eum capra ſubuectũ/ conſcendiſſe olympũ
dicunt. ipſum vero Iouem greci quidem a viuendo/vel vitam dando: noſtri autẽ
a iuuãdo nominatum volunt. Hanc ergo: viuentem ſubſtantiam ferunt. que in ſu-
perioribus poſita/vi caloris velut cerebri ambitu ad ſe attrahens cũcta/ & quadam
temperamenti moderatione componẽs: de capite dicitur genuiſſe ſapientiã/ quam

Minerua.

Mineruam vocant/que a grecis athena propter immortalitatẽ nominata eſt. Que

De his ſtultis & irrationalibus gẽtiũ alegoriis: legat etiã qui volet diſputationẽ Chryſanti & Darie

(quia pater omniũ: per ſapientiam ſuam cuncta cõdidit) ex ipſo capite eius & prin-
cipali omniũ genita dicitur loco: & temperata ammixtione elementorum/ vniuer-
ſum formaſſe mundum & adornaſſe perhibetur. Igitur ſpecies que materie indite
ſunt/vt fieret mundus: quia vi caloris conſtringũtur/Iouis viribus contineri dicũt.
Que quoniam ſufficienter ſe habent/ nec vltra addi ſibi indigent aliquid noui/ ſed
vnumquodq; ſeminis ſui poſteritate reparatur: vincte eſſe a Ioue/Saturni man⁹ di-
cuntur. quia nichil noui iam (vt dixi) ex materia tempus producit: ſed calor ſeminũ

Saturni vincula.

ſecundum ſui ſpeciẽ cuncta reſtituit. nec Rhee partus/hoc eſt propago materie flu-
entis aſcendit: & ideo ipſam primam elementorum diuiſionem/abſciſionem Satur-

Saturni caſtratio.

ni nominant/quaſi qui vltra mundũ generare non poſſit. ¶ Hãc de Venere hoc

Venus.

modo alegoriam tradunt. vbi (aiũt) etheri ſubiectum eſt pelagus/cum repercuſſus

Ether

aquis ſplendor celi gratior refulſiſſet: venuſtas rerum que ex aquis pulchrior appa-

Cupido

ruerat/ Venus nominata eſt. que etheri tanq̃ fratri ſociata: ꝙ concupiſcibile decus

Chronus.

effecerit/cupidinem genuiſſe memorata eſt. Hoc ergo modo per alegoriam/Chro-

Rhea

num quidem qui eſt ſaturnus: tẽpus eſſe (vt diximus) tradunt. Rheam: materiam.

Aidem id eſt Orcum: inferni profundũ.Neptunũ: aquã.Iouem etherem/id eſt ca- Aides.
loris elementum.Venerem: venuſtatem rerũ.Cupidinem: concupiſcentiã que ineſt Neptunus
rebus omnibus/per quam poſteritas reparatur. vel etiam ratio: que ſapienter inſpe Iupiter
cta delectat.Hera id eſt Iuno: aer iſte medius/qui de celo vſqꝫ ad terrã deſcẽdit po- Venus.
nitur.Dianam quã ipſam & proſerpinam dicunt: aerem infernũ tradunt.Apollinẽ Cupido Iuno.
etiam: ipſum ſolem dicũt/circũeuntem polum. Mercurium: verbum/quo ratio de Diana.
ſingulis quibuſqꝫ reddatur. Martem: intemperatum ignem/qui cuncta conſumat. Proſerpina
Sed ne ſingula enumerando immoremur: ad hanc alegorie ſpeciem/de vnoquoqꝫ Apollo
eorum quos colunt ii/quibus ſecretior de talibus ineſt peritia/ honeſtas ſibi viden- Mercurius
tur & iuſtas reddere rationes. Cap.VIIII. Mars

a T hec cum Niceta dixiſſet: Aquila reſpondit. Valde michi videtur quiſquis Aquila
ille auctor & inuentor horum/ impius extitiſſe: ſi hec que grata & honeſta
videntur abſcõdit/& ſuperſtitionis ſue ritum / in dedecoroſis & turpibus obſeruã-
tiis collocauit. cum ea que ſecundum litteram ſcripta ſunt: manifeſte inhoneſta ſint
& turpia. & tota religionis obſeruantia in ipſis conſtet: vt per huiuſmodi ſcelera &
impietates/deos ſuos quos colunt / doceantur imitari. nam in iſtis alegoriis: que
eis vtilitas erit? que quãuis honeſte fingantur: nullus tamen ex eis aut vſus ad cul-
tum peruenit/aut ad mores emendatio. vnde magis conſtat: ꝙ prudẽtes viri cum
viderent communẽ ſuperſtitionem tam probroſam eſſe/tamqꝫ turpem/nec tamen
corrigendi modum aliquem vel ſcientiam didiciſſent/quibus potuerunt argumen-
tis & interpretationibꝰ conati ſunt res inhoneſtas/ honeſto ſermone velare. & nõ
(vt dicunt)honeſtas rationes inhoneſtis fabulis occultare. quod ſi eſſet: nũq̃ vtiqꝫ
ipſa eorum ſimulacra atqꝫ ipſe de eis picture/cum ſuis viciis & criminibus formarẽ-
tur. non cygnus adulter lede: nec taurus formaretur Europe/ & in mille monſtra
eum/ quem putãt meliorem omnibus/ verterent. quod vtiqꝫ ſi magni & ſapientes
qui ſunt apud eos viri/fictum ſcirent eſſe/non verum: nonne impietatis arguerent
& ſacrilegii eos/qui ad iniuriam deorum huiuſmodi aut picturã ponerẽt/ aut ſcul-
perent ſimulacra: deniqꝫ regem temporis ſui depingant in bouis formam/ vel an-
ſeris/vel formice/vel vulturis/& ſcribãt ſuper/ regis nomẽ/ atqꝫ huiuſmodi vel ſta
tuã/vel imaginem collocent: & iniuriam facti ſentient/& vindicte magnitudinem.
ſed quoniam vera hec magis ſunt que publica turpitudo teſtatur / & ad excuſatio-
nẽ a viris prudentibus/ſermonis honeſta queſita ſunt & concinnata velamina: id-
circo non ſolum prohibentur/ſed & in ipſis myſteriis Saturni filios deuorantis/ &
occultati pueri per corybãtum cymbala & tympanorum ſonitus/exprimũtur ima-
gines. de abſciſione vero Saturni: que maior erit probatio veritatis/q̃ in honorem
dei ſui/ſimili infelicitatis ſorte/abſcidantur etiam cultores? Cum ergo hec manifeſte
cernantur: quis tam exigui ſenſus/ imo tam ſtolidi inuenitur/cui non palam ſit hec
magis vera eſſe de infelicibus diis/que infeliciores etiam/corporum ſuorum vulne-
ribus & abſciſione teſtanẽ? Quod ſi(vt dicunt)hec ita honeſte & pie geſta/inhone
ſto ritu miniſtranẽ & impio: ſacrilegus profecto eſt quiſq̃s ille/vel ex initio hec tra-
didit/vel nunc male tradita perſiſtit implere. Quid autem & de libris dicemus poe-
tarum? nonne oportuerat eos/ſi honeſta & pia deorum geſta turpibus fabulis in-
famarunt: abiici protinus/atqꝫ in ignẽ dari? ne perſuaderent tenere adhuc etati pu-
erorum/Iouem ipſum deorum principem/ parricidam erga parentes/ inceſtum er-
ga ſorores & filias/impurum etiam in pueros extitiſſe/Venerem cum Marte/adul-

teros/& omnia illa que iam ſuperius dicta ſunt. aut quid tibi videtur domine mi/
PETRVS Petre. ¶ Tum Petrus reſpōdit. Certus eſto dulciſſime fili Aquila: quia omnia pe
bonā dei prouidentiā geſta ſunt/vt non ſolum infirma & fragilis/verum & turpis
eſſet cauſa/que futura erat contraria veritati. ſi enim validior & veriſimilior fuiſſet
erroris aſſertio: haud facile quiſq̄ qui non deceptus eſſet/ad iter veritatis rediret. ſi
enim nūc/cum tam multa probra & dedecora de diis gētium proferūtur/ vix aliqs
turpem derelinquit errorem: quāto magis ſi eſſet ibi aliquid honeſtū & veriſimile:
difficulter nāq; transfertur animus ab iis: in qbus a prima etate preuētus eſt. & ob
hoc(vt dixi)diuina prouidētia factū eſt: vt erroris ſubſtantia/& infirma eſſet & tur
pis. ſed & cetera omnia/ſimili modo competenter & cōmode diſpēſat diuina pro
uidentia: licet nobis ignorātibus rerū cauſas/bone & optime diſpēſationis diuine
nō liqueat ratio. ¶ Cū hec Petrus dixiſſet: ego Clemens Nicetā rogabā/vt aliqua
Clemens de alegoriis gētiliū/quas diligenter attigerat/cognoſcēdi gratia exponeret. vtile enī
Niceta eſt: vt cū gētilibus diſputamus/etiā illa nos minime lateāt. ¶ Et Niceta. Si (inqt) p
PETRVS mittit dominus meus Petrus: poſſum dicere. ¶ Tū Petrus. hodie (inquit) permiſi
Niceta vobis dicere aduerſum gētiles: vt noſtis. ¶ Et Niceta ait. dic ergo Clemēs: de qb⁹
Clemens. audire velis: ¶ Cui ego aio: quomodo tradūt de deorū cena gētiles/quam in Pelei
nuptiis habuerūt & Thetidis. quē dicūt eſſe Paridē paſtorē: & quas ponūt Iuno
nē/Mineruā/& Venerē/que apud eū iudicantur/quēue Mercuriū/vel quod ma
lū/& cetera que p ordinē conſequūtur: enarra nobis.

Caput. X.

Niceta Alegoris gentiliū de cena deorum

TVm Niceta. Cene deorū cauſa: hoc modo ſe habet. cōuiuiū mūdū tradunt.
diſcūbēdi ordinē: deorū ſtellarūq; poſitionem/ quos Heſiodus celi & terre
primos filios nominat. in qbus ſex mares/& ſex feminas: ad duodecim ſignorū nu
merū referūt/que vniuerſum circūeūt mundū. dapes autē conuiuii: rationes eſſe &
cauſas rerū tradūt/dulces & cōcupiſcibiles. que qualiter regatur & gubernetur hic
mūdus: ex ſingulorū poſitione/ & aſtrorū curſibus colligūtur. ad libertatis tamen
cōuiuii modū/d cūt iſta cōſtare: pro eo quod poteſtatē habeat vniuſcuiuſq; ſenſus
ſi velit/degustare aliqd ex huiuſmodi ſciētia/aut nō/ſi nolit. & ſicut in cōuiuio: ne
mo cogit/ſed veſcēdi libertas penes vnūquēq; eſt: ita & philoſophādi ratio pēdet
in volūtatis arbitrio. diſcordiam: cordis cōcupiſcētiā dicūt/q̄ inſurgit aduerſus pro
poſitū mētis/& philoſophādi impedit ſtudiū. ideo deniq; & tēpus illud eſſe aiūt:
quo de nuptiis agit. Peleū vero & thetidē nymphā: aridū & humidū ponūt elemē
tū. ex quorū admixtione: ſubſtātia corporū cōſtat. Mercuriū verbū eſſe tradunt: p
quod ſenſui doctrina cōfertur. Iunonē: pudicitiā. Mineruā: fortitudinē. Venerem:
Malū: pomū. libidinē dicūt. Paridē: ſenſū. ſi ergo accidat in homine/barbarū eſſe & iperitū ſenſū/
& rectū iudiciū neſciētem: ſpreta pudicitie virtute/libidini palmā(quod eſt malū)da
bit. p quod nō ſolū ſibi: ſed & ciuibus/& vniuerſe gēti ſubuerſio & pnicies aderit.
hec ergo licet illis cōponere ex qualibet materia viſum ſit: tamē aptari ad omnē ho
minē poſſint. quia ſi qs paſtoralē & ruſticū atq; imperitū habeat ſenſū/nec velit eru
diri: vbi corporis calor de libidinis ſuauitate ſuggeſſerit/ continuo ſpretis ſtudiorū
virtutib⁹ & ſciētie bonis/ad voluptates corporis animū transfert. & hinc eſt: vnde
impacata bella cōſurgūt/vrbes ruūt/patrie cōcidūt: ſicut & Paris rapta Helena ad
mutuū grecos & barbaros armauit exitium.

Caput. XI.

e T Petrus collaudãs proſecutionẽ/ait. Multas(vt video)ingenioſi homines: PETRVS
ex iis que legũt veriſimilitudines capiũt. & ideo diligẽter obſeruandũ eſt: vt Nota
lex dei cum legitur/non ſecũdũ proprii ingenii intelligentiã legatur. ſunt enim mul Preſumptio-
ta verba in ſcripturis diuinis: que poſſunt trahi ad eum ſenſum/ quem ſibi vnuſquiſ nes proprii ſẽ
que ſponte preſumpſit. quod fieri non oportet. non enim ſenſum quem extrinſecus ſus ſummope
attuleris alienum & extraneũ/ debes querere quomodo ex ſcripturarum auctorita- re cauẽdas cir
te cõfirmes: ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere veritatis. & ideo oportet ab eo in- ca diuina
telligentiam diſcere ſcripturarũ: qui eam a maioribus ſecũdũ veritatẽ ſibi traditam
ſeruant. vt ipſe poſſit ea que recte ſuſcipit: cõpetenter aſſerere. cum enim ex diuinis
ſcripturis integrã quis ſuſceperit & firmã regulam veritatis: abſurdum non erit/ſi
aliquid etiã ex eruditione cõmuni ac liberalib⁹ ſtudiis (que forte in pueritia attigit)
ad aſſertionem veri dogmatis conferat. ita tamen vt vbi vera didicit: falſa & ſimu-
lata declinet. Et cum hec dixiſſet:ad patrẽ noſtrũ reſpiciens ait. Tu ergo o ſenex/ſiqui-
dem ſaluti anime tue conſulis/vt cum corpore fuerit reſoluta/breui hac ꝯuerſione
requiem inueniat ſempiternam: require de quibus vis/& cõſule. vt poſſis ſi quid in
te eſt dubitationis/abiicere. incertum eſt enim etiam iuuenibus vite tempus: ſenib⁹
autẽ iam nec incertũ eſt. non enim dubitant/ quin quantũcunque eſt quod putatur ſuper-
eſſe: breue ſit. & ideo tam iuuenes quam ſenes oportet: de conuerſione & penitentia/
valde eſſe ſolicitos/& ſatagere de reliquo/vt ornent animas ſuas ornamẽtis digniſ-
ſimis/id eſt dogmatibus veritatis/decore pudicitie/ſplendore iuſticie/candore pie-
tatis/aliiſque omnibus quibus comptam decet eſſe rationabilem mentem. Tum pre
terea declinare a cõſortiis inhoneſtis & infidelibus/& ſocietates habere fideliũ:atque
illos frequẽtare cõuentus:in quib⁹ de pudicitia/de iuſticia/de pietate tractatur. ora-
re deũ ſemp ex corde: & ab ipſo petere que decet a deo poſci/ipſi gratias agere/ve-
rã penitẽtiã gerere preteritorũ geſtorũ/aliquãtulũ etiã ſi poſſibile eſt/per miſericor
dias pauperũ/iuuare penitẽtiã. per hec enim facilior venia dabitur: & indulgẽti/ci-
tius indulgebitur. quod ſi prouectioris etatis ſit is/qui ad penitẽtiã venit: eo magis
gratias agere debet deo/quod poſtquam fractus eſt omnis impetus cõcupiſcẽtie carna-
lis(ſciẽtia veritatis accepta) nulla ei imminet pena/per quã inſurgẽtes aduerſus ani-
mã/reprimat corporis voluptates. ſupereſt ergo ei in agnitione veritatis/& miſeri-
cordie operibus exerceri: vt afferat fructus dignos penitentie. nec putet: quod in tem-
poris longitudine documentũ cõuerſionis oſtẽdatur/ & nõ in deuotionis ac pro-
poſiti firmitate. deo enim manifeſte ſunt mentes: qui non temporum rationẽ colli-
git/ſed animarum. ipſe enim probat: ſi quis agnita veritatis predicatione/ nõ diſtu
lit/neque tempus negligendo conſumpſit. ſed ſtatim &(ſi dici poteſt)eodẽ momen-
to preterita perhorreſcens/futurorũ deſideriũ cepit/& in amore regni celeſtis exar-
ſit. propter quod nemo veſtrũ vltra diſſimulet/ nec retro reſpiciat: ſed ad euange-
lium regni diligenter accedat. non dicat pauper: quia cum diues fuero/tunc cõuer-
tar. nõ requirit a te deus pecuniam: ſed animũ miſericordem/& piam mentẽ. neque
diues cõuerſionem ſuam differat pro ſolicitudine ſeculari: dum cogitet quomodo
diſpẽſabit abundantiam frugum. neque dicat intra ſemetipſum: quid faciã/vbi recon
dam fructus meos? neque dicat anime ſue:habes multa bona repoſita in annos mul-
tos: epulare/letare. nam dicetur ei: ſtulte hac nocte auferetur abs te anima tua. que
preparaſti: cuius erũt? itaque feſtinet ad penitẽtiã omnis etas/omnis ſexus/omniſque
conditio: vt vitam conſequatur eternam. Iuuenes quidem in eo grati ſint: quod in

ipſo impetu deſideriorum/ceruices ſuas iugo ſubiiciunt diſcipline. ſenes & ipſi lau-
dabiles: quia multi temporis conſuetudinē/in qua male preuēti ſunt/pro dei amo-
re commutāt. nemo ergo differat: nemo cūctetur. que enim cauſa cunctandi eſt ad
bene agendū? an times: ne cū benefeceris/ibi remunerationem nō inuenias/vt pu-
taſti? & quid ſenties detrimenti: ſi benefeceris gratis? nōne ſola in iis ſufficeret con-
ſcientia? quod ſi inueneris vt preſumis: nonne pro paruis magna/& pro tempora
libus eterna recipies? verū ego hec propter incredulos dixi. Nos autē que predica-
mus/ita ſe habēt: qa nec aliter eſſe poſſunt q̄ prophetica voce promiſſa ſunt. ſi qs
autē cupit ad amuſſim veritatē noſtre predicationis agnoſcere: cōueniat ad audiē-
dū/& qd ſit verus propheta cognoſcat/& tū demū omnis in eo ceſſabit ambigui-
tas. ſi tamē nō obſtinatis animis reſiſtat iis: q̄ vera eſſe cōceperit. Sūt enim quidā q
quolibet modo ad hoc tantū reſpiciūt: vt vincant. & laudē per hoc magis: q̄ ſalu-
tē querāt. quibus non eueniat dici aliquid: ne & ſermo nobilis patiatur iniuriā/&
iniurie ſue reū/eterna morte cōdēnet. Quid enim eſt in quo aduerſari predicationi
noſtre quis debeat: aut ī quo cōtra veri/honeſtiq̄ fidē ſermo predicationis noſtre
deprehēditur? q dicit honorandū eſſe deū & patrē omniū cōditorē/eiuſq̄ filiū: qui
ſolus eū & volūtatē eius cognouit/cuiq̄ ſoli de omnib9 credendū eſt que precepit.
ſolus/enim eſt lex/& legiſlator/& iudex iuſtus: cuius lex decernit honorādum eſſe
deum & dominū omniū: per vitam ſobriam & miſericordem/& in ipſo ſolo om-
nem collocandam ſpem. Cap. XII.

Sed dicet aliqs/etiā a philoſophis huiuſmodi precepta dari. Nichil eſt ſimile.
nā de iuſticia quidē ab eis & ſobrietate mandatur: ſed remuneratorē deum
geſtorū malorū/bonorūq̄ nō norūt. Et ideo leges & precepta eorū/accuſatorem
tātūmodo publicū vitāt: cōſcientiā vero purificare nō poſſunt. Quid enim timeat
in occulto peccare: q occultorū eſſe arbitrū & iudicē nō nouit? Addūt preterea phi-
loſophi in preceptis ſuis/etiā deos q ſunt demones adorādos: quod ſolū (etiā ſi in
aliis probabiles viderētur) grauiſſime eos poteſt impietatis arguere/& ex propriis
cōdēnare ſententiis. q vnū qdē eſſe pronūciāt deū: pro aſſentatione tamē erroris hu
mani/plures mādāt colēdos. Aiūt autē & illud philoſophi/deū nō iraſci: neſciētes
quid dicāt. ira enim mala eſt/vbi mētē turbat/& rectū cōſiliū perdit: illa vero ira q̄
malos punit/pturbationē mēti nō infert. ſed vnus (vt ita dixerim) ideq̄ affect9 eſt:
qui & bonis p̄mia/& malis retribuit penā/nā ſi bonis & malis bona reſtituat/& ſi-
mili remuneratione erga pios vtatur & impios: iniuſtus poti9 q̄ bonus videbitur.
¶ Sed ais. Nec debuit de9 facere malū. Verū dicis: nec fecit. ſed q ab eo creati ſunt:
dū iudicādos ſe eſſe nō credūt/indulgētes voluptatibus ſuis/a pietate & iuſticia de
uoluti ſunt. ¶ Sed dicis. Si iuſtū eſt punire malos: ſtatī vt male agūt puniri debent.
Tu qdē bene feſtinas: ſed ille q etern9 eſt/& quē nichil latet/quāto null9 ei finis/tāto
& prolixa patiētia eſt. & nō ad velocitatē vindicte: ſed ad ſalutis reſpicit cauſas. de-
lectatur eni: nō tā morte/q̄ conuerſione peccātis. Ideo denique & ſanctū baptiſma lar
gitus eſt hoibus: ad quod ſi qs feſtinet/& de reliquo maneat emēdat9/delent ex eo
omnia peccata/que p ignorantiā cōmiſſa ſunt. Nā philoſophi/quid cōtulerūt vite
mortaliū/dicēdo hominibus non iraſci deum? nempe vt docerent eos: nullum ha
bere vindicte alicuius vel iudicii metum: & per hec tota peccātibus frena laxarent.
Aut quid illi humanum genus iuuerunt: qui dixerunt non eſſe deum/ſed caſu om
nia & temere egi? Nonne vt hoc audientes homines/& arbitrantes nullum eſſe iu-

dicem/nullum prouiſorem rerum/ad omne facinꝰ quod vel furor/vel auaricia/vel
libido dictaſſet/neminem verendo/precipites agerent? An illi reuera multum iuue-
runt mortalium vitam : qui dixerunt nichil poſſe ſine Geneſi fieri ? ſcilicet vt vnuſ-
quiſqꝫ/peccati ſui cauſam Geneſi aſcribens : ſemetipſum in ſceleribus ſuis pronun-
ciaret innoxium/dum crimen ſuum non penitendo diluit/ſed factum culpando cō-
geminat. Nam quid de illis dicam philoſophis/ qui deos colendos eſſe introduxe-
runt: & tales deos/quales paulo ante audiſtis? Quid fuit aliud decernere: niſi vt vi-
cia/niſi vt crimina/niſi vt flagicia colerentur ? Pudet/miſeretqꝫ me veſtri : ſi creditis
digna hec eſſe: & impia atqꝫ execrabilia/aut nō deprehendiſtis hactenus/aut depre
henſa & intellecta mala/pro bonis & optimis coluiſtis. Tum preterea & illud qua-
le eſt/quod preſumpſerūt nonnulli philoſophorum/ vel de deo loqui cū ſint mor
tales: & opinione ſola de inuiſibilibus dicere/vel de mūdi origine vbi non aderant
cum fieret/vel de fine eius/vel de animarū in infernis diſpēſatione & iudicio: neſciē
tes qa preſentia quidē & viſibilia noſſe/ hominis eſt rationabilis? Preterita vero &
futura & inuiſibilia ſcire: ſolius prophetice preſciētie eſt. Nō ergo hec cōiecturis &
opinionibus colligenda ſunt in quibus falluntur valde homines: ſed fide propho-
tice veritatis/ſicut ſe habet hec noſtra doctrina. nos enim nichil a nobis loquimur/
nec humana exiſtimatione collecta ānūciamꝰ (hoc enim decipere eſt auditores) ſed
veri prophete authoritate/nobis tradita & manifeſta predicamꝰ. De cuiꝰ preſciētie
virtute prophetica ſi quis (vt dixi) ad liquidum vult documēta ſuſcipere : ſollicitus
cōueniat/& impiger ſit ad audiendū. & euidētes dabimꝰ promiſſiones : quibꝰ vim
prophetice preſcientie/nō ſolū auribus audire ſed & oculis etiā videre ac manu cō-
trectare ſe credat. de quibꝰ certā fidē cū ceperit: iugū iuſticie & pietatis/abſqꝫ vllo la
bore ſuſcipiet/tantāqꝫ in eo ſentiet ſuauitatē vt nō ſolū nichil ei laboris ineſſe cauſe-
tur/verū & āplius aliquod addi ſibi deſideret & imponi. Cūqꝫ hec & alia his ſimilia
dixiſſet/& nōnullos ex iis qui aderāt infirmos & demonibus obſeſſos curaſſet: gra-
tulantes & deū collaudātes turbas dimiſit/precipiens eis vt ad eūdem locum etiam
ſequentibꝰ diebus/ audiendi gratia cōuenirent.

Cap. XIII.

c Vmqꝫ domi iam inter nos eſſemus ac prepararemur ad edendum: ingreſſus
quidā nūciat Apionem Pliſtonicenſem cū Anubione nuper veniſſe ab an- Nuncius.
tiochia/& hoſpitari cū Simone. Tum pater audiens/ valde gauiſus eſt: & ait Petro. Apion.
ſi permittis: volo ire & ſalutare Apionem & Anubionem/ quia valde amici michi Anubion
ſunt. Fortaſſis autem Anubionē etiā ſuadere potero diſputare cū Clemente de Ge- Simon magꝰ.
neſi. ❡ Et Petrus. Permitto inquit: & laudo quod amicos colis. verūtamen conſi- Fauſtinianus.
dera quomodo per prouidentiā dei : omnia tibi ex ſentētia cōcurrūt. ecce enim nō PETRVS
ſolū affectio tibi propria (deo preſtante) reparata eſt: ſed & amicorū preſentia pro-
curatur. ❡ Et pater. vere (inquit) aduerto ita eſſe: vt dicis. & cū hec dixiſſet: abiit ad Fauſtinianus.
Anubionē. nos autē cū Petro poſiti: per totā noctē interrogando de diuerſis/& di
ſcēdi ab eo delectatione ipſa doctrine/& ſuauitate verborū puigiles māſimꝰ. ❡ Et
cū iā aurora ſurgeret: Petrus intuēs me ac fratres meos ait: miror quid viſū ſit patri PETRVS
veſtro. cūqꝫ hec diceret ſupuenit pater: & inuenit Petrū nobis de ſe loquētē. cūqꝫ ſa Aquila Nice-
lutaſſet: ſatiſfacere cepit/& cauſā exponere ob quā foris māſiſſet. nos aūt reſpiciētes ta & Clemēs:
in eū: expauimꝰ/vultū in eo Simonis vidētes/vocē tamē patris noſtri audiētes. cūqꝫ credūt de pa-
refugeremus eū/& execraremur. ſtupebat pater/ꝙ tā auſtere cū eo ageremꝰ & bar- tre Simonem
bare. ❡ Solus tamē Petrus erat q̄ vultū eius naturalem videbat: qui & ait ad nos/ eſſe. PETRVS

Filii — cur execramini patrem veſtrū: ❡ Cui nos vna cū matre reſpōdimus: hic nobis Si-
PETRVS — mon videtur/vocē habens patris noſtri. ❡ Et Petrus. Vobis quidem vox ei⁹ que
maleficiis mutata non eſt/ſola nota eſt: michi autē etiā vultus eius/qui alius arte Si-
monis mutatus apparet/Fauſtiniani veſtri patris notus eſt. & intuens patrem ait:
cauſa que coniugem tuā cōturbat ac filios hec eſt/ ſpecies vultus in te non videtur
illa/que fuit/ſed facies execrādi Simonis in te apparet ❡ Et cū hec diceret/regreſſus
Iuuenis ad PETRVM. — quidā ex iis qui antiochiā preceſſerant: dicebat ad Petrū. Scire te volo domine mi-
Petre: qa Simon apud antiochiā publice multa faciēs ſigna & prodigia/nichil aliud
populo pſuaſit/niſi que ad tui odiū pertinēt/ magū te nominans/maleficū/ homi-
cidam. & in tantū eos aduerſum te odiū concitauit: vt magnopere deſiderēt (ſi te
vſq̄ inuenire queant) carnibus tuis exſaturari. & ob hoc qui premiſſi ſumus/viden-
tes valde cōmotā contra te ciuitatē: occulte in vnū conuenientes conſiderabamus/
quid fieri oporteret. cūq; nullū videremus exitū rei: ſuperuenit Cornelius centurio
Cornelius cē turio. — miſſus a Ceſarea ad preſidē Ceſaree/publici negocii gratia. hūc accerſimus ad nos/
cauſamq; ei qua meſti eſſemus exponimus/ & ſi quid poſſet vt iuuaret hortamur.
tum ille promptiſſime repromittit ſe/eum protinus fugaturū: ſi tamen cōſilio eius/
etiā nos āniteremur. cūq; nos polliceremur cuncta geſturos: ait. Ceſar in vrbe ro-
Humane pru tie conſilium — ma/& per prouincias: maleficos inquiri iuſſit ac perimi: ex qbus iā plurimi perēpti
ſunt. ego igitur diuulgabo per amicos meos: vt iſtū magū capere veniſſe me/& ob
hoc miſſum a Ceſare/quo etiā hic cū ceteris ſuis ſociis puniatur. veſtri ergo qui cū
ipſo ſunt/occulte quaſi vndecūq; audierint indicēt ei: ꝙ ego ad ipſum capiendum
miſſus ſum. certum eſt ꝙ cū audierit: fugiat. aut ſi vos aliquid meli⁹ videtis: dicite.
Quid plura: ita factū eſt a noſtris/qui cum ipſo erant explorādi gratia ſimulati. vbi
didicit Simon ventū eſſe ad ſe/ tanq̄ ingēs ſibi beneficiū collatū ab eis accipiēs/in fu-
gā verſus eſt. diſcedens igitur ex antiochia cum Athenodoro: huc venit ſicut audi-
uimus. hoc ergo viſum eſt nobis omnibus qui preceſſimus: vt interim nūc nō aſ-
cendas antiochiam/vſq; quo videamus/ſi illo diſcedente/ odium quod de te popu-
lo ſeminauit/ aliqua ex parte vacuetur. ❡ Cūq; hec inſinuaſſet is qui de antiochia
PETRVS — venerat: Petrus reſpiciens ad patrem noſtrū/ait. Audi Fauſtiniane. a Simone ma-
go transformatus eſt vultus tuus: ſicut apparet. putans enim quod a Ceſare quere-
retur ad penam: territus fugit. & ſuū vultum tibi impoſuit: ſi forte tu pro ipſo ca-
Fauſtinianus. — pi/& ad mortem duci poſſis/vt filiis tuis triſtitiam moueret. ❡ Pater vero vbi hec
audiuit: cum lachrimis exclamans/recte (inquit) exiſtimaſti Petre. nam & Anubion
(quia michi valde amicus erat) ſub ſecreto quodam indicare michi ceperat de inſi-
diis eius: ſed infelix non credebam/qui nichil in eum commiſeram mali. cunq; om-
Anubion — nes vna cū patre triſtitia & lachrimis āgerentur: interea & Anubion venit ad nos/
indicans nobis Simonē fugiſſe per noctē/iudeā petentē. videns autē patrē noſtrū
plāgētē & lamentātē ſe/ ac dicētē infelicē me/ qui cū magū eſſe audiēs nō credebā/
quid michi miſero accidit: vna die recognitus ab vxore & filiis/ letari nō potuerim
cum eis/ſed ad priores miſerias quas in errore pertuli/reuolutus ſum. mater autem
multo grauius: ſparſis & laceratis crinibus plangebat. nos quoq; in permutatione
vultus patris ſtupentes: quaſi attoniti eramus & amentes/ nec quid rei eſſet intelli-
gere poteramus. ſed & Anubion nos omnes ita videns affligi: velut mutus ſtabat.
PETRVS — ❡ Tum Petrus nos intuēs filios eius: ait. Michi credite: ꝙ hic ipſe eſt pater veſter.
propter quod & moneo vos: vt quaſi patrem obſeruetis eū. dabit enim deus oc-

caſionẽ aliquã: qua depoſito Simonis vultu/euidẽtem patris veſtri id eſt ſuã recu-
perare poſſit effigiem. Et ad patrem cõuerſus ait. Ego tibi permiſerã ſalutare Apio-
nem & Anubionem/quos tibi a puero amicos fuiſſe dixeras : nõ tamẽ vt cũ Simo-
ne loquereris. ❡ Et pater. Peccaui(inquit)fateor. ❡ Tũ Anubion. Et ego (inquit) Fauſtinianus/ Anubion
cũ ipſo rogo & precor te: vt ignoſcas ſeni/viro bono & generoſo. ſeductus eſt in-
felix: & ludibriũ factus nominato mago. dicã enim quomodo res geſta eſt. vbi ve-
nit ad ſalutandũ nos: cõtigit vt in ipſa hora circũſtaremus Simonem/ audientes eũ
dicẽtem ꝙ fugere velit ea ipſa nocte. audiſſe enim ſe: ꝙ venerit quidam etiã ad hãc
laoditie ciuitatem/ qui eũ ex precepto imperatoris comprehenderent. velle autẽ ſe
in hunc qui nuper ingreſſus eſt Fauſtinianũ: omnem cõuertere furorem. & ait ad
nos: tantum(inquit)vos facite eum cenare nobiſcum/& ego vnguentum quoddã
componam/quo cenatus perungat faciem ſuam/& ex eo meum vultum omnibus
habere videatur. vos autem herbe cuiuſdam ſucco facies perungemini prius: vt nõ
fallamini de mutatione vultus eius. ita vt exceptis vobis : aliis omnibus Simon vi-
deatur. & cum ille hec diceret: aio ad eum. Et quid tibi ex hoc facto: cõferetur lucri?
Tũ Simon. Primo(inquit)vt ipſum cõprehendãt: qui me querunt/ & me deſinant
querere. ſi vero etiã punitus fuerit a Ceſare: vt luctum maximũ habeant filii ſui/qui
(me derelicto)fugerũt ad Petrũ/& ſunt modo adiutores illius. Id autẽ confiteor ti-
bi Petre/quod verũ eſt : timui tamẽ Fauſtiniano idicare hec. ſed neq̧ ſpaciũ nobis
ipſe Simon dedit : vt poſſemus nos ſecretius loqui/ & plenius ei cõſilium Simonis
aperire. Interea circa mediã noctem: Simon iudeã petens aufugit. deduxit autẽ eum
Athenodorus/& Apion . ego autẽ ſimulaui inequalitatẽ corporis: vt domi rema-
nerẽ/& facerẽ hũc velociꝰ ad vos redire. ſi forte poſſit aliquo modo occultari apud
vos: ne forte ab iis qui Simonẽ querũt cõprehẽſus/ad Ceſarẽ perducatur/& pereat
gratis. & nũc ſollicitus pro ipſo veni videre eum : & redire anteq̃ ſuperueniant illi
qui deduxerũt Simonem. Et conuerſus ad nos Anubion ait. Ego Anubion patris
veſtri verum vultum video : reuera quia perunctus ſum prius ab ipſo Simone (ſi-
cut narraui vobis) vt oculis meis vera Fauſtiniani facies appareret. vnde ſatis ſtu-
peo/ & admiror artem Simonis magi: quomodo nõ cognoſcitis patrem veſtrum.
Flentibus autẽ patre & matre ac nobis omnibus pro iis que acciderant: motus etiã
miſeratione Anubion fleuit. Cap. XIIII.

t Vm Petrus miſericordia ꝑmotus: reſtituturũ ſe promittit faciẽ patris noſtri:
dicẽs ad eũ. audi Fauſtiniane. Cũ nobis priꝰ vtilitatis aliquid cõtulerit error PETRVS
iſte transformati vultus tui / & miniſtrauerit ad ea que volumus : tunc veram tibi
vultus tui imaginẽ reddet Chriſtus. Videns autẽ pater quia vultus Simonis gereret
effigiẽ: concepit animo vt peteret antiochiã/a qua iã Simon receſſerat. & occaſione
accepta: eius artes illuderet/eiuſq̧ ſi poſſet/fruſtraret maliciã. & aſſumptis ſecũ Ni-
ceta & Aquila(ita ꝑmittẽte Petro)ſe protinꝰ ad priorem accinxit viã. ❡ Interea cũ
Petrus ex more quotidie populũ doceret / & virtutes multas ac ſanitates efficeret :
poſt dies decẽ venit q̄dã noſtrorũ ab antiochia miſſus a patre/ãnũciãs nobis/quo
modo publice ſtaret pater/Simonẽ quidem(qui in vultu eius videbatur)accuſans/
Petrum vero immenſis laudibus efferens/ & omni populo commendans/ ac deſi-
derabilem faciens . ita vt omnes ex eius ſermone murati : deſiderarent eum videre,
multos autem tantum in Petri amore veniſſe: vt ſeuirent in patrem/quaſi in Simo-
monem. & manus ei vellent inicere: velut qui tantũ mali cõmiſiſſet in Petrũ. pro-

pter quod aiebat: appropera/ne forte perimatur.in timore enim magno poſit⁹:ve
lociter miſit me/vt ſine mora venias. quo viuentem eum occupes: & ſimul creſcēti
erga tui deſiderium ciuitati/opportunius appareas. Quibus cognitis: Petrus poſtera
die conuenire populos iubet/& vno ex iis qui ſequebantur eum/ordinato eis epi-
ſcopo/aliis etiam preſbyteris/baptizatis quoq; plurimis/ & omnibus qui erant ve-
xati lāguorib⁹ vel demonib⁹ ſanitati redditis/demorat⁹ ibi aliud triduū. ¶ Interea
oīs populus ad patrem collectus eſt.& cepit omnibus confiteri publice/ſecundum
ea que populi (quē Simon peruerterat) reſtauratio flagitabat.nāq; cum omnes ſi-
mul nobiles & ignobiles/ & diuites ſimul ac pauperes conueniſſent/ ſperantes ali-
Fauſtinianus. qua ab eo/more ſolito prodigia poſſe fieri: oēs hac voce alloquitur. diu eſt quod
me Simonem infeliciſſimum hominū: patientia diuina ſuſtinet. nā quidquid in me
mirati eſtis:non veritatis miniſterio/ſed demonum mendaciis & artibus geſtū eſt/
vt veſtram fidem peruerterem/vt meam animam condemnarem. cōfiteor me om-
nia de Petro fuiſſe mentitum . ille enim neq; magus/neq; homicida vnq̄ fuit: ſed a
deo ad ſalutem veſtram & omniū/ miſſus eſt. quem ſi ex hac hora contemnēdum
putaueritis: certum eſt apud nos/ ꝙ poſſit ipſa ciuitas veſtra repente deperire. que
autem cauſa ſit: vt hec vobis vltro confitear . ab angelo dei hac nocte vehementer
corrept⁹ ſum:& cur ei inimic⁹ extiterim/vehemētiſſime flagellat⁹.Precor ergo vos:
vt ſi ego ipſe ex hac hora aperuero os meum cōtra eum/ proiiciatis me ab aſpectu
veſtro . ille enim immundus demon/ſaluti hominū inimicus: contra ipſum loqui-
tur/ne per eum vos pertingatis ad vitam . quid nunc ars magica per me vobis po-
tuit virtutis oſtendere? canes feci aereos latrare/& ſtatuas moueri/ figuras mutare
hominū/& ſubito ab aſpectib⁹ hominū diſparere: & per hec debuiſtis artem magi
cam execrari/ꝙ vobis miraculum inane pretenderem/animas veſtras diabolicis la-
queis innodabam ne crederetis Petro/ qui & languentes in nomine eius a quo miſ
ſus eſt curat. demones fugat/& paralyticos ſaluat/& mortuos ſuſcitat.

Caput.XV.

h Ec & his ſimilia proſequentem: execrari cepit omnis populus/ & dare fle-
tum & gemitum quod peccaſſent in Petrum(eadem vero die ad veſperam
reſtituta eſt in Fauſtiniano facies propria/& receſſit ab eo aſpectus Simonis magi)
credentes eum eſſe magum & impium.Audiens Simon vultum ſuum in eo ad Pe-
tri gloriam profeciſſe: feſtinus preuenit Petrum/ & tētat arte ſua/vt a Fauſtiniano
eius ſimilitudo recederet/ cum hoc Chriſtus iam iuxta apoſtoli ſui verbum impleſ-
ſet . videntes autem Niceta & Aquila poſt predicationem neceſſariam/ paternam
faciem reſtitutam: gratias agentes deo/ non eum permiſerunt vlterius alloqui po-
pulum.Simon autem cepit(licet occulte)per amicos ſuos & familiares: amplius de-
rogare q̄ fecerat. tunc omnes in faciē eius expuerunt/& de ciuitate cum ingenti de-
decore expulerunt dicentes:tu eris reus mortis tue/ſi vlterius locuturus contra Pe-
trum/huc tibi credidens eſſe veniendum.Interea dū hec agūtur: Petrus faciens mul
tas ſanitates/ & cūctis rite compoſitis/ & eccleſiā Chriſti conſtituens/valedicens/a
laodicia proficiſcitur/ſic factus deſiderabilis cuncte antiochenſiū plebi . & cepit per
Nicetā & Aquilā tota ciuitas audire/qa Petrus aduētaret. omnis autē populus an
tiochie ciuitatis/audiētes Petrū venire: occurrerūt ei/ & pene omnes maiores natu
ac nobiles cinere aſperſi in capite/penitētiā agētes/ qa cōtra p̄dicationē/nup magū
Simonē ſuſcepiſſent. hec & his ſimilia proſequētes:offerūt ei vexatos lāguorib⁹/&

demoniis fatigatos/ paralyticos quoqꝫ/& diuerſa pericula patiẽtes/ & erat infinita
multitudo ſimul languẽtiũ. quos vidẽs Petrus nõ ſolũ penitudinẽ agere eorũ que
de eo male ſenſiſſent per Simonem/verum etiam & tam integrã fidẽ exhibere deo/
vt etiam omnes diuerſas egritudines patientes/crederent per eum poſſe ſaluari: ex‑
pandit ad celos manus ſuas/ & cũ lachrimis orationem effundens/ gratiaſqꝫ agens
deo/dicebat. benedico te pater predicande/ qui omne verbum & promiſſionẽ filii
tui adimplere digneris: vt cognoſcat omnis creatura/ quia tu ſolus deus in celo &
in terra. hec & his ſimilia dicens: aſcendit in eminentiorẽ locũ/& iuſſit ante ſe poni
omnem multitudinem egrotãtium/quos omnes hac voce alloquitur. ſimilem vo‑
bis hominem me eſſe videntes:nolite putare/quia a me poſſitis recuperare ſalutem
veſtram/ſed per eum qui de celo deſcendens/ oſtendit credẽtibus ſibi/ integrã ani‑
me & corporis medicinam. vnde fides veſtra / teſtem habeat hũc omnem populũ:
qui ex toto corde creditis in dominũ Iheſum Chriſtum/vt ſciãt etiã ſeipſos ab ipſo
poſſe ſaluari . cũqꝫ omnis multitudo infirmantium vna voce clamaret/hũc verum
deũ/quem Petrus annũciat : ſubito immẽſum lumen gratie dei in medio plebis ap‑
paruit/& ceperunt paralytici currere ad pedes Petri/ſani/ceci recepto viſu clamare/
claudi reſtaurato greſſu gratias agere/languentes recepta ſanitate gaudere/nõnul‑
li etiam ſolo flatu viuentes/iam ſine ſenſu & ſine voce iacẽtes/recuperati ſunt. om‑
nes quoqꝫ lunatici/& pleni demoniis liberati ſunt. tantam itaqꝫ ſpiritus ſanctus in
illa die gratiam ſue virtutis oſtẽdit: vt omnes a minimo vſqꝫ ad maximũ/ viua vo‑
ce confiterentur deum. & ne multis immorer : intra ſeptem dies pluſq̃ decem milia
hominũ credentes deo/ baptizati ſunt/& ſanctificatione cõſecrati. ita vt omni aui‑
ditatis deſiderio/Theophilus qui erat cũctis potẽtibus in ciuitate ſublimior: dom⁹
ſue ingẽtem baſilicam/eccleſie nomine conſecraret. in qua Petro apoſtolo cõſtitu‑ Theophilus
ta eſt/ab omni populo cathedra: & omnis multitudo quotidie ad audiendum ver
bum dei cõueniẽs/ credebat ſane doctrine/ quam ſanitatum efficacitas affirmabat.
¶ Tum ego Clemens cum fratribus meis & matre alloquimur patrem: vtrum ali‑
que infidelitatis in eo reliquie remanſiſſent. ¶ At ille. Venite ait: & videbitis co‑ Clemens & fratres.
ram Petro/quantum in me fidei creuerit incrementũ. Tum accedens Fauſtinianus: Fauſtinianus.
procidit ad pedes Petri dicens . ſemina verbi tui/ que ager mee mentis accepit/iam
nata ſunt : atqꝫ ita ad fecundam maturitatem peruecta ſunt/ vt nichil deſit/ niſi vt a
paleis/me ſpiritali illa tua deſeces falce/& reponens me in horreo dominico/ facias
me menſe diuinitatis participem. ¶ Tum Petrus cum omni alacritate apprehẽdẽs
manum eius: tradidit eum michi Clementi & fratribus meis dicẽs. ſicut tibi patri fi‑
lios reſtituit deus: ita & te patrem/ filii reſtituũt deo . indixit autem ieiunium omni
plebi:& veniente die dominica/baptizauit eum . atqꝫ in medio populi ex cõuerſio
ne eius materiam ſumens/omnes caſus eius expoſuit. ita vt omnis ciuitas:quaſi an‑
gelum/ eum aſpiceret/& nõ minorẽ ei gratiam q̃ apoſtolo exhiberet.

RECOGNITIONVM BEATISSIMI PETRI APOSTO‑
LI/ DECIMI ET VLTIMI LIBRI FINIS.
CHRISTO DOMINO VITE
AVCTORI GRA‑
TIE.

CONTINVATIO EPISTOLE CLEMENTIS PRECEPTO PETRI APOSTOLI AD IACOBVM FRATREM DOMINI.

p Enitemini(inquit)& verā agite penitētiā.Omnes ergo homines qui chri-
ſtiano cēſentur vocabulo : patrē & filiū & ſpiritū ſanctū/vnū deū & do-
minū veraciter credere & cōfiteri/eūqꝫ tota mente/ & toto corde/& tota
virtute diligere/ & proximos ſuos tanq̄ ſemetipſos/ docibileſqꝫ vſqꝫ ad perfectam
doctrinā ad hec perficienda ſummopere oportet . fides enim & dilectio: totius bo-

Symbolū ab apoſtolis conditū atteſtāte PETRO apoſtolo

nitatis eſt fundamentū. Sine fide autē: placere deo nemo poterit . Chriſto itaqꝫ re-
ſurgente & aſcēdēte in celū/ miſſo ſancto ſpiritu/ collata apoſtolis ſciētia linguarū:
adhuc in vno poſiti ſymbolū quod fidelis nūc tenet eccleſia (vnuſquiſqꝫ quod ſen-
ſit dicēdo) condiderūt. vt diſcedētes abinuicē: hāc regulam per omnes gentes pre-
dicarent.Summā ergo totius fidei catholice recēſentes : in qua & integritas creduli-
tatis oſtenditur/& vnius dei omnipotentis (id eſt ſancte trinitatis) equalitas decla-
ratur/& myſterium incarnationis filii dei/qui pro ſalute humani generis a patre de
celo deſcēdens/de virgine naſci dignatus eſt/quoqꝫ ordine vel quando mortē per-
tulerit/quomodo ſepultus ſurrexerit/& in carne ipſa celos aſcenderit/ad dexterāqꝫ
patris conſederit/& iudex venturus ſit/ac qualiter remiſſionē peccatorū ſacro bap-
tiſmate renatis cōtulerit/& reſurrectionē humani generis in eadē carne in vitā eter-

Symbolum Collatio
Symbolum Indicium

nā futurā: ſic docuerūt.Symbolū enim grece latine collatio dicitur. Quod hoc pre-
dicti ſancti apoſtoli inter ſe per ſpiritū ſanctū/ſalubriter(vt dictū eſt)condiderūt.di-
citur & indiciū: ꝙ per illud is qui recte crediderit/ indicatur. Ergo cūctis credētibus
que continentur in prefato ſymbolo: ſalus animarū/ & vita perpetua bonis actibꝰ
preparatur . & quod in primordio eiuſdē ſymboli preponitur/ credo in deū patrē
omnipotentē: preclarū fidei teſtimoniū & fundamentū in prima fronte monſtrat.
quia ſaluus eſſe poterit: qui recte crediderit. Credere enim oportet accedētē ad deū.
quoniam corde creditur ad iuſticiā: ore confeſſio fit ad ſalutē. Vnde ait propheta.
Credidi: propter quod locutus ſum. Et illud. Iuſtus ex fide viuit. Et niſi credideritis
non intelligetis.Ergo ſane in rebꝰ humanis nullū opus incipitur : niſi labor omnis
ad effectū venire credatur. Vnde credēdum eſt in deū: a quo tam preſens vita q̄ fu-
tura tribuatur. deus autem appellatio eſt ſubſtantie ſempiterne/ſiue timoris diuini.

De diuinitate Chriſti q verbū patris eſt.

Igitur deus ſine principio/ſine fine/ſimplex/incorporeus/& incōprehenſibilis. Pa-
trem autē cum audis: agnoſce quod habeat filiū veraciter genitum . ſicut poſſeſſor
dicitur: qui aliquid poſſidet. & dominus: qui habet cui dominetur. Deus ergo pa-
ter: ſecreti ſacramenti vocabulum eſt. cuius vere filius eſt: verbū/& ſpeculū/& cha-
racter/& imago viuens patris viuētis/in omnibus patri ſimilis/eiuſdē nature/& in
diuinitate genitus/& genitori per omnia coequalis. Nec querat quomodo genuit
filium: quod & angeli neſciūt/prophetis incognitum eſt . vnde illud dictū eſt. Ge-
nerationē eius: quis enarrabit ? quā ſecretam originē: cū proprio filio nouit ipſe ſo-
lus/qui genuit . nec a nobis deus diſcutiendus eſt : ſed credendus. qui in nobiſipſis
neſcimus quod ſapimus: quomodo ſapientia/ingeniū/aut intellectus/conſiliū/aut
mens noſtra generat verbum.Sed ſufficit noſſe:quia lux genuit ſplēdorem/ſicut ait
propheta . In ſplēdoribus ſanctorū: ex vtero ante luciferum genui te.Et illud. Hic
deus noſter: & nō reputabitur alter ad eū. & poſt in terra viſus eſt: & inter homi-
nes conuerſatus eſt. ¶ Diligere ergo deum vnūquēqꝫ ex toto corde & tota anima

(vt prefixum eſt) & ex tota fortitudine oportet: & proximum tanq̃ ſemetipſum/
reſpondente domino cuidam ſcribarum ac dicente. Primum omnium mandatum
eſt. Audi iſrael/dñs deus tuus deus vnus eſt: & diliges dominũ deum tuum ex to-
to corde tuo/& ex tota anima tua/& ex tota mẽte tua/& ex tota virtute tua. Hoc
eſt primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt illi. Diliges proximuꝫ tuũ tan-
q̃ teipſum. Maius horum aliud mandatum non eſt, quod maius eſt omnibus ho-
locauſtomatibus & ſacrificiis. Vnde & inveteri teſtamento ſcriptũ habetur. Quod
tibi fieri non vis: alteri ne feceris. Et dominus ait. Omnia queecunq̃ vultis vt faciãt
vobis homines: & vos facite illis ſimiliter. Quibus vtriſq̃ mandatis: per vnum ma-
licia compeſcitur/& per alterum benignitas propagatur/ vt ne malũ quis inferat/
ſed bonum impendat. Primũ vt caueat ledere: ſecundum vt noint bonum preſtare
Si enim fratrem quem vides non diligis: deum quem non vides quomodo potes
diligere? Sic ergo docet nos exercere curam noſtram: & ſic diligere nos/vt nõ negli-
gatur dilectio proximi. Quia dei dilectio/morti comparatur dicente ſapientia. Va-
lida eſt dilectio vt mors. Idcirco quia ſicut mors/violenter ſeparat animã a corpo-
re: ita dilectio dei vehementia ſui/debet ſeperare animã a mundano & carnali amo
re. Qui enim (dominus inquit) diligit me: mandata mea ſeruabit. Nam qui dei pre-
cepta cõtemnit: deum non diligit. Vnde ſcriptum eſt: Nolite putare ꝙ maneatis in
dilectione mea: ſi nõ ſeruaueritis precepta mea. Neq̃ enim regẽ diligim⁹: ſi odio le-
ges eius habuerimus. Neq̃ etiam ex toto corde poterit is deum diligere/ qui noſci-
tur erga proximum carere dilectione. quia per dilectionem proximi: peruenitur ad
charitatem Chriſti. Quoniam (vt premiſſum eſt) his duobus preceptis: tota lex pen
det & prophete. docibiles ergo/ qui perfecte docti nõ ſunt hec peragenda: oportet
omnes eſſe. vt & ipſi docti ſint: & alios prudenter inſtruere/& perfecte poſſint do-
cere/iuxta Danielem prophetam qui ait. Populus autem ſciens deum ſuum: obtine
bit & faciet. & docti in populo docebunt plurimos. Omnes docere promptos (vt
etiam iam dictum eſt) qui docti ſunt eſſe oportet: ſed ſacerdotes doctiores ceteris
in populo neceſſe eſſe dicebat. quia ſi cecus ceco ducatum preſtet: ambo in foueam
cadunt. Sacerdotes vero ſal terre & mũdi lumen dicens: precipiebat ipſis pre ceteris
in ſplendore operum/patrem glorificare deum. de quibus dominus ait. beati eſtis
cum maledixerint vobis & perſecuti vos fuerint/ & dixerint omne malum aduer-
ſum vos: mentiẽtes propter me. Gaudete & exultate: quoniam merces veſtra co-
pioſa eſt in celis. Sic enim perſecuti ſunt prophetas: qui fuerunt ante vos. Vos
eſtis ſal terre. Quod ſi ſal euanuerit: in quo ſalietur? Id ad nichilum valet vltra: niſi vt
foras mittatur/& conculcetur ab hominibus. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra
montem poſita: neq̃ accẽdunt lucernam/& ponunt eam ſub modio/ſed ſupra cã-
delabrum/ vt luceat omnibus qui in domo ſunt. vt qui ingrediuntur: lumen vide-
ant. Sic luceat lux veſtra coram hominibus: vt videant bona opera veſtra/ & glo-
rificent patrem veſtrum/qui in celis eſt. Epiſcopos autem per ſingulas ciuitates ad
quas ille non miſerat: & doctos & prudẽtes ſicut ſerpentes/ſimpliceſq̃ ſicut colum
bas iuxta domini preceptum/ nobis mittere precepit. Quod etiam facere iam cepi-
mus: & domino opem ferente/facturi ſumus. Vos autem per veſtras dioceſes/epi- Gallie.
ſcopos ſacrate: & mittite. quia nos ad alias regiones: quod ipſe iuſſit agere/cura- Hiſpanie.
bimus. Aliquos vero ad Gallias/hiſpaniaſq̃ mittim⁹. & quoſdam ad Germaniam Germanie

Italia
et Italiã/atq ad reliquas gentes dirigere cupimus. Vbi autem ferociores & rebellio
Gentes alie
res gentes fore cognouerimus: illuc dirigere ſapientiores & ſeueriores neceſſe duxi-
mus/qui quotidie non ceſſent diuina ſeminare ſemina: & multos Chriſto domino
lucrari/ & ad rectã fidem & viam veritatis perducere. vt plures manipulos: domi-
Primates ſiue patriarche
no valeãt preſentare. In illis vero ciuitatibus in quibus olim apud ethnicos primi
flamines eorũ/atq primi legis doctores erant: epiſcoporum primates poni/vel pa
triarchas ordinauit: qui reliquorũ epiſcoporum iudicia/& maiora (quoties neceſſe
fuerit) negocia in fide agitarẽt ſecũdũ dei voluntatem (ſicut conſtituerũt ſancti apo
ſtoli)& ita vt ne quis iniuſte periclitetur definirẽt. In illis autẽ ciuitatib⁹/in quib⁹ du
dum apud predictos erant archiflamines/quos tamen minores tenebant q̃ memo-
Archiepiſcopi
ratos primates: archiepiſcopos inſtitui precepit. qui nõ tamen primatũ: ſed archi-
epiſcoporũ fruerẽtur nomine. Epiſcoporũ quoq iudicia (vt ſuperi⁹ memoratũ eſt)
& maiora eccleſiarũ negocia ſi ipſi reclamerint/ aut fortaſſis aliquem timorem/ aut
hos/aut illos ſuſpectos habuerint: ad iam dictos primates ſeu patriarchas (ne quis
innocenter periret) transferri iuſſit. In ſingulis vero reliquarũ ciuitatum/ ſingulos &
Epiſcopi
non binos vel ternos/aut plures epiſcopos cõſtitui precepit: qui non primatũ aut
archiepiſcoporũ/aut metropolitanorũ nomine (quia matres ciuitatũ nõ tenẽt) ſed
epiſcoporum tantum vocabulo inſignirentur. quoniam nec inter ipſos apoſtolos
par inſtitutio fuit: ſed vnus omnibus prefuit. hoc tamen preuidendum inſtituit:
ne in villis/aut caſtellis/aut modicis ciuitatibus inſtituerentur epiſcopi. ne vile no-
men eorum fieret. Epiſcopos ergo vicem apoſtolorũ gerere: dominũ docuiſſe di-
cebat. & reliquorũ diſcipulorũ vicẽ tenere: preſbyteros debere. Et ſi quis aliquem:
ex his ſcandalizaret: grauiſſimã illi penã inferri deberi. Cũctos ſeinuicem diligere/&
adiuuare debere/& neminẽ ab adiutorio fratris ſe ſubſtrahere: docebat. Homicidas
vero & adulteros/ & cũctos criminalibus nexibus implicitos/ & eos qui ipſis forte
equales nõ eſſent/ab illorũ vexatione & accuſatione (iubẽte domino) prohibebat:
& nõ (niſi a coequalibus) aliqd eis inferri. quia diſcipulum ſupra magiſtrum eſſe/
aut vllam ei iniuriam irrogare nullatenus decet. Infames quoq omnes/& quos
amminiſtratores legũ ſeculi non recipiũt/ſed et laicos ab eorũ accuſatione & vexa-
tione ſemper repellendos/& cunctos illis ſubditos eſſe precipiebat. & cũctorũ etiã
ſacerdotũ vitã: ſuperiorẽ ſanctioremq/ ac diſcretã a ſecularibus & laicis hominibus
eſſe/& ſpirituales quoſq atq ſacerdotes: ſuper carnales ac laicos ſemper conſtituẽ-
dos docebat. quoniã pro minimo nobis eſſe debet: vt a talibus arguamur & iudi-
cemur/vel ab alio humano die. maiores vero a minoribus: nec accuſari nec iudicari
vllaten⁹ poſſe dicebat: quoniã nõ ſolũ diuinas/ſed & leges ſeculi/ hoc inhibere cõ
ſtaret. Omnes ergo legũ diuinarũ ſpõte violatores/& ſacrarũ inſtitutionũ pturba
tores: eccleſiaſtica indignos regula & ſancta cõmunione iudicabat. Operatores ve-
ro earũdẽ/eiſq obedientes: vtrarũq ac ceterorũ honore dignos eſſe dicebat. vnde
& prophetas in teſtimoniũ ſumebat. Audite celi & auribus percipe terra: quoniam
dominus locutus eſt. Filios enutriui & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. Cogno
uit bos poſſeſſorem ſuum/& aſinus preſepe domini ſui: Iſrael autem nõ cognouit
me/populus meus nõ intellexit. Ve genti peccatrici/populo graui iniquitate/ſemi-
ni nequã/filiis ſceleratis. dereliquerũt dominũ/blaſphamauerũt ſanctũ iſrael/abali-
enati ſunt retrorſum. Super quo percutiã vos vltra addentes preuaricationẽ. Om-

ne caput languidũ & omne cor merẽs: a plãta pedis vſq; ad verticẽ nõ eſt in eo ſa
nitas. Vulnus & liuor/& plaga tumẽs: nõ eſt circũligata/ nec curata medicamine/
neq; fota oleo. Terra veſtra deſerta/ciuitates veſtre igne ſuccenſe: regionẽ veſtram
corã vobis alieni deuorãt. Et deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtili: & derelinquetur.
Ve inquit q dicitis bonũ malũ/& malũ bonũ: ponẽtes tenebras lucẽ/ & lucẽ tene-
bras/ponẽtes amarũ in dulce & dulce in amarũ. Propterea captiuus ductus eſt po
pulus meus: qa nõ habuit ſcientiã. & nobiles eius interierũt fame: & multitudo eiꝰ
ſiti exaruit. Propterea dilatauit infernꝰ animã ſuã: & aperuit os ſuũ abſq; vllo termi
no. Et deſcẽdũt fortes eiꝰ & populꝰ eiꝰ/& ſublimes glorioſiq; eius ad eũ. Et incur-
nabit homo/& humiliabit vir: & oculi ſublimiũ deprimẽtur. Et exaltabit dominus
in iudicio: & dominꝰ ſanctꝰ ſanctificabitur in iuſticia. Carnales ſpiritualibꝰ reſiſtere
prohibebat. & de his q ceruices ſuas cõtra magiſtros & ſeniores ſuos erigebant: in
exẽplũ adducebat. detracta eſt ad inferos ſupbia tua: cecidit cadauer tuũ. Subter te
ſterneret tinea & operimẽtũ tuũ erũt vermes. Quomodo cecidiſti de celo Lucifer q
mane oriebaris? corruiſti in terrã q vulnerabas gẽtes? Qui dicebas in corde tuo in
celũ aſcẽdã: ſupra aſtra dei exaltabo ſoliũ meũ. ſedebo in mõte teſtamẽti in laterib
aqlonis: aſcẽdã ſup altitudinẽ nubiũ/ſimilis ero altiſſimo. Verũtamẽ ad infernũ de-
traheris: in profundũ laci. Qui te viderint: ad te inclinabunt/teq; proſpiciẽt. Nun-
quid iſte eſt vir q cõturbauit terrã/q cõcuſſit regna/q poſuit orbẽ deſertũ/& vrbes
eius deſtruxit/vinctis eius nõ aperuit carcerẽ? Ebrietatẽ oppido prohibebat: ebri-
oſos corpore & animo mortuos eſſe dicẽs. de qbus & in exẽplũ aiebat. Ve q cõſur
gitis mane ad ebrietatẽ ſectãdã/& potãdũ vſq; ad veſperã: vt vino eſtuetis. Citha-
ra/& lyra/& tympanũ/& tybia & vinũ/in cõuiuiis veſtris: & opus domini nõ re-
ſpicitis/& opa manuũ eiꝰ nõ cõſideratis. Et iterũ. Ve q potẽtes eſtis ad bibendũ vi
nũ: & viri fortes ad miſcẽdã ebrietatem. qui iuſtificatis impium pro muneribus: &
iuſticiã iuſti aufertis ab eo. Propter hoc ſicut deuorat ſtipulã lingua ignis/& calor
flamme exurit: ſic radix eorũ quaſi fauilla erit/& germen eorum vt puluis aſcẽdet.
Abiecerũt eni legẽ domini exercituũ: & eloquiũ ſancti iſrael blaſphemauerũt. Ideo
iratus eſt furor domini in populo ſuo: & extẽdit manũ ſuã ſup eũ/& pcuſſit eũ/&
cõturbati ſũt mõtes. Et facta ſunt morticinia eorũ quaſi ſtercꝰ in medio platearũ. In
omnibꝰ his non eſt auerſus furor eiꝰ: ſed adhuc manus eius extẽta. Nullũ etiã preſ-
byterũ in alicuiꝰ epiſcopi parrochia aliqd agere debere? abſq; eius pmiſſu volebat.
ſed & cũctos preſbyteros propriis epiſcopis in oĩbus abſq; mora (inſtituẽte dño)
obedire. Nullũ itẽ aliena cõcupiſcere aut pſumere eorũ: ſed vnũquẽq; ſuis ſibiq; cõ
miſſis cõtentũ abire oportere. Neminẽ etiã quidq̃ alteri facere: niſi quod ſibi vellet
fieri iſtruebat. Sãctã quoq; eccleſiã imaculatã/ oẽs ſeruare debere euãgelizabat: cuiꝰ
claues epiſcopos nominabat. Ipſi eni habẽt poteſtatẽ claudere celũ/& apire portas
eius: qa claues celi facti ſunt. Admonere autem eos neminẽ debere dicebat: qa oculi
dñi ſunt. & qui eos tangit: tangit pupillã oculi eiꝰ. Et quãte pene dignꝰ ſit is q eos
ſcandalizat: ipſum dominũ docuiſſe dicebat vbi ait. Qui ſcandalizauerit vnũ de pu
ſillis iſtis qui in me credũt: expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius/&
demergatur in profundũ inferni. Ve mũdo ab ſcandalis. Neceſſe eni eſt vt veniant
ſcandala. Verũtamen ve homini illi: p quẽ ſcandalũ venit. Si autem manus tua vel
pes tuus ſcandalizat te: ab ſcide eũ & proiice abs te. Bonũ eſt tibi ad vitam ingredi
debilem vel claudum: q̃ duas manus vel duos pedes habentẽ mitti in ignẽ eternũ.

Et ſi oculus tuus ſcandalizat te: erue cũ & proiice abs te. Bonũ eſt tibi vnũ oculum habentẽ in vitã intrare: q̃ duos oculos habẽtẽ mitti in gehẽnã ignis. Videte ne cõtemnatis vnũ ex his puſillis. Amen dico vobis: quecũq; alligaueritis ſup terrã: erũt alligata & in celo/& quecũq; ſolueritis ſuper terrã/erũt ſoluta & in celo. Iterũ dico vobis/quia ſi duo ex vobis cõſenſerint ſup terrã: de omni re quãcũq; petierint/fiet illis a patre meo/q in celis eſt. vbi enim ſunt duo vel tres cõgregati in nomine meo: ibi ſum in medio eorũ. Et iterũ per prophetã loquiť dicẽs. Expauit (inqt) celũ ſuper hoc/& horruit ãpli⁹ vehemẽter dicit domin⁹. O intolerabilẽ malignitatẽ/o linguã iniqtatẽ loquẽtẽ cõtra deũ/& mentẽ in altitudinẽ cornu extollentẽ. Et iterũ impone homo tue lingue oſtiũ & ſerã: ceſſa cornu in altitudinẽ extollens/& loquẽs iniquitatẽ aduerſus deũ & proximũ tuũ. Quouſq; inſultas patiẽti Christo & fratrib⁹? Sic autẽ peccãtes in fratres & pcutiẽtes eorũ infirmã cõſcientiã: in Christũ grauiter peccatis/& rei iudicio effecti/infames efficiemini/& iuſte expellemini. Et iterũ p prophetã loquitur dicens. Vos autẽ ſacerdotes domini/vocabimini miniſtri dei veſtri. dicetur vobis: fortitudinẽ gentiũ comedetis/& in gloria eorũ ſupbietis. Pro confuſione veſtra duplici & rubore: laudabũt partẽ eorũ. Propter hoc i terra ſua duplicia poſſidebũt:& letitia ſẽpiterna erit eis. Quia ego dominus diligẽs iudiciũ:& odio habens rapinã in holocauſtũ. Et dabo opus eorũ in veritate:& fedus ppetuũ feriã eis. Et ſcieť in gẽtib⁹ ſemen eorũ: & germen eorũ in medio populorũ. Omnes qui viderint eos cognoſcẽt eos: qa iſti ſunt ſemen cui benedixit domin⁹. Gaudẽs gaudebo in dño/& exultabit anima mea in deo meo/qa induit me veſtimẽto ſalutis: & indumẽto iuſticie circũdedit me/ quaſi ſponſũ decoratũ corona/ & quaſi ſponſam ornatã monilib⁹ ſuis. Sicut enim terra profert germen ſuũ/& ſicut ortus ſemen ſuũ germinat: ſic dñs deus germinabit iuſticiã/& laudẽ corã vniuerſis gẽtib⁹. Eos autẽ a ſolo dño/aut iudicãdos/aut remouẽdos & non ab aliis idcirco attruebat. qa ſui ſunt:& nõ alterius. Et quis eſt: q alterius iudicet ſeruũ? Nã ſi iſta nõ patiũtur homines: nec deus deorũ & dñs dominãtiũ hec vllaten⁹ patiť. Vnde & prophetas/eius rei teſtes proferebat: p quos dñs loquiť dicens. Ecce excoxi te: ſed nõ quaſi argẽtũ: elegi te in camino paupertatis. Propter me faciã/vt non blaſphemer:& gloriã meam alteri non dabo. Audi me Iacob & Iſrael: quem ego voco. Ego ipſe/ego primus/ & ego nouiſſimus. Manus quoq; mea fundauit terram. & dextera mea menſa eſt celos. Ego vocabo eos et ſtabunt ſimul. Me inſule expectabũt: et brachium meum ſuſtinebunt. Salus autem mea in ſempiternũ erit: et iuſticia mea non deficiet. Audite me qui ſcitis iuſtũ populus: lex mea in corde eorũ. Nolite timere opprobria hominũ: et blaſphemias eorũ ne metuatis. Sicut enim veſtimẽtũ: ſic comedet eos vermis et ſicut lanã: ſic deuorabit eos tinea. Sal⁹ autẽ mea in ſempiternũ erit: et iuſticia mea in generatione generationũ. Et iterũ. Abſcõdita eſt vita mea a dño: et a deo meo iudiciũ meũ trãſibit. Nũquid neſcis aut nõ audiſti/ deus ſempitern⁹: deus qui creauit terminos terre nõ deficiet/neq; laborabit/ nec eſt inueſtigatio ſapiẽtie eius? qui dat laſſo virtutẽ: & iis (qui nõ ſunt) fortitudinẽ & robur multiplicat. Deficient pueri & laborabũt: & iuuenes in ifirmitate cadẽt. Qui autẽ ſperant in dño/mutabũt fortitudinẽ/& aſſumẽt pẽnas ſicut aqle: currẽt & nõ laborabũt/ãbulabũt & nõ deficient Tranſeãt ad me inſule: et gẽtes mutẽt fortitudinẽ. Accedant: et tũc loquanť/ſimul ad iudiciũ propinquem⁹. eos autẽ qui illos vexãt/aut amouere/aut dãnare nituntur: dominus per prophetã dãnat/ & vſq; ad ſatiſfactionẽ eorũ/etiam eccleſie dãnatos

eſſe declarat: vbi per prophetã ait. talia elegerũt in viis ſuis: & in abhominationibꝰ
anima eorũ delectata eſt. Vnde & ego eligã illuſiones eorũ: & dãnationẽ adducam
eis. qa locutus ſum eis/ & nõ audierũt/ feceruntq; malũ in oculis meis/ & q̃ nolui ele-
gerũt. Audite verbũ domini q tremitis ad verbũ eiꝰ. dixerũt fratres veſtri odientes
vos/ & abiicientes propter nomẽ meũ: glorificetur dominꝰ/ & videbimꝰ in leticia ve
ſtra/ ipſi autẽ cõfundẽtur. Nõ eni laborabũt fruſtra in cõturbatione preſules mei:
quia ſemẽ benedictionũ domini eſt. Anteq̃ clamẽt ego audiã: & adhuc illis loquẽ-
tibus ego exaudiã. Ad glorificãdũ ſe & diuina mãdata ſeminãda & euãgelizanda:
eos dominꝰ elegit: & nõ vt prohibeãtur aut perturbẽtur. quoniã q eos ledit/ eũ le
dit cuiꝰ legatione fungũtur. Predicare ſuggerebat eos aſſidue: & mãdata domini ſi-
ne intermiſſione ãnũciare/ opera eorũ bona: corã hominibꝰ mõſtrare/ & cõſcientiã
bonã corã deo habere. Omneſq; principes terre & cũctos homines illis obedire/ &
capita ſua ſubmittere: eorũq; adiutores exiſtere: vt omnes pariter fideles & coope-
ratores legis dei mõſtrarẽtur: ne de eis dicatur. Cõfundẽtur & erubeſcẽt omnes/ q pu
gnãt aduerſum te: & erũt quaſi nõ ſint. Et peribũt viri q cõtradicũt tibi. Queres eos:
& nõ inuenies viros rebelles tuos. Erũt quaſi nõ ſint: & veluti cõſumptio hominis/
bellãtes aduerſum te. Oẽs ergo q illis cõtraueniũt: ita dãnatos & infames vſq; ad
ſatiſfactionẽ eſſe voluit. & ſi nõ cõuertantur/ a liminibus eccleſie extorres eſſe p̃cepit.
Homicidiorũ vero tria genera dicebat: & penã eorũ parẽ eſſe. Nã ſicut homicide
interfectores fratrũ: ita & detrectores fratrũ/ eiſq; obediẽtes/ homicide ſũt. qa & qui
occidit & q odit fratrẽ ſuũ & qui detrahit: pariter homicida eſſe mõſtrat ſcriptura.
Oẽs etiã a carnalibus deſideriis q̃ militãt aduerſũ animã abſtinere/ & bonã eorũ cõ
uerſationẽ ac innocẽtiã/ oĩbus mõſtrare poſtulabat: & ex corde cũctos attentiꝰ inuicẽ
diligere/ & verã fraternitatẽ inter ſe habere. Quotidiana vero illiꝰ p̃dicatio circa reli
qua diuina mãdata hec eſt: quã ad eius p̃ceptũ etiã tibi pater chariſſime ſignificare
curaui. ¶ Bonorũ inq̃t operũ inter cetera ſemina ac negocia ſũt: quãtũ vnuſq;ſq;
ſapit & poteſt totis intimi cordis (vt p̃ractũ eſt) viſceribꝰ/ deũ diligere/ & proximũ
velut ſeipſũ/ abnegare ſeipſũ ſibi/ vt iheſũ Chriſtũ dominũ noſtrũ ſequatur/ & nichil
eiꝰ amori p̃ponere. Veritatẽ corde & ore proferre: & totam ſpem ſuam deo ſemp
cõmittere. Actꝰ vite ſue omni hora cuſtodire: & eũ in omni loco deũ reſpicere/ fir-
miter ſcire. Cogitatões malas cordi ſuo aduenientes/ mox ad Chriſtũ allidere/ & ſacer
dotibꝰ dñi manifeſtare. Os ſuũ a multo vel prauo collogo cuſtodire: & verba va- De cõfeſſione
na aut mẽdacia nõ dicere. qa os quod mẽtitur occidit animã. Verba diuina libẽter au
dire/ & ſacerdotibꝰ ſuis obtẽperare/ obediẽteſq; eſſe. Predicationi & orationi ac le-
ctioni frequẽter icũbere: & elemoſynas veras p̃ficere. deſideria carnis nõ amare: nec
propriã facere volũtatẽ. boni aliqd in ſe cũ viderit/ deo nõ ſibi attribuere. at malũ/
a ſe factũ cognoſcere/ ſibiq; ipſi iputare. Multũ loq non amare: ſed cuſtodire labia
ſua/ ne dolũ aut malũ loquatur. diẽ iudicii timere/ gehẽnã expaueſcere: vitã eternã
omni ꝯcupiſcẽtia deſiderare. Nõ occidere/ nõ adulterare/ nõ furtũ facere/ nõ rẽ p̃-
ximi cõcupiſcere/ nõ falſũ teſtimoniũ dicere: ſed oẽs hoies honorare. Corpꝰ cuſto-
dire: vanaſq; & caducas nõ ãplecti delicias. Ieiuniũ & vigilias ſãctas amare/ paupes
recreare/ nudos veſtire/ ĩfirmos viſitare/ mortuos ſepelire: & diligẽter eorũ exſeqas
pagere/ p̃ eiſq; orare/ & elemoſynas erogare. dolẽtes ꝯſolari & ſuis bonis refouere:
& a malis actibus ſe alienũ efficere. Non eſſe ſuperbũ/ non vinolentũ/ nec multum
edacem: non ſomnolentum/ non pigrum/ non murmuratorem/ non detractorem.

quia qui detrahit: nõ ſolum ſe/ſed & multos alios occidit. Iram non perficere/nec
iacũdie tempus reſeruare: dolũ in corde non tenere/nec pacem falſam pretende-
re. Charitatem non derelinquere: nec iurare/ne forte periurium(quod abſit)incur-
ratur. Malum pro malo non reddere: nec iniuriam facere/ſed factam patienter to-
lerare. Inimicos diligere/maledicentes ſe non rurſus maledicere: ſed magis benedice
re/& perſecutionem pro iuſticia ſuſtinere. Caſtitatem amare: & nullum odio habe
re. quia qui odit fratrem ſuum: ipſe homicida eſt. Elationem fugere/zelum malum
non habere: inuidiam non exercere/nec contentionem diligere. Cum diſcordanti-
bus/ante ſolis occaſum in gratiam redire:& de dei miſericordia nunq̃ deſperare. Se-
niores venerari: & iuniores diligere. Epiſcopos: ſacerdotes ſuos ac cũctos reliquos
eccleſie miniſtros/atq̃ omnem plebem ſibi commiſſam/verba diuina& mãdata in-
ſtruere atq̃ dirigere. hoſq̃ omnes : ſuos epiſcopos tota cum animi virtute vt pro-
prios oculos amare: quia oculi ſunt illorum. Eorũ preceptis ipſos in omnibus obe
dire(etiam ſi ipſi aliter(quod abſit)agãt)memores ſancti illiꝰ dominici precepti. que
dicũt facite: que autẽ faciũt facere nolite. Ipſi autẽ epiſcopi ſi exorbitauerint: ab iſtis
nõ ſunt reprehendendi vel arguẽdi: ſed ſupportãdi/niſi in fide errauerint. Illi ergo
ſuper iſtos ſunt: nõ autẽ iſti ſuper illos. quoniã maior: a minore/nec argui nec iu-
dicari poteſt. ❡ Nullus ſe extollat erga doctores ac magiſtros ſuos: quia diſcipulꝰ
ſupra magiſtrum eſſe non debet/neq̃ poteſt. Nullus velit dici ſanctus anteq̃ ſit: ſed
prius ſit/quod venꝰ dicatur. Precepta domini doctorũq̃ ac magiſtrorũ/factis quo-
tidie adimplere: & in Chriſti nomine pro inimicis orare oportet. obedientia enim
& humiliatio que magiſtris exhibetur: domino exhibetur. Timor domini delecta-
bit:& dabit leticiam & gaudium in longitudinem dierum. Timenti deum bene erit
in extremis: & in die defunctionis ſue benedicetur. Ve diſſolutis corde qui non cre
diderunt deo/& reſiſtũt mandatis eius:& inobedientes ac contumaces ſunt iis/qui
eius legatione funguntur. & ideo non protegũtur ab eo. Ve iis qui perdiderunt ſuſ-
ferentiam. qui dereliquerunt vias rectas. & diuerterunt in vias prauas. & quid fa-
cient: cum inſpicere ceperit dominus? Qui timent dominũ: non erũt increduli ver-
bo eius: & qui diligunt illum/obſeruabunt viam illius. Qui timent dominũ: inqui-
rent que beneplacita ſunt illi: & qui diligunt eũ/replebuntur lege ipſius. Qui timẽt
dominũ: preparabunt corda ſua/& in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas.
Qui timent dominũ : cuſtodient mandata ipſius : & patientiam habebunt vſq̃ ad
aduentum illius/dicentes. ſi penitentiam non egerimus: incidemus in manus dei &
non in manus hominũ. ſecũdum enim magnitudinem illius : ſic & miſericordia eiꝰ
cum ipſo eſt. Venite(inquit) filii audite me: timorem domini docebo vos. Currite
dum vite lumen habetis: ne tenebre mortis vos comprehendant. Omnis qui vult
vitam/ & cupit dies videre bonos : prohibeat linguam ſuam a malo / & labia ſua
ne loquantur dolum. diuertat a malo & faciat bonum: inquirat pacẽ & perſequa-
tur eam. quia oculi domini ſuper iuſtos:& aures eius ad preces eorũ. Vultus autẽ
domini ſuper faciẽtes mala: vt perdat de terra memoriã eorũ. Propterea nolite fieri
ſicut equꝰ & mulus: qbus nõ eſt intellectus. ſed letamini in dño & exultate iuſti &
gloriamini omnes recti corde. qa multi veniẽt ab oriẽte & occidẽte(dño dicẽte) atq̃
a ſeptentrione ac meridie: & recumbent cum Abraham & Iſaac & Iacob. Propter
quod pater chariſſime: promoue vt doceãt attentius hunc predicationis ordinem/

et abſolutionis diem. vt ſaluentur anime hominũ: que occulta dei virtute quẽ de-
beant diligere priuſq̃ doceantur agnoſcũt. Operũ vero ratio/poteſtati & arbitrio
vniuſcuiuſq; permittitur: & hoc ipſorum eſt propriũ. deſiderium vero habere er-
ga doctorem veritatis: hoc a patre celeſti donatum eſt. Sed ſalus in eo eſt: vt volũ-
tatem eius cuius amorem & deſiderium (deo largitore) conceperis efficias: ne dica-
tur ille ſermo eius ad nos/quem ipſe dixit. Quid autẽ dicitis me domine dñe:& non
facitis ea que dico? Eſt ergo proprii muneris: vt ſit vnuſquiſq;(prout domin⁹ no-
ſter dederit)perfectus in eccleſia/mittenſq; ſemina diuina. vt de nobis non predict⁹
ſermo: ſed ille dicatur quẽ alibi dixit dominus noſter. Ideo inquit omnis ſcriba do-
ct⁹ in regno celorum: ſimilis erit homini patrifamilias/qui profert de theſauro ſuo
noua & vetera. Nullus ergo inquit impediat ordinem aut locum occupet irratio-
nabiliter/vel temporum permutet vices: ſed primo que ſit iuſticia eius/que volun-
tas requiramus/vt bonis operibus ac dei gratia repleamur. Deus enim iis qui recte
ſentiunt/& bona agunt/preſto eſt: quoniam illis manifeſtat ſeipſum. Nam ſi quis
velit anteq̃ actus ſuos emendet/ de iis requirere que non poteſt inuenire: ſtulta &
inefficax erit huiuſmodi inquiſitio. Tempus enim breue eſt: & in iudicio dei geſto-
rum cauſa agitur non queſtionum. Ideoq; ante omnia hoc queram⁹ quid nos aut
qualiter agere oporteat: vt eternam vitam conſequi mereamur. Nam ſi exiguum
hoc vite tempus/ per inanes occupemus & inutiles queſtiones. inanes ſine dubio
& vacui ab operibus bonis pergemus ad deum. vbi iudicium operum noſtrorum
fiet. Vnaqueq; etenim res ſuum tempus habet & locum. Operum hic locus/hoc tẽ-
pus eſt: meritorum ſeculum futurum. Currant igitur per viam mandatorum dei:&
ab eorum & preceptorũ domini inſtitutis/ & a ſpiritus ſancti doctrina non receda-
tur. Quapropter prepar ãda ſunt corda noſtra ac corpora/ſancte mandatorũ eius
ſuorũq; epiſcoporum ac predicatorum obedientie militatura: vt ſue gratie iubeat
nobis auxilium miniſtrare/ & fugientes gehenne penam ad vitam valeam⁹ omnes
peruenire eternam. Hec itaq; pater chariſſime Iacobe ab ore beatiſſimi Petri iuben-
tis accepi: tibiq; vt optabas inſinuare ſtudui vt ſeruare omnia immaculata precipi-
as. quia eccleſiaſtica non oportet negligenter/ ſed diligenter expleri negocia. Hec
er go precepta nemo credat abſq; ſui periculo negligenda aut diſſimulãda. quia iu-
dicio dei/ignis eterni tormẽta ſuſtinebit: qui eccleſiaſtica decreta neglexerit. Qui ve-
ro te audierit (vt iuſſerat miniſter Chriſti Iheſu) gloriam accipiet. Qui autem te nõ
audierit imo loquentem dominũ per te: ipſe ſibi damnationem accipiet. Curãdum
igitur & attendendum eſt nobis omnibus/quod imperpetuum expedit: vt Chriſti
paſſionibus per patientiam participemus/atq; regni eius mereamur eſſe conſortes.
Amen.

Ex poteſtate & arbitrio ſine diuino auxilio quo nobis deſideriũ erga bonũ/ & veritatem occulte inſpiratur: bonũ nihil poſſumus.

COMPLEMENTI EPISTOLE
CLEMENTIS DISCI-
PULI PETRI APO-
STOLI
FINIS

ANACLETI QVARTI POST PETRVM RHOMANI PONT. EPISTOLA.

I

I PETRI. Nacletus ſeruus Chriſti Iheſu/in ſede apoſtolica/domino ſ. rués:epi
a ſcopis omnib⁹ & ceteris cũctis fidelibus/ qui coequalẽ nobiſcũ ſortiti
I PETRI. ſunt fidẽ/ gratia vobis & pax atq; cõſolatio multiplicetur a domino
in ſecula. Benedictus deus & pater domini noſtri Iheſu Chriſti/qui ſe
cũdũ magnã miſericordiã ſuam regenerauit nos in ſpem viuã / per reſurrectionem
Iheſu Chriſti ex mortuis/ in hereditatẽ incorruptibilẽ & incontaminatã & immar
ceſcibilem/ conſeruatã in celis in vobis/ qui in virtute dei cuſtodimini per fidem in
ſalutẽ paratã reuelari in tempore nouiſſimo/ in quo exultabitis / & ſi modice nunc
oportet cõtriſtari in variis tribulationibus/ vt probatio veſtre fidei multo precio
ſior ſit auro/ quod per ignem probatur . ſi tamen tribulationibus tentati : proba
Ro. v ti inueniamini.Patientes eſtote dilectiſſimi : quia patientia probationem operatur/
probatio vero ſpem/ſpes autem non confundit.Ecce agricola expectat precioſum
fructũ terre/patiẽter ferens donec accipiat temporaneũ & ſerotinũ , Si agricole hec
patienter ferũt pro tẽporalibus fructibus: quãto magis pro eternis patiẽtes eſſe de
betis.Eſtote ergo patientes & cõfirmate corda veſtra: vt aduenięte iudice Chriſto:
leti & probati eſſe valeatis.Nolite ingemiſcere in alterutrũ: vt non iudicemini. ecce
iudex ante ianuã aſſiſtit. Exemplũ accipite chariſſimi/ laboris & patientie prophe
tas: qui locuti in nomine domini ſunt. en beatificamus qui ſuſtinuerũt.Sufferentiã
Iob audiſtis/& finem domini vidiſtis: quoniã miſericors & miſerator domin⁹ eſt.
Tribulationes veſtras audiuim⁹ fratres tã per veſtros q̃ & per aliorũ apocriſiarios.
ſuper quibus valde dolemus vobiſq; cõpatimur: & auxiliũ ferre (prout ipſe largit⁹
fu rit/ qui pro nobis nõ ſolũ tribulatus: ſed etiam paſſus eſt)parati ſumus. Nolite
mirari chariſſimi qui perſecutiones patimini quaſi noui vobis aliquid cõtingat: ſed
cõmunicantes Chriſti paſſionibus gaudete/ vt & in reuelatione glorie eius gaude
atis exultantes. Si enim exprobramini in nomine Chriſti/beati eritis:quoniã quod
eſt honoris/glorie/& virtutis dei/ & qui eſt eius ſpiritus/ſuper vos requieſcet.Ne
mo autẽ veſtrũ patiatur: quaſi homicida/aut fur/aut maledicus/aut alienorum ap
petitor. ſi autem vt chriſtianus: nõ erubeſcat.glorificet autẽ deum in iſto nomine :
quoniam tempus eſt vt incipiat iudicium a domo dei. Si autem primum a nobis:
quis finis eorũ qui nõ credunt dei euangelio? Et ſi vix iuſtus ſaluabitur: impius &
peccator vbi parebunt? Itaq; & ii qui patiuntur: fideli creatori cõmendent animas
Clemens ſuas/ſecundũ voluntatem dei in benefactis.Nam vt ait beatus Clemens anteceſſor
noſter: ſimilis eſt omnis eccleſie ſtatus naui magne que p vndoſum Pelagus diuer
ſis e locis & regionibus viros portat/ad vnã potentis regni vrbẽ properare cupiẽ
tes.Sit ergo nauis auctor huius/dominus ipſe omnipotens deus:gubernator vero
ſit Chriſtus. tũ deinde pro reti: officium epiſcopus impleat.preſ byteri nautarũ:dia
coni diſpenſatorũ locũ teneant . ii qui catechizant nautologis conferantur/ & reli
qua que in eius epiſtola continentur. reſtat igitur vt hec nauis curſu proſpero tuta
poſſit portũ deſiderate vrbis intrare/& deo preces fundere/vt nauigantes merean
tur audiri.

II

a Vdiuimus fratres quod quidã detrahũt & accuſant ſacerdotes dei: cupiẽtes
eos damnari. ſed nõ intelligũt forſitan/ quod iniuria ſacerdotũ: ad Chriſtũ

pertinet/cuiꝰ vice funguntur. Nec hoc aſpiciũt quod beatus princeps apoſtolorũ/ PETRVS
inſtructor noſter ait. Deponẽtes igitur omnẽ maliciã/& omnẽ dolũ/& ſimulatio-
nes/& inuidias/& omnes detractiones: ſicut modo geniti infantes rationabiles ſi-
ne dolo lac cõcupiſcite/vt in eo creſcatis in ſalutẽ. Et dominus per prophetã inqt.
Qui vult vitam diligere & videre dies bonos: coerceat linguã ſuã a malo/& labia
eius ne loquantur dolũ. & reliqua. Qui autẽ iſta tranſgrediũtur: profecto trãſgreſ-
ſores legis dei & contẽptores atqꝫ inobedientes eius preceptis/exiſtũt. Vnde & be-
atus Iacobus ait. Si diligitis proximos ſicut voſmetipſos: benefacitis. Si autẽ perſo- Iacobus
nas accipitis: peccatũ operamini/redarguti a lege/ quaſi trãſgreſſores. Et beatus ac
predeceſſor noſter Clemens vir apoſtolicus/ & ſpiritu dei plenꝰ/ vna cum reliquis Clemens
ſanctis collegis ſuis ſtatuit dicens. Accuſandi vel teſtificandi licentia denegatur om-
nibus: qui chriſtiane religionis & nominis dignitate/ & ſue legis vel ſui propoſiti
normã/aut ex regula prohibita neglexerint. trãſgreſſores enim ſponte legis ſancte/
eiuſqꝫ violatores/deſertores/apoſtateqꝫ nominantur. Omnis enim apoſtata refu-
tandus eſt ante reuerſionẽ ſuã: neqꝫ in accuſatione recte agentiũ aut teſtimonio/ſu-
ſcipiẽdus. quia vir duplex animo incõſtans eſt in omnibus viis ſuis. Quicũqꝫ autẽ
vt ait beatus Iacobus totã legem ſeruauerit/offendat autem in vno: factus eſt reus
omniũ. Qui enim dixit: non mechaberis: dixit & non occides. Quod ſi nõ mecha- Iacobus
beris occides autẽ: factus es tranſgreſſor legis. Sic loquimini & ſic facite: ſicut per le-
gem libertatis incipientes iudicari. Iudiciũ enim ſine miſericordia illi fiet: qui nõ fecit
miſericordiam. Superexaltet autẽ miſericordia iudiciũ. Et dominus ait. Nolo mor-
tem peccatoris: ſed vt cõuertatur & viuat. Et multa talia horũqꝫ ſimilia. Nemo enĩ
inquit apoſtolus noſtrũ ſibi viuit/& nemo ſibi moritur. ſiue ergo viuimus ſiue mo Paulus
rimur: domini ſumus. In hoc enim Chriſtus mortuus eſt/& reuixit: vt & viuorum
& mortuorũ dominetur. Tu autẽ quid iudicas fratrẽ tuũ/ aut tu quare ſpernis fra-
trem tuũ? Omnes enim ſtabimus ante tribunal dei. Scriptum eſt enim. Viuo ego di-
cit dominus: quoniam michi flectetur omne genu / & omnis lingua confitebitur
domino. Itaqꝫ vnuſquiſqꝫ noſtrũ pro ſe rationẽ reddet deo. Non ergo amplius in-
uicem iudicemus: ſed hoc iudicate magis/ne ponatis offendiculũ fratri/vel ſcãdalũ.
Sciꝰ enim quia multũ derogatio preualet: quando derogator creditur fide dignꝰ.
Ideo fratres variis detractionibus & accuſationibus nõ oportet labefactari iudices
& primates eccleſie: ſed magis apoſtolorum/& doctorum regulis informari & ro-
borari. III

V Nde notũ eſt omnes in vniuerſo romanorũ orbe doctores legis/ea que le- Legis docto-
gis ſunt recte ſapere & operari: & nõ regulas naſcẽtis eccleſie cõfundi. aut res: epiſcopi/
fidẽ apoſtolorũ variis maculare doctrinis/nec fratres ĩfeſtare. Si autẽ omnia in hoc qui & paſtores
ſeculo vindicata eſſent: locũ diuina iudicia nõ haberẽt. Superuacuis enim ad bene- dicuntur
ficia laborat impẽdiis: qui ſolẽ certat facibus adiuuare. Ideo ſi aliquis putat deo in
hoc placere quod ſeruos ſuos accuſat/& vt meliores fiant dicit ſe hoc agere: in va- zelus ſine diſ-
nũ laborat/& plus inuidie ſtimulis agitatur q̃ charitatis. quoniã gratie plenitudo: cretione inui-
adiectione nõ indiget/nec vlla requirit cõmendationis augmenta. Erigũt ergo do- die q̃ charitati
ctores cõſcientias ſuas: & ſi quãdo incertis temporũ flatibus opponũtur/ſuſtinent timulos.
mala/que ſeculis magis ſunt aſcribenda q̃ meritis. Datã enim ſcimus Sathane pote-
ſtatẽ: vt ſeruos Chriſti cribaret. vt quod de tritico inueniri poſſet: horreis ingerere-
tur. & quod de paleis: ad igniũ alimenta tranſiret. Ad vos ſpecialiter dictũ eſt. No-

Nolite timere puſillus grex: cõplacuit patri veſtro dare vobis regnũ. Venit inter vos gladius perfidorũ: vt marcida eccleſie mẽbra reſecaret/ & ad celeſtem gloriã ſana pducerer. Quos habeat Chriſtus milites: certamen oſtẽdit. Cum triũphũ mereãtur: p bella cognoſcãtur. Scimus autẽ multos ob id infeſtare doctores: vt eos perdant/ & proprie volũtatis placita adimpleãt. Nõ propterea tamẽ doctores/ inquantũ vires ſuppetũt: a recta emulatione & bona inſtitutione recedere debẽt/ ſciẽtes quia beati qui pſecutionẽ patiũtur propter iuſticiã. Nichil autẽ illo paſtore eſt miſerius: q luporũ laudibus gloriatur. quibus ſi placere voluerit/ atq; ab illis amari delegerit: erit hinc ouibus magna pnicies. Nullus ergo paſtorũ: placere lupis/ & gregibus ouium poteſt. Perdit enim laboris memoriã; mens terrenis obligata carceribus. Sicut artiũ in ſuo quoq; opere inuenitur mater inſtãtia: ita nouerca eruditionis eſt negligẽtia. Nullus ergo preiudiciũ alteri faciat: neq; quod ſibi fieri nõ vult exerceat. Nemo dictũ de aliquo inueniat: quod in eius actibus nõ agnoſcat. Ego autẽ labefactatã nõ ſolũ quietẽ meã: ſed & ſalutẽ inimicorũ inualeſcẽtia & rumorum procellis agnoſco. Potẽs eſt tamẽ diuinitas immẽſa: tẽpeſtatis incerta/ bono ſerenitatis fine/ amouere. Et quid aliud ſi Chriſtus paſſus eſt pro nobis/ vobis relinquẽs exẽplũ vt ſequamini veſtigia eius/ & apoſtoli paſſi ſunt ſequentes eius exẽplũ/ & reliqui patres: niſi vt ſequamur veſtigia eius/ & tã doctrinã eorũ ꝗ etiã exẽplum/ & patiamur aduerſa pro Chriſto/ & cũ patribus/ atq; cũ fratribus crucẽ portemus/ eorũq; tribulationibꝰ cõpatiamur/ & Chriſti veri diſcipuli inueniamur? qui dixit: qui vult poſt me venire: abneget ſemetipſum/ & tollat crucem ſuã/ & ſequatur me. preſumptio eſt: ſi dominorũ beneficia/ famuli nõ ſequãtur. obſequiũ ergo exiſtimãdũ puto: quod periturus impẽdo. Quid eſt enim quod plus creditur filii vocabulũ valere ꝗ obſequiũ: & nõ queritur quid in amoris lance promoueatur: ſed quale ad preiudicium eſtimãdi nomẽ opponas/ cũ apud prudẽtes fruſtra ſobolẽ dicimꝰ/ niſi exhibeat quod vocat. Ego vero nolo errore meo alienas culpas aſſerere: vt factũ quod doleo/ admiſiſſe cõuincar. Odiſti (inquit dominus per prophetã) omnes operãtes iniquitatẽ: pdes loquẽtes mendaciũ. Virũ ſanguinũ & doloſum abhominabitur dominus: ego autẽ in multitudine miſericordie tue introibo in domũ tuã/ adoraboq; in templo ſancto tuo in timore tuo. Domine deduc me ĩ iuſticia tua propter incãtatores tuos dirige ante faciẽ tuã viã meã. Nõ enim in ore eorũ rectũ: interiora eorũ inſidie. Sepulcrũ patẽs eſt guttur eorũ: linguã ſuã leuificãt. Condẽna eos deus: decidãt a cõgitationibus ſuis iuxta multitudinẽ ſcelerũ eorũ & expelle eos quoniã prouocauerũt te. Et letẽtur omnes qui ſperãt in te: in ſeculũ laudabũt nomẽ tuũ. Et proteges & letabũtur in te qui diligũt nomẽ tuũ: quoniã tu benedices iuſto. domine vt haſta placabilitatis coronabis eũ. deo enim ſacrificantes perfecte/ nõ debent vexari: ſed hortari/ cõſolari/ atq; ab omnibus venerari. IIII

¶ Pſi autẽ quando domino ſacrificãt/ nõ ſoli hoc agere debẽt: ſed teſtes ſecum adhibeãt/ vt domino pfecte in ſacratis deo ſacrificare locis probẽtur. Ait nãq; authoritas legis diuine. Vide ne offeras holocauſta tua in omni loco quẽ videris: ſed in loco quẽ elegerit dominus deus tuus. Epiſcopus deo ſacrificans: teſtes vt prefixũ eſt ſecũ habeat/ & plures ꝗ alius ſacerdos. ſicut enim maioris honoris gradu fruitur: ſic maioris teſtimonii indiget incremento. In ſolẽnioribus autẽ diebus aut ſeptem/ aut quinq;/ aut tres diaconos qui eius oculi dicuntur/ & ſubdiaconos atq; reliquos miniſtros ſecũ habeat: qui ſacris induti veſtimentis in fronte & a ter

go/ & preſbyteri e regione a dextra leuaq; contrito corde & humiliato ſpiritu a-
prono ſtẽt vultu/cuſtodiẽtes eũ a maliuolis hominibus:& cõſenſum/eius prebeãt
ſacrificio. Peracto autẽ ſacrificio: omnes cõmunicẽt/ qui noluerit eccleſiaſticis care-
re liminibus. Sic enim & apoſtoli ſtatuerũt: & ſancta romana tenet eccleſia. Seruite
(inquit dominꝰ per prophetã Dauid)in timore: & exultate ei cũ tremore. Adorate
pure ne forte iraſcatur: & pereatis de via. Ille enim nõ perit de via: qui recte gradit/
& precepta cuſtodit maiorũ. Doceri ergo omnes oportet: qui domini ſacredotio
fungũtur/vt ceteros inſtruant atq; ipſis proſint. Scriptũ eſt autẽ. Qui docti fuerint:
fulgebũt quaſi ſplendor firmamẽti. & qui ad iuſticiã erudiũt multos: quaſi ſtelle in
perpetuas eternitates. Et alibi. Populꝰ autẽ ſciens: dominũ ſuũ optinebit/& faciet/
& docti in populo docebũt plurimos. Ipſa enim per ſe veritas infert & dicit. Beatꝰ
eſt: qui nõ fuerit ſcandalizatus in me. Ille proculdubio ſcandalizatus eſt in deũ: qui
recte nõ docet/& qui ſcandalizat epiſcopũ vel ſacerdotẽ. Impie nãq; agentes ſunt
impii/neq; intelligent omnes impii: porro docti intelligent. Omnes autẽ inuicem
humilitatẽ inſinuate. quia dominꝰ ſuperbis reſiſtit: humilibus autẽ dat gratiã. No-
lite (inquit Ioannes apoſtolus)omni ſpiritui credere: ſed probate ſpiritus/ſi ex deo
ſunt/ quoniã pſeudoprophete exierũt in mũdũ. Et idẽ ipſe alibi ait. Vos quod au-
diſtis ab initio: in vobis permaneat. Si in vobis permãſerit quod ab initio audiſtis:
& vos in filio & patre manebitis. Et hec eſt repromiſſio: quã ipſe pollicitus eſt vo-
bis vitã eternã. Hec ſcripſi vobis: de iis qui ſeducũt vos. Et vnctionẽ quã vos acce-
piſtis ab eo: illa maneat ĩ vobis. Et nõ neceſſe habetis vt aliqs doceat vos: ſed ſicut
vnctio eius docet vos de omnibus/& verũ eſt/& non eſt mẽdaciũ/ & ſicut docuit
vos: manete in eo. Et nũc filioli manete in eo: vt cũ apparuerit habeamus fiduciã/
& nõ cõfundamur ab eo in aduentu eius. Si ſcitis quoniã iuſtus eſt: ſcitote quoniã
& omnis qui facit iuſticiã ex ipſo natus eſt. Vide qualem charitatem dedit nobis pa
ter: vt filii dei nominemur & ſimus. Propter hoc mundus non nouit vos: quia nõ
nouit eum. V

c Hariſſimi/nũc filii dei ſumus:& nõdũ apparuit quid erimus. Scimus quoniã
cũ apparuerit: ſimiles ei erimus/quoniã videbimꝰ eũ/ſicuti eſt. Et omnis qui
habet ſpem hanc in eo: ſanctificat ſe/ſicut & ille ſanctꝰ eſt. Omnis qui facit peccatũ/
& iniquitatẽ facit: & peccatũ eſt iniqtas. Et ſcitis quia ille apparuit vt peccata tolle-
ret: & peccatũ ĩ eo nõ eſt. Omnis q ĩ eo manet: nõ peccat. Et omnis qui peccat: nõ
vidit eũ nec cognouit eũ. Filioli nemo vos ſeducat. Qui facit iuſticiã iuſtus eſt: ſicut
& ille iuſtus eſt. Qui facit peccatũ:ex diabolo eſt. quoniã ab initio diabolus peccat.
In hoc apparuit filius: vt diſſoluat opera diaboli. Omnis q natus eſt ex deo: pecca-
tũ nõ facit. quoniã ſemen ipſius in eo manet: & non poteſt peccare quoniã ex deo
natus eſt. In hoc manifeſti ſunt filii dei & filii diaboli. Omnis q nõ eſt iuſtus: nõ eſt
de deo/& qui nõ diligit fratrẽ ſuũ. quoniã hec eſt ãnũciatio quã audiſtis ab initio:
vt diligamus alterutrũ. Non ſicut Cain qui ex maligno erat: & occidit fratrem ſuũ.
Et propter hoc occidit eũ: quoniã opera eius maligna erant/fratris autẽ iuſta. No-
lite mirari fratres:ſi odit vos mũdus. Nos ſumus qui trãſlati ſumus de morte ad vi-
tã: quoniam diligimꝰ fratres. Qui non diligit:manet in morte. Omnis qui odit fra-
trem ſuũ:homicida eſt. Et ſcitis quoniam omnis homicida:non habet vitam eternã
in ſemetipſo manentem. In hoc cognouimus charitatem dei: quoniam ille pro no-
bis animam ſuã poſuit. & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habue-

rit ſubſtātiam mundi/& viderit fratrē ſuū neceſſitatē habere/& clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Filioli nō diligamꝰ verbo/neqꝫ lingua: ſed opere & veritate. In hoc cognoſcimus: quoniā ex veritate ſumus. & in conſpectu eius ſuademus cordi noſtro/quoniā ſi reprehenderit nos cor noſtrū: maior eſt deus corde noſtro/& nouit omnia. Chariſſimi: ſi cor noſtrū nō reprehēdat nos: fiduciā habemus ad deū. & quidquid petierimus accipiemꝰ ab eo: quoniam mādata eius cuſtodimus/& ea que ſunt placita/ corā eo facimus. Et hoc eſt mādatū eius vt credamus in nomine filii eius Iheſu Chriſti: & diligamus alterutrū/ ſicut dedit mandatū nobis. Et qui ſeruat mandata eiꝰ: in illo manet/& ipſe in eo. Et in hoc ſcimus quoniā manet in nobis: de ſpiritu quē dedit nobis. Et ſicut deus creator/qui hominē ad ſimilitudinē ſuā creauit/eſt charitas: eſt bonus/iuſtus/patiēs/atqꝫ mitis/& miſericors/& reliqua ſanctarū virtutū inſignia/que de eo legūtur. ita homo creatꝰ eſt: vt charitatē haberet/vt bonus eſſet/& iuſtus/& patiens atqꝫ mitis/mūdus & miſericors foret. Quas virtutes quāto plus quiſqꝫ in ſeipſo habet: tāto propior eſt deo ac maior/ ſi ſui cōditoris gerit ſimilitudinem. ſin conditoris diſſimilitudine (quod abſit) aliqs p deuia viciorū/& diuortia criminū ab hac nobiliſſima cōditiōe degener oberrat: tūc fiet de eo quod ſcriptū eſt. Et homo cū in honore eſſet/nō intellexit/cōparatus eſt iumētis inſipiētibus/& ſimilis factus eſt illis. Quis maior honor potuit homini eſſe: q̄ vt ad ſimilitudinē ſui factoris cōderetur/& eiſdē virtutū veſtimentis ornaretur/quibus & cōditor: de quo legitur. dominꝰ regnauit decorē indutus eſt: id eſt omniū virtutū ſplēdore/& totius bonitatis decore ornatus. vel quod maius homini poteſt eſſe dedecꝰ aut infelicior miſeria: q̄ vt hac ſimilitudinis gloria ſui cōditoris amiſſa/ad informem & irrationabilem brutorū iumentorum ſimilitudinem delabatur? VI

q Vapropter quiſqꝫ diligētius attēdat/primo cōditoris ſui excellētiā: & venerādā ſancte trinitatis in ſeipſo imaginē agnoſcat. honorēqꝫ imaginis anime ad quā creatus eſt: nobilitate morū/executione virtutū/dignitate meritorū habere cōtendat. vt quādo apparuerit qualis ſit: tūc ſimilis ei appareat/ qui eū mirabiliter ad ſimilitudinē ſuam in primo Adam condidit/mirabiliuſqꝫ in ſecūdo reformauit. Omnis igitur homo qui ad imaginē dei factus eſt: illū debet imitari/ ad cuius imaginē cōditus eſt. illius debet ſequi veſtigia: qui eū ad imaginē ſuā condidit. Cōſiliariū vero ac protectorē meliorē reperire nō poterit: q̄ illū qui eū ad imaginē ſuā cōdidit/qui eū precioſo ſanguine ſuo redemit/ & propter eū homo fieri nō eſt dedignatꝰ. Quē proculdubio inueniet: ſi in eū totā ſpem iuxta pſalmiſte vocē proiecerit. Ait nāqꝫ. Proiice ſuper dominū curā tuā: & ipſe te enutriet. nec dabit ineternū fluctuationē iuſto. Omnis enim homo in ſua cauſa deficiens/& in ſuis heſitans cōſiliis/q̄rit ſibi amicū fidelē: in cuiꝰ cōſiliis cōfidat/q in ſuis diffidebat. & talē fiduciā habet in illo/vt omne ſecretū ſui pectoris ei pandat & aperiat. Si iſta cū hominibus fiūt: quātomagis cū deo hoc agere gaudēdū/qui omnes vult ſaluos fieri/& neminē perire. Nā ſi veraciter deū credimꝰ/eūqꝫ diligimꝰ vt debemus/& proximos ſicut & noſmetipſos/in eūqꝫ totā ſpem proiecerimꝰ noſtrā: ipſe nos eripiet & cōſolabitur. Et ſicut p angelū ſuū/Abacuc prophetā cū prandio in lacū leonū ad Danielis vallē miſit/& Philippū vnū de ſeptē diaconibus ad eunuchū: ita dabit nobis cōſolationē & liberationē. Hec ſectamini chariſſimi: & nulli vnquā nocete. fratres enim eſtis. Inuicē vos diligite: vt veri domini diſcipuli effici mereamini. Nā qui rancore corda

virorũ inficit:maliciã inter homines ſpargit. Et qui detrahit fratri ſuo: homicida eſt. Et q abſtulerit aliqd patri vel matri/dicitq̧ hoc peccatũ nõ eſſe: homicide particeps eſt. Pater veſter ſine dubio deꝰ eſt:q vos creauit. Mater vero veſtra eccleſia: q̃ vos in baptiſmo ſpiritualiter regenerauit. XII

S it ergo fratres cõſtantia veſtra aduerſus cõtẽtionẽ eorũ/q aduerſa ſapiũt: & nõ q̃ dei ſũt ſapiũt/& erit fortior petra cõſtãtia vr̃a ſicut ſcriptũ eſt. Ne timueritis ab eis/neq̧ terreamini a facie eorũ q corpus occidũt: animã aũt nõ poſſũt occidere. Quod aũt in aure auditis/predicate in lumine: illũ timẽtes q poteſt aĩam & corpꝰ occidere/& mittere in gehẽnã. Fratres mei in carne ãbulãtes: nõ ſcd̃m carnẽ militamꝰ. Arma eñ militie noſtre nõ carnalia/ſed potẽtia deo ad deſtructionẽ munitionũ/cõſilia deſtruẽtes & oẽm exaltationẽ extollẽtẽ ſe aduerſus ſciẽtiã dei/& i captiuitate redigẽtes oẽm cogitationẽ i obſequiũ xp̃o perducẽtes. de cetero fratres cõfortamini i dñõ/& i potẽtia fortidudinis eiꝰ/vt pax vobis multa & gratia a deo & dño noſtro ieſu xp̃o miniſtretur. Amplectimur & oſculamur ac ſi preſentes charitatẽ veſtrã i vnitate ſpũs/i vinculo pacis & charitatis xp̃i. Propter quod chariſſimi expectantes:ſatagite imaculati & inuiolati inueniri in pace. & dñi noſtri lõganimitatẽ ſalutẽ arbitramini ſicut & chariſſimꝰ frater noſter paulus ſecũdũ datã ſibi ſapiẽtiam ſcripſit vobis:ſicut & in oĩbꝰ ep̃lis loquẽs i eis de his i qbꝰ ſũt q̃dã difficilia itellectu/q̃ indocti & inſtabiles deprauant (ſicut & ceteras ſcripturas) ad ſuã perditionẽ. Vos ergo fratres: preſciẽtes/cuſtodite ne iĩſipiẽtiũ errore traducti/excidatis a ꝓpria firmitate. Creſcite vero i gr̃a & agnitiõe dñi noſtri Ieſu Chriſti & ſaluatoris. Vos aũt chariſſimi memores eſtote verborũ q̃ predicta ſũt ab apoſtolis dñi noſtri ieſu xp̃i:q dicebant vobis. quoniã i nouiſſimo tp̃e veniẽt illuſores/ſecũdũ ſua deſideria ãbulantes in ĩpietate. Hi ſunt q ſegregãt ſemetipſos/animales/ſpiritũ nõ habẽtes. Vos aũt chariſſimi ſupedificãtes voſmetipſos ſanctiſſime veſtre fidei i ſpiritu ſancto orantes: vos ipſos i dilectiõe dei ſeruate/expectãtes miſericordiã dñi nr̃i ieſu xp̃i i vitã eternã. Et hos qdẽ arguite iudicatos:illos vero ſaluate de igne rapiẽtes/aliis aũt miſeremini in timore/odientes eã q̃ carnalis eſt maculatã tunicã. ei aũt qui potens eſt cõſeruare vos ſine peccato/ & cõſtituere ante cõſpectũ glorie ſue imaculatos in exultatione ſoli deo ſaluatori noſtro/per Ieſum chriſtũ dñm noſtrũ gloria/magnificẽtia/& imperiũ & poteſtas ante oĩa ſecula/nũc & per omnia ſecula ſeculorũ. Amen.

HERACLIDIS/ RECOGNITIONVM PETRI APOSTOLI
EPISTOLE CLEMENTIS ET ANACLETI PARISIIS
EX OFFICINA BELLOVISIANA FINIS:
IMPENSIS IOANNIS PARVI BIBLIOPOLE DILIGENTISSIMI ANNO
DOMINI SALVATORIS. M.
D. IIII. IDIBVS IVLIIS
IVLIO SECVNDO
P O N T I F I C E M A X I M O.

¶ Index librorũ ſecũdũ ordinem litterarum.

Athanaſius	2	Ammon	4	do	17
Antonius	2	Antonius	4	adagium	19
Alexandria virgo	3	Athanaſius	5	Adolia	25
Arſiſius	4	Agape charitas & elemoſyna	7	aſella	25
		Abrenũciatiões a mun-		adiura	25
				Adolius	25

Albina 30
Alancus 32
Albina 32
Arnauſ 32
Anſes/ Ioſue 46
Apion 110
Anubion 110
Balſamum 4
Beniamin 6
Blemmii populi 19
Baſilius 23
Baſſinilla 25
Baſilius 27
Baſilius 30
Barnabas 41
Blaſphemie Simonis magi 66
Cenodoxia 1
Caſte ammonis nuptie 4
Culices 9
Clemon 11
Cleomon 22
Chryſoſtomus 25
Conſtantius imperator 26
Confeſſio 40
Caiphas 49
Cam 74
Cornelius 110
Curioſitatis malum 56
Demetrius 2
Dorotheus 2
Dorothei tollerantia 2
Didymus 5
Dorotheus 17
Diocles 51
Diogenes 56
Diſcipuli domini 56
Duodecim apoſtoli 49
Doſitheus 52
Dii egypti 78
Diuinitas Chriſti 111
Dii gentium 105
Extaſis 2
Euragius 5
Eulogius 12
Euſtochius 25
Eunomia 25
Eſau 28
Eneſius 29
Euſtachius 29
Euſebius 51
Euſtachius 54
Fauſtinianus 94
Fauſtinus 94
Fauſtus 94
Gregorius 30
Gelaſia 30
Gamaliel 49
Heraclides epiſcopus bithynie 21
Hippolitus 51
Helieſdrus 45
Ingenium Iſidori 5
Ioannes 7
Iamnes & mambres magi 9
Ioannes epiſcopus 25
Iulianus apoſtata 26
Iob 28
Iudas 28
Iouinius 50
Ioſeph 36
Lapſi monachi 16
Littere monachorū 18
Liber ſtromaton Clementis 31
Melania 3
Melania 5
Macarius egyptius 7
Macarius alexandrin⁹ 8
Marcus monachus 10
Melania neptis 50
Macarius 52
Manichei 36
Maro 71
Meſraim 24
Matidia 84
Nō lapſi monachi 17
Nectarius 23
Nuptie tēpore heraclii 54
Ne quis ſe liget 56
Nemroth 45
Or monachus 5
Origenes 51
Potamenia virgo 2
Pachomius 4
Pambo 5
Pierius 5
Piterius 19
Pemenia 21
Publice diſſertationes 24
Photina 25
Paulus 28
Paralyticus 28
Pimanus 50
Pierius 50
Pimanus 52
Pythagoras 56
Plato 56
Petrus 55
Philoſophi gentiles 90
Regule pro monachis 18
Rufinus 27
Stephanus 5
Sacerdos adulter 10
Spiritus cōcupiſcētie 15
Sabiniana 25
Silnnius 29
Septē ſtelle erratiles 29
Silua 50
Stephanus 50
Seleucus 50
Symmachus 52
Seres/populi 94
Symbolum 112
Theodoſius 2
Theodora 5
Taor virgo 51
Tyberius 41
Theophilus 118
Veneria 25
Zacheus 45
Zoroaſtes 74